Antonii de Haen ... Ratio medendi in nosocomio practico Vindobonensi ... / [Anton de Haën].

#### Contributors

Haen, Anton de, 1704-1776.

#### **Publication/Creation**

Lugduni Batavorum : Sumptibus Societatis, apud Petrum vander Eyk, et Danielem Vygh, 1761-1775.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/vrp3hqu9


#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.





Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org




2499 6.2. Sin, J. Miligor 13th TRO Strongroom RAME 611. 1 HAE 22101947382








Unable to display this page





# ANTONII DE HAEN

Confiliarii Aulici, & Archiatri, Medicinæ Prac= ticæ, in Alma ac Antiquissima Universitate Vindobonensi, Professoris Primarii, Societatis Harlemensis, & Physico-Botanicæ Florentinæ Socii,

# RATIO MEDENDI


## IN

NOSOCOMIO PRACTICO VINDOBONENSI.

VOLUMEN TERTIUM.

LUGDUNI BATAVORUM Apud PETRUM VANDER EYK, MDCCLXVIII,

CIBOS, ATQUE SALUTEA



# SEMTREMARMANTARMAR

Street & Charles & Charles & Charles

## IN NOSOCOMIO PRACTICO

## VINDOBONENSI.

\*

## CAPUT I.

Sistens Anatomicas aliquot Sectiones, una cum Brevi Prægressi Morbi Historia.

S. I. Pleuroperipneumonia, in qua dolor die 5. evanuit, pulsus autem semper, & cum dolore, & sine eo, aut fortis, aut durus, aut subdurus, percipiebatur; in qua sanguis quo crebrius miss, eo magis phlogisticus fuit, & in qua multa signa bona multis perpetuo malis commista erant. Mors die septima. Anatome eum in finem descripta ut haud ea modo, quæ ad hunc morbum pertinent, sed & multa alia innotescant, quæ in decursu bujusce operis usui venient: quod idem de reliquis anatomicis sectionibus monitumesto. S. II. Pleuroperipneumonia ad 11. diem letalis, cum pulsu fere semper duro, & intercurrente Aspbuxia, dolore pridie mortis evanido. Anatome. S. III. Pleuroperipneumonia ad diem 7. letalis fine pulsu dure, nec moluze

li tamen. Anatome S. IV. Gastritis sine vomitu, letifera, in cachectica femina, cum maxime fallentibus sanguinis missi phenomenis, in qua etiam id singulare, quod consueto suo per omnem vitam modo, animo linqueretur, in prima & altera, quam ipsi instituimus, Missione sanguinis; in tertia vero, acquarta, minime. Anatome. S. V. Renalis morbus chronicus, cui deinde Pleuritis, ac Paraphrenitis, acutissime junete, cum miranda Cadaveris sectione. S. VI. Labes vi externa contracta, quæ demum post sexennium Hydropem pectoris mentita, mortem intulit miris symptomatibus. Anatome. §. VII. Mors a Phthisi pulmonari, cum suspicione Aneurysmatis in ventre latentis. Anatome. §. VIII. Ignotus morbus sectione Cadaveris cognitus. §. IX. Mors ab ulceribus cruris, spurium demum Aneurysma generantibus.

§. I. De Nofologia & Diagnofi, nonnulla prolaturus, præmittam plura, quæ poft datos primum morbos, a morte deteximus.

Juvencula 17. annorum, a triennio primum menfes irregulares, quin & femel anni ceffantes spatium, a sesquianno vero iterum sat, ut ait, copiosos, & nuper adhuc mox ante hunc ultimum morbum suum, habens; febre acuta cum miliaribus anni abhinc elapso spatio laboraverat, exinde vero sana vixerat; excepta, qua non laboriosa quidem, nec valde sicca, frequenti tamen admodum vexabatur, tussi. Lotrix erat.

Martii 10. Pleuroperipneumonia eam invasit, cui in principio dolor pectoris universi, dein lateris finistri inferioris, & die quarto ejusdem lateris superioris, perpetuus co usque comes, quinto demum die ita evanuit, ut nullus postmodum, nisi a validiore non-

nonnunquam tuffi, perciperetur. Pulfus ipfi paffim celer, fortis, nonnunquam sive durus, sive subdurus, nunquam vero cum celeritate mollis, nifi prope mortem fuit. Sexies iphi Vena secta est, fic ut libræ medicæ quinque ipfi detractæ fint; fanguinis crassamenti, crustæque densitate eo quidem auctiore, quo crebrius educeretur. Urinas vel crudas minxit, vel coctas, nonnullas etiam hypoftaticas. Emifit nunc crudam alvum, nunc, idque fæpius, coctam, ac flavam; sub finem autem fuscam, valdeque fætentem. Reddidit pauca, vix cocta unquam, sputa. Bonas partim, partim malas transegit noctes. Transpiratio inconstans; quemadmodum ne unicum quidem fignum bonum, seu vitales actiones, seu naturales, animalesve spectares, toto morbi decurfu apparuit, quod malis admodum fignis non interturbaretur. Periit die 7. morbi finiente.

Hora a morte 27<sup>ma</sup> elapía, Cadaver aperuimus. Quod externo in corporis habitu notaremus, nihil fuit. Torofæ mammæ. Gracile potius & depresfius, quam tumidum erat abdomen, nec vel ad epigastrium ullo modo tumefactum.

Bonum Omentum ac pingue, obvelans cuncta vifcera ad amussim, ad imam usque pelvim, & ad integra latera.

Hepar lobo majori suo explebat totum dextrum latus sic, ut superiore sui parte altitudinem quartæ, numero a superioribus ducto, costæ æquaret; inferiore autem trium latitudine pollicum infra costarum infimarum Cartilagines descenderet; in medio vero epigastrio in latus finistrum nonnihil protenderetur. Lobus minor, ingensque ille, superiorem ventriculi partem transcendens, attigit arcum finistrarum costarum, indeque retrosseus ventriculum a latere; ac non nihil a dorso, amplectebatur.

Los

Lobus major, qua parte ad minorem vergit, pugni magnitudinis Hydatidem geffit; quæ, eo quod in excavato ad id hepate hæreret, fua ipfius mole five in vita, five in cadavere, neutiquam eminuit.

Veficula fellis bilem paucam habuit, eamque haud spissam valde, aut valde aurantiam.

Splen pedem hominis adulti longitudine ac latitudine referens, ad sesquipollicem latum infra imum costarum marginem eminuit.

Ventriculus parte superiore delitescens sub hepatis minore lobo, demum conspicuus infra ejusdem oras apparuit; amplusque deinde tam in dextra, guam sinistra, demum leviter obliquus, pylorum formabat ad umbilicum, dextrorsum.

Inteftinum Colon naturali modo habuit, nifi quod grandior fplen flexum in eo extraordinarium faceret. Inteftinum Ileum in pelvi hinc inde aut rubrum valde, aut purpureum. Ceterum inteftina omnia naturaliter diftenta erant. Boni renes, ureteres. Vefica fere vacua. Uterus inftar parvæ, ejusdemque complanatæ, caftaneæ.

In Thorace cor haud parvum, justo carnofius; maxime lævum. In utroque cavo polyposi quid, quod in vasa majora usque pergebat: auricula dextra inde omnium maxime distenta. Erat autem materies hæc crassitudine, albedine, scissilitate, ei similis, quam in misso fanguine crussam inflammatoriam appellamus. Nec ab ca differebat, qui in magno venarum pulmonalium confluxu aderat, venosus polypus; nec ille, qui in aörta. Aörta vero descendens hic rubrum sanguinem, illic pallidiorem habuit; fluidum hic, illic grumosum. Bonæ valvulæ, & cætera omnia.

Pulmones accreti nullibi: finistri autem superior lobus exhibuit suum totum parenchyma durum ita, ut hepatis referret substantiam; sic grave, ut in aquam

quam injectum, mox ejusdem peteret fundum. Ceterum, lobus inferior, ac dexter pulmo totus, nec rubebant, nec tumebant.

Mox post Trachææ dichotomiam, in principio finistri pulmonis, calculus friabilis, granorum quinque, apparuit; nec procul inde veluti corpus glandosum, quod perscissum similem calculum, sed quintuplo minorem, gerebat.

§. II. Vidua fexagenaria, quæ 30. abhinc annis ex gravi, diuturnoque morbo, five arthritico, five rheumatico, caruerat catameniis; quæ anno abhinc elapío fyncope correpta, in platea jacuerat aliquantisper; quæ menfis elapío fpatio de gradibus in faciem prona cadens, magnam paffa hæmorrhagiam fuerat, obtufiusque inde capite dolebat & tuffiebat; quæ tandem nunquam doloribus aut Colicis aut Iliacis obnoxiam fe fuiffe teflabatur; cujus cur meminerim caufam anatome dabit: hæc, inquam, femina Martii 11. proxime elapfi, cepit pleuroperipneumonia affligi, ac citra auxiliatricem cujusquam manum, in fumma omnium rerum penuria, frigido in loco, in norum usque diem jacuit.

Nono autem die, ex suburbio Josephino in Nosocomium Hispanicum minus ivit, quam reptavit, integro indigens, quo illuc demum perveniret, bihorio. Inde mox sella portatili nostrum est inducta Nosocomium, inibique vix undecimo morbi inchoante die expiravit.

Notabile in ea nihil per hunc sesquialterum diem, nisi 1<sup>mo</sup> quod post venæ sectionem, ac semivesicans emplastrum, dolor quidem lateris penitus remitteret, cetera vero peripneumoniæ syptomata increscerent. 2<sup>do</sup>. Quod pulsus durus & cum dolore lateris, & post eundem cessantem, perseveraret; nec nisi paucis ante obitum horis in parvum, debilem, celerrimum, & inæqualem mutaretur. 3<sup>tio</sup>. Quod A 3

Asphuxiam ter, deficiente scilicet omnino pulsu, passa sit.

Horis post mortem duabus & triginta prægressis, inspeximus cadaver. Venter compression potius, quam elatus; colore hinc inde virescens.

Hepar magnum, latitudine integræ palmæ manus infra coftas propendens; in thorace autem ad altitudinem quartæ quintæve a fuperioribus numerando, coftæ affurgens, lobo finistro obvelabat ventriculum, lienemque attingebat.

Lienis nullus conspectus; non eminebat enim infra costas, latitabat sub ventriculo, sub quo assurgens Hepatis sinistrum lobum tangebat. Sanus erat. Ventriculus a suo prope diaphragma principio, ad Pylorum usque, nihil habuit ventriculi figuræ fimile, sed canalis mire tortuosi, intestini instar, formati, tantummodo, secundum inania illa spatia, quæ ipsi concesserant splenis jecinorisque crepidines.

Pylorus craffus, durus, una in plaga cartilaginis inftar elatticus.

Omentum complicatum, & convolutum circa originem fuam, haud ultra duos digitos latos longum; non ita tamen in fuis concretum convolutionibus, quin explicari adhuc poffet.

Inteftinum Colon affurgens ex Ileo dextro, confueto more fub Hepate flexum, in medio epigaftrio defcendebat, ac miro illi ventriculo, hic defcendenti, locum cedens, intra Jejuni volvulos occultabat fefe, affurgensque inde, & juxta ventriculum decurrens, petcbat fplenem: inde vero defcendens, in medio fuo itinere, fplenem inter Ileumque, flexit fe pedis longitudine verfus lineam albam; moxque recurrens ad illum, unde recefferat locum, defcendit more confueto criftam Ilii verfus, ab inde vero in pelvim; ubi Rectum formaturum, fe prius digiti longitudine finiftrorfum flexit, reflexumque iterum

in

and the second of the second s

in mediam pelvim, & iterum inde digiti longitudine in læva, tandem ad mediam pelvim, fe contulit, Rectum producturum. Sic, ut omnibus hifce infolitis volvulis una tertia parte folitam alias longitudinem fuperaret. Defiderabantur porro Coli in his aberrationibus cum ligamenta, tum cellulæ; ejusque tenuitas tanta erat, ut pelluceret.

In intestini Ilei latere interno, in libero abdomine, erant certo quodam in loco duæ fibi proximæ appendiculæ, quavis contrectatione minime disparentes, flatibus turgidæ; quales in illa Herniæ specie cernimus, in qua, via intra ventrem per intestinum patula manente, ejusdem intestini appendix intra Peritonæi faccum in hernia est.

Elevando Colon vidimus vesicam felleam bile plenam, colore aurantiam; sic, ut lato in ambitu jecur, duodenum, &, quod duodeno intestino pro mesenterio est, Omentum, colore profunde flavo tingerentur.

In thorace Pulmonis dextri lobus fuperior cum pleura leviter, finistri autem superior lobus totus, & undique, membranea productione connatus suit. Ambo vero pulmones hine livido, illine purpureo colore maculati toti, minime autem compacti, aut indurati.

Cor dextrum tenue, finistrum valde crassum. Tricuspidales valvulæ naturales, ut & tres Semilunares ad cor dextrum; Mitrales pariter; sed Semilunares Aörtæ omnes magnas habuere, latasque, cartilagineas portiones. Aörtæ tunicæ crassifissimi instar corii : arteriæ autem pulmonaris tunicæ venam potius, quam arteriam, tenuitate referebant.

Polypus magnitudine Castaneæ majoris in aure dextra, qui totus, una cum longo venæ cavæ polypo albebat, ut materies solet, quæ crustam phlogisticam format.

ounup

A4

CUT

Costarum cartilagines duræ, jam offescentes, potissimum inferiores.

5. 111. Rusticus 48. ann. a 20. annis fanissimus, jam autem ægritudine suæ uxoris, quinque forte mensium tempore, multum defatigatus, ejusque demum obitu inconsolabilis, cogebatur die 18. Martii trium horarum iter, gravi sarcina oneratus, idque pedes, absolvere; novoque pondere onustus redire. Ad noctem redux febre, tussi, ac pungente præcordiorum dolore assister, tussi, ac pungente præcordiorum dolore assister. Die tamen sequenti, minus male se habens, exivit; vespere vero valde ægrotavit. Martii 20. e pago suo Viennam, horæ itinere, pedes appulit, Medelam in nosocomio Hispanico petiturus. Inde ad nos, ægris indigentes, mittebatur.

Inveni hominem haud modice febricitantem, dedolatum, tuflientem, laboriofe refpirantem. Juffi lectum mox peteret: at vero ille ejus mentis non effe fefe; fed cum biduo indigeret rebus fuis cum uxoris confanguineitate componendis, auxilium aliquod fe velle; rebus compofitis post biduum rediturum fe, mansurumque. Hominem periculi convincere frustra conatus, id demum illi confilii dedi, ut domum redux, mox fibi venam tundi curaret, & magna mistura attenuante, refrigerante, atque expectorante, copiose uteretur, pectorale autem decoctum continuo biberet.

Confilium hoc fecutus mitius ægrotavit: Die autem Martii 23. totus dedolatus venit pedeftri iterum itinere ad me, per nives ac pluvias continuas & denfas, fic ut præ laffitudine, & aëris inclementia, quinque horarum tempore indiguiffet, ut horulæ abfolveret iter; vini rubri fere libra in diverforio donatus, & recreatus. Video hominem intrantem Nofocomium fumma cum animi commiferatione, ita defatigatum, ut fere concideret humi, frigidum, ad indufium

dufium usque madentem, afpere tuffientem, anxie respirantem, in eo duntaxat mutatum a biduo, quod nec nunc, nec quoad vixerit, præcordiorum perceperit, aut conquereretur, dolorem. Dies erat morbi quintus, magnam partem jam transactus.

Omnis fanguis vena ter eductus, fummopere inflammatus fuit, & cum omnibus fignis cruditatis in fingulis functionibus, quarum femel iterumque leves prodierant, fed inconftantes, & breves, coctiones, ad finem feptimi fui morbi diei expiravit. Nunquam ipfi pulfum aut mollem, aut durum, deprehendimus, fed fortem ac celerem; paucis vero ante obitum horis debiliorem & omni modo variantem.

Cadaver infpeximus 37. a morte hora. Colon & ventriculus universum explebant epigastrium. Parvum jecur, & vix plus, quam dextrum latus occupans, ita intra costas reconditum, ut, contrario priorum exemplo, nihil de eo potuisser in vita tangi. Nec putet quis vacuitate thoracis aperti jecur altiora petivisse: nam & in hoc, & in præcedenti cadavere utroque, thorax non fuit, nisi post ventrem, apertus.

Ut de jecore dictum, ita & intra costas totus reconditus erat splen, ut ejus nihil potuerit in vita tactu deprehendi; is autem colore fusco ruber, una cum membrana sua sub digitis deliquescebat, rubræ pultis in modum.

Crassa, profundeque flava bilis, viciniam totam aurigine inficiebat.

Colon tympaniticum totum, tres flexus fupernumerarios habuit; ingentem primum, mox a confueto fub hepate flexu descendentem oblique versus umbilicum, indeque debitum in locum revolutum, inde ad lienem; ad quem ubi folito more se flexerat, mox versus renem lævum pergebat, redibat ad finistra, & incurvans se descendebat ad cristam Ilei, parvoque ibidem formato flexu, consucta tandem via in Rectum

abi-

abibat. Erant autem hic omnes illæ plicæ membraneis productionibus invicem nexæ, ut evolvi non poffent.

Amplus ventriculus, finistrum latus explebat fic, ut fupra lienem, cui incumbebat, arcum attingeret costarum; magnam quoque partem occupabat lateris in epigastrio dextri, antequam abiret in pylorum.

A Colo & ventriculo propendens Omentum, idque craffum valde ac pingue, fic obvelabat inteftina, ut quidem in dextro Ileo palmæ longitudine deficeret, in medio autem ventre in imam pubem defcenderet; & non modo in finiftris omnia inteftina perfecte tegeret, verum etiam verfus annulum abdominis crasfo, eoque duos pollices lato proceffu, Peritonæum inter & inteftina, pergeret ad Rectum usque.

Cor utroque in thalamo habuit nigrum, grumofumque fanguinem. In dextra auricula albus erat, firmusque, ac coriaceus, polypus. Qui ex vena jugulari eductus, secum ducebat spithamæ longitudinis polypum teretem, media parte album, durum inftar lardi, altera parte ex nigro atque coagulato cruore formatum; qualem & ex orificio arteriæ pulmonaris extraxi. Itidem ejusmodi polypus duplex ex venarum pulmonalium ad Cor origine extrahebatur, referens exacte figuram venarum pulmonarium, in complures ramos divifarum. Demum & fimilis ex Aorta extractus eft, qui ad ejus in Iliacas divisiones pertingebat. Sic autem se habebat singulus hic duplex polypus, ut uno in loco alteri a latere adjaceret cohæreretque alter, alio in loco albus polypus rubro inclusus effet.

Pulmones utroque in latere thoracis cum pleura, cum pericardio, cum diaphragmate, indiffolubiliter fere coaluerant. Erant nigro purpurei toti. Ex lobo superiore finistro ichor effluxit sectione quavis copios, non ex quadam veluti hydatide, sed ex illius

pa-

parenchymate. Lobus superior dexter, duritate, craffitudine, ac colore susco-rubro, hepatis portionem referebat: dura hæc pars aquæ in fundum ilico descendit.

In latere dextro ad 3. 4. 5. 6. costarum arcum, numero a superioribus ducto, florenum crassa, ac cartilaginea, Pleura suit; in plaga autem quadam digiti longi ac lati magnitudine jam ossea, osseaque spinas dimittens.

§. IV. Juvencula 22. annorum, nunquam recte valens, menses irregulares olim, jam vero nullos a biennio habens, morbum acutum pectoris, decurso abhine biennii spatio, itidemque ante annum passa, ceterum pertinaci tussi, & validæ cephalææ sæpe obnoxia, tandem 30. Martii febre valida incepit corripi, cum acri tussi, pectore compresso, respiratione difficili, artuum dedolatione, ac epigastrii dolore. Vomuit septies, totiesque alvum excrevit. Tertio die viribus confracta, in via, ex suburbio Leopoldino, ad Nosocomium Hispanicum conficiunda, trihorium impendere debuit. Sella portatili inde ilico ad nos ducta est.

Pulfus ipfi durus ac celer. Oculi inordinate movebantur, & pupilla integra fub palpebra fuperiore fæpe abfcondebatur. Quater ipfi vena fecta eft. In fingula V. S. duæ fanguinis unciæ probe fluxerunt, reliquæ 6. 7. 8. unciæ guttatim. In prima V. S. facies, oculique convellebantur, tendines fubfiliebant, & jacuit media ferme hora infeia fui, pulfu interea perpetuo cum conftanti, tum forti. In altera V. S. ægram, fubtractis pulvinaribus, horizontaliter reclinavimus, fymptoma hoc, ut fperabamus, præventuri, fed fruftra; quin & tunc ad fe rediens, confuetum hoc fibi quotiescunque vena fecaretur, five jaceret, five federet, fuifle affeverabat.

bat. Attamen in tertia ac quarta venæ sectione, tale quid passa non est.

Sanguis in prima V. S. nihil omnino inflammatorius, in altera admodum: in tertia, quæ ob compreffum, ac plenitudine fere suffocatum pulsum, auctaque morbi symptomata, facta est, sanguis, elapfo bihorio, habuit in primo, ac tertio vale, cruftam sub tenui pellicula tremulam, gelati instar; crassamentum autem subnigrum, & maxime dissolutum: in vasculo vero secundo crustam densam ac fere lardaceam; crassamentum rubicundius compactiusque. Sanguis quartæ V. S. quæ propter acutum in epigastrio dolorem, & ob durum, fortem, fimulque inæqualem pulsum, instituebatur, in vase priore mox sua superficie albebat, mansit tamen diu liquidus, licet colorem crustæ habebat : post horas autem 24. folidam valde ac denfam cruftam habuit; altero in vafe vix crusta fuit. Pulsus inde mollior.

Supra notavimus feminam primo morbi die fepties cum vomuisse, tum deposuisse alvo: ex quo vero, inchoante die suo tertio, apud nos fuit, non modo non vomuit unquam, sed ne nauseavit quidem; ita ut semper avide suum jus sumpserit, egregieque biberit aquam hordei cum melle & nitro. Alvus ipsi ex judicatoriis non judicantibus. Obiit medio fere exacto morbi die quinto:

Cadaver 24. hora a morte apertum eft. Hepar explens lobo utroque latus dextrum, & ad tres latos digitos finiftrum. Longitudine fua ad duos digitos latos eminuit infra marginem coftarum ad medium ventrem, & enfiformem cartilaginem; dextrorfum vero totum intra coftas recondebatur. Molis mediocris ergo, fed fubstantiæ bonæ. Bilis copia mediocris, colore aurantia.

Lien sub ventriculo reconditus, infra costas non emi-

eminuit, molis mediocris, sed substantiæ adeo mollis, ut vel levi digiti attactu, una cum sua membrana, abiret in russum liquamen.

Ventriculus adeo ingens, ut epigastrium exacte repleret ab arcu costarum sinistrarum, ad eum dextrarum; altitudine seu amplitudine sua fuæ respondens latitudini, imo vix dimittens de sua amplitudine versus Pylorum, quem, subito arctatus, in descensu suo a margine costarum dextrarum formabat. Plaga obscure rubra in sinistra ejus parte prope costarum marginem. Eratque ibidem tenuis valde substantiæ. Penetrabat autem color ille obscure ruber per cunctas ventriculi tunicas, sic ut inde in ejus cavo gangræna inciperet, sive color purpureus, qui ventriculum internum ultra pedis magnitudinem defædabat.

Quo magis a finistris ad dextras pergebat ventriculus, eo fiebat crassior, vix ibidem rugosus, sed cartilagineis eminentiis instructus.

Unicus in Coli finistra parte supernumerarius flexus. Omentum magnum & pingue. Renes boni.

Pulmo dexter versus superiora leviter accretus; finister ubique, ac fortiter. Utriusque color purpureus; internus, externusque.

Molles ceterum ac flaccidi, tres in superficie induratas pustulas habentes.

Cor pingue. In Thalamo finistro pauculum fanguinis nigri ferme coagulati. Polypus albus ex coalitu venarum pulmonarium extractus, fex magnos, cosque crasso, ramos polyposos habuit. Polyposa materies ad digiti longitudinem erat alba, dein rubro ac coagulato cruore in reliqua longitudine complebatur. Similem polypum, sed crassiorem, longioremque, ex finu dextro extraxi, in quo etiam fibræ, primum albæ, rubris continuabantur.

S. V. Die 23. Jan. hujus, quem vivimus, anni,

convenit me homo 39. annum ætatis agens, juventutis Instructor, cui, octenni puero, juvenis fortis pilam lusoriam, fune compingente induratam, in lumbos injecit adeo violente, ut humi is prosterneretur. Domum inde delatus, lumbis doluit, ac sequenti mane sanguinem minxit. Mictus autem hic, & dolor, citra ullum artis auxilium brevi, integreque, cessaverunt. Attamen exinde usque ad 27. ætatis annum testabatur se debiliorem dextra lumborum parte fuisse, ab eoque loco dolores se percepisse crebros, per ventrem vagantes, pro colicis & habitos, & citra levamen notabile tractatos. Mateteriem in urinis purulentam se ad 20. vitæ annum percipere cepisse; nescire vero num prius affuisset : nunquam enim se suas examinasse urinas, & tunc casu tantum primum animadvertiffe.

Anno ætatis 27. ad rem annonariam in exercitu Gallico admotus, demum post iter plurium leucarum curru absolutum, minxit sanguinem rivatim. Quiete restitutus, urinas sine sanguine reddidit, niss ad majores motus perpauce. Talem autem ut plurimum minxit, quæ crassum haberet, tenaxque valde sedimentum.

Atque fic fe res habebat ad Autumnum 1763. usque. Tunc vero ejusmodi materiæ in urina mictu ceffante, inhorruit, quatriduo fudavit, lumbumque dolere ac tumere observavit, aucto ad pronationes dolore.

Variorum sententiam expiscatus, multa, post venæsectionem, externa admovit. Hic status rerum, dum me primum conveniebat, asseverabatque a superiore tumoris regione depluere materiem secundum spinæ lumborum latus, inque inferiore ejusdem sede, magis, quam alibi, dolente, colligi.

Die 2. Febr. pus sponte effluxit aliquot unciarum. Febr. 3. sponte clausa apertura, minxit purulen-

rulenta non fœtida. Tumor jam & ad os Ilii erat.
Febr. 4. in confilium vocavi Magnificum Virum
D<sup>m</sup> Hazenohrl Reg. Celf. Archiducis Leopoldi Archiatrum, D<sup>m</sup> Schreibers, eximium Nofocomii Civici Phyficum, Viros dexterrimos S. S. M. M. chirurgos, D<sup>m</sup> ab Hombourg M. D. D<sup>m</sup> du Creux, &c.
Quo in Confilio quærebatur cujusnam naturæ tumor effet? Aperiundusne, an fibi linquendus? Et, fi aperiundus, quo & modo, & loco,

Conclusum ex anamnesi, & conspectu, tactuque, a suppurante rene videri tumorem natum esse. Aperiendum esse, ne ad os Ilii collectum pus, id in cariem verteret, vicina destrueret omnia, reforptumve mortem post hecticam afferret. Aperiundum autem esse inferiore sede sua, idque apertura exigua, ne a latiore apertura abundantior suppuratio excitata, marcorem totius corporis, mortemque, generaret; neve aëris accessul liberiore citius corrumperentur partes, corruptionem forte inchoantes: sic tamen ut si facta apertura, digitus prudenter immissu aliam indicationem patesaceret, totum opus secundum hanc dirigeretur.

Interea, dum per unum alterumve diem differretur operatio, per aperturam parvam, quæ die 2. Febr. fponte nata erat, multum puris, ichoris, rubrive glutinis, nonnunquam effluxit, levi cum febricula, multoque cum fudore.

Hac febre intra diem fedata, Vir dexterr. ab Hombourg aperturam fecit, effluente tantummodo fanguine: altero autem die premendo ab offe Ilei furfum, multum puris effluxit, idque ita per octiduum. Digito, stiloque inductis, patebat varios sinus, fistulasque, deorsum, dextrorsum, & etiam supra vertebras finistrorsum, formatas esse.

Fluente fic quotidie pure, urina parum; post octiduum vero pauco pure effluente, urina plurimum puris,

puris, vel fibi prævium, vel fubsequum, habuit.

Ligaturis, ut vocant, expulsivis, finus, fistulæque, prorsus evanuerunt.

Notandum autem est materiæ, quæ primis diebus de facta apertura effluxerit, vehementem fuisse fætorem: hunc vero, data quotidie media uncia Peruviani Corticis, quam ad finem fere vitæ quotidie assumert, prorsus, brevique tempore, sublatum fuisse. Hoc remedio, Emulsique, nocte paregoricis, die demulcentibus, ita profecit, ut dimitti ad munus suum poscentem, ea conditione die 31. Martii dimiserimus, ut & quotidie pergeret in corticis usu, & quotidie rediret deligandus.

Rediit ille diligenter, ulcere parumper fluente, cum frequenti pruritu, cumque pure in urinis jugiter comparente; viribus interim valens, ut in munere suo perficiundo, ambulando, bene comedendo, dormiendoque, indies torosior, melius coloratus, adpareret; suam mediam corticis unciam quotidie religiose repetens, ad usque diem Maji octavam.

Ea vero die, cum vespere prægresso mediocrem in vino suo mutato commissifiet errorem, friguit, horruit, incaluit; altero die vomitum passus ac diarrhæam est: unde eo die in nosocomium venire deligandus non potuit, venit autem 10. Maji, mansitque moriturus. Nocte enim pleuritis accessit, quæ 30. & aliquot horarum spatio suffulit hominem. Sanguis in hac pleuritide sexies misses, summopere inflammatus suit, non minus is, qui ex pedum alterutro, quam qui ex brachiis, essuit. Pulsus durus ac magnus erat, usque ad 12. ante mortem horam.

Cadaver incidimus horis 31. a morte elapfis. Ren finister magnus. Dexter omnino major, integram hominis non magni manum æquans, non placentæ instar planus, sed rotundus valde. Cohærebat porro

ad Peritonæum; quo loco offeus apex coftæ infimæ dextræ erat; ibique perforato Peritonæo via patebat, qua materies a rene ad tumorem externum, ejusque fiftulas, pervenerat. Ab illo enim coftæ apice defcendebat materies perforato peritonæo, quocum ren concreverat, ad femidigiti longitudinem, postea cavum formabat, sive tumorem inter musculos & cutem, ex quo quondam orti fuerant finus ac fistulæ, quaquaversum divergentes, jam vero artificiosa ligatura sic deletæ, ut ne vestigia quidem earum cernere estet.

Membrana externa hujus dextri renis inæqualiter expansa, & hinc inde ad lineæ, & sequilineæ, incrassata densitatem, dum auferebatur, en ! miro conspectu, quoad fitum figuramve haud facile describundo, calculi apparucrunt, duo majores, tres minores, & undecim parvi, quorum unus ex variis calculis concretus, tuberosam quandam referret radicem; alius ex calculis pluribus itidem compositus, qui omnes ad unum feu pedunculum in ambitu cohærebant. Pondus maximi erat unc. 11. dr. 11. gr. xv. Pondus alterius unc. ij. dr. j. gr. v. Tertii, dr. vj. minus octo granis. Quarti, dr. ij. fcr. ij. gr. xiij. Quinti, dr. ij. gr. xxxij. Undecim parvi pendebant una dr. j. gr. xxxiv. Fuit ergo pondus omnium unc. vj. scr. ij. gr. IX. præter minutias ubique in Rene inventas, ramenta forte aliorum.

Calculis exemptis, pelvis & ureter sponte patebant, & de corticali Renis substantia supererat parum admodum. Ureter naturali triplo amplior, versus vesseam paullo angustior, tota sua substantia crasfior.

Ren finister non durus, sed dum incidebatur, ruberrimus. Papillæ naturales, ureter crassior ampliorque, minus tamen dextro. Prostata suit cum veficæ collo digitum crassa:

-HUSITE

In Thorace fub loco olim dolentifimo, quem, ne quis dubitaret, vestigia indigitabant emplastri, Pleuræ plaga admodum lata, haud inflammata tantum, verum inflammatissima fuit, & cum, permanente ibidem dolore, dolor diffudisset fese versus arcum costarum, dorsumque, ita in cadavere pleura inflammatissima apparuit inde, ad alterum spinæ latus.

Pulmones nullibi ad Pleuram accreti, nifi adhæfione digito non latiore in loco inflammato; molles ceterum & dum incidebantur, in fuperiore parte profunde grifei, etiam intus, erant; in inferiore intenfiffime rubri.

Cor finistrum fanguine polypófo æque plenum, quam dextrum. Ambæ auriculæ admodum parvæ. Singulare autem fuit invenire appendicem finistræ auriculæ, quæ vermicularem Cæci processum haud inconcinne referebat. Attentius examinando & per auriculam inflando, vidimus appendicem hanc genitam esse ex carnea auriculæ substantia, totam esse carnosam, & hinc inde ea vestitam pinguedine, quæ ad cor multa, juxta auriculam ad Appendicem protendebatur: apex vero illius, instar fundi facci rotundus, pingui caruit. Phenomenon fane, quod aliis notatum non memini; Physiologis materiam præbens speculandi.

Diaphragma summopere inflammatum, qua tendineum, qua musculosum; minus tamen qua Peritonæo, quam qua pleura tectum.

§. VI. Homini annos 34. nato in pectus irruit currûs agitati Timon; non lædens tamen ita, quin ille integro exinde fexennio famuli præftare officium, leviore incommodo, potuerit. Anno ætatis 39. febre intermittente laborans, integre curatus eft, fic, ut nullum inde in corpore vitium relictum fuisse recordetur.

Jam vero quadragenarius cepit a tribus elapsis men-

mensibus difficile respirare, pectore angi, inani vexari tufficula, maxime ad motum majorem. Diarrhæam validam habere cepit, continuamque. A qua quidem, ut & per artem excitata diuresi, levius per 2. 3. septimanas habuit. Exin vero cepit parvum habere, intermittentemque pulsum; intermittentem vero fic, ut Viri expertissimi Molinari & Mac-cheog, qui ejusdem in se curam susceperant, tempore toto ultimi vitæ trimestris spatii intermisfionem sæpissime animadverterent 5. imo 6. pulsationum. Huic frigus junxit se, & perpetuum, & plane marmoreum; nunquam in fex postremis vitæ septimanis recalescens. Initio trimestris hujus morbi hypochondria dura, ac tumida fuere, ipfus vero venter tumuit nunquam. Sex ultimis vitæ septimanis decumbere lecto, præ angustiis pectus fuffocantibus, non potuit; crectus semper sedens, quod sustinere quidem præ lassitudine ac debilitate vix potuit, præ angustiis tamen debuit. Crura tandem, dein & femora, œdematola reddebantur, ut fere creparent. Frigus intensum, & ultimo vitæ quatriduo Afphuxia. Excipulo infidens expirat.

Horis a morte 29. elapfis, cadaver cum laudatis fupra Medicis præclaris, cum dexterr. Hombourg, & cum chirurgo nostri Nosocomii Scherer, aperui.

Ventriculus ingens, obliquus ita, ut situm haberet fere perpendicularem.

Sua crepidine jecur pertingebat ad umbilicum, cetera bonum; Lobo minore magnam explebat finiftri epigaftrii partem.

Latus valde ac longus lien, bonus erat. Panereas induratum.

Intestina contracta, ut crassiora vix digiti diametrum, tenuia vero multis in locis vix duas digiti tertias in diametro haberent: haud tamen pro tenuitate incrassiata.

. . . V

BZ

In perscindendis dextrarum costarum Cartilaginibus aqua erupit, & multa, & fordida. Hydropis pectoris augebatur suspicio; pectore autem aperto; patuit non pectoris esse, sed pericardii, hydropem.

Plenum hoc Pericardium tantæ molis erat, ut utramque thoracis cameram, ad jugulum fere usque, expleret; pulmonibus in tanti facci ambitu compreffis, nec tamen duris, nec, quod mirabile, ne vel minimum quidem, cum Pleura, ac diaphragmate, connexis. Nullus pectoris Hydrops.

Eduximus primum ex pericardio aquæ turbidæ fubviridis menfuram, id eft unc. 48. dein mediam menfuram aquæ rubellæ: nec hæc, nec illa fœtuit. Evacuato pericardio, Cor examinaturi mirabamur pericardium de integro repleri. Quare Cor cum vafis majoribus educentes, in tabula examinavimus, num forte in hoc, illisve, ea pateret, qua pericardium fanguine continuo repleretur, fcaturigo?

Primo adípectu Cor nobis undique lacerum, atque exefum apparuit : propius vero examinantes, deprehendimus id omne lacerum ac filamentofum uni deberi fanguini, qui polypofam naturam adeptus, ipfi undique annectebatur, colore hic flavo, alibi nigro, illic iterum variegato; digitis demum inde feparandus. Cor ipfum proceri quamvis hominis, valde tamen parvum. Quocunque autem in loco viam quæreremus penetrantis pericardium fanguinis, invenire eandem non potuimus. An forte vulnus venæ, arteriæve majoris, paulo ante mortem factum, ad oram Pericardii, ubi vafa majora perfcideramus, hæfit? ut proinde fic ejusdem nos penitus latuerit adfpectus?

Cor fubstantiæ fusco pallentis, ac veluti semicoctæ. - Cæterum nec valvulæ, nec vasa majora, nec pericardium, aut aneurysmatica, aut indurata, aut incrassata, cartilaginea, osseave, apparuerunt.

§. VII. Matrona annor. 59. me in confilium vocat incunte Aprili 1763. cum fuis Medicis, expertiffimis viris, Hirsch & Prosky. Hæc pluribus annis in Hungaria Metallurgorum vaporibus exposita, pectore angi, ac tuffire, vehementerque debilitari, ceperat. Viennæ nunc incola, a mense Januario haud ultra potuerat carpento vehi, imo ne vix quidem extra lectum sedere. Ex eodemque tempore, præter pectoris affectuum augmentum, natum fibi tumorem ajebat in infima, eaque finistra epigastrii regione, haud procul ab umbilico, qui cum doleret violente, tum moleste pulsaret. Pulsus in Carpo debilissimus. Utique internum quoddam aneurysma effe videbatur, cujus in viva vix effet determinanda Post querelas molestæ hujus pulsationis, fedes. trium menfium spatio continuantis, mortua eit.

Cadaver 1. Maji aperuimus. Pulmones quovis in loco tuberculis suppurantibus pleni, hinc inde duri, plurimumque cum Pleura connati. Toto vero in corpore, ut ut anxie quærebamus, in musculis abdominis, in Omento, in Mesenterio, in Mesocolo, in Lumbis, ad spinam, ad aortam, venamve cavam; nulla vitia deprehendimus, præterquam in loco dolente olim, ac pulsante. Nihil minus tamen quam aneurysma erat. Scilicet Colon in indicata epigastrii parte, longitudine latorum digitorum quatuor, diametrum habebat sesqui pollicis, cui amplificatæ portioni tanta utrinque aderat constringens angustia, ut aer, non nisi vi, per eandem impelli expellique poffet.

Exsangue ita hoc corpus, ut quamvis Aörta, vena Cava, arteriæ Iliacæ, aperirentur, nulla spongia ad imbibendum illum, & ad partes quasvis nude contemplandas, opus fuerit: ut profecto fatear me hujus vitæ rationem æque parum intellexisse, quam in duo-

duobus illis, quorum Anatomen dedi Ratio Medendi Tom. II. Cap. X. Probl. 1. & 2.

§. VIII. Maji 28. hujus anni ad me misit, pro publica demonstratione, Expertiss. D. Päsmeyr, laudatissimus apud sanctimoniales sancte Elijabethe Medicus, tumorem, quem ventre exemerat feminæ, in illarum Monacharum nofocomio mortuæ, una cum historia morbi. Femina hæc 32. ann. sesqui mensis spatio in illo nosocomio jacuerat, incufans forte præposteram, qua olim in Hungaria laboraverat, intermittentis febris ablationem, ut præfentis originem morbi. Tumor ventris ipfi durus erat, & æquabilis; tumida crura; urinæ paucæ; fuperiorum emaciatio. Appetitus autem semper viguit. Urinam redditura, ventris potifiimum vexabatur doloribus. Alvus alterno die spontanea. Tandem macie confecta, ac summopere debilitata, moritur.

Tumidum hoc corpus ponderis inveni librarum medicarum triginta, exceptis 8½ unciis. Sedes ejus in Mefenterio erat, ac longitudine fesquipedis medium inferiore fua parte canalem, feu cavum fulcum, habebat, in quo inteftinum lleum fua media diametro collocabatur, connatumque erat; mox inde egreffum inteftinum, & ab hac immenfa mole liberum, in Colum abibat, quod cum fua valvula fimul ex corpore, cum tota mole, exemptum fuerat. Moles ipfa rotunda erat, inæqualis tamen multis prominentibus tuberibus, fubftantia conftans hic fteatomatofa, illic cartilaginea, pluribusque in locis gerens hydatidas.

§. IX. Magnificus D. Hazenöhrl sub finem anni proxime elapsi ad me misit viscera quædam hominis, qui in Nosocomio Hispanico obierat. Venerat ille homo vino, vini spiritui, cerevisiæque perditè dedi-

deditus, quadragenario major, ad se, curandus a crure, plusquam 50. in plagis ulcerofo; haud vero a suo tumido ventre; quem, quia incommodo multo fibi non erat, nifi leviore, eaque brevi post pastum, anxietate, flocci fecit. Appetitus viguit, & modicam vini portionem suis fibi pecuniis in Nosocomio quotidie comparavit. Remediis folventibus cò pervenit, ut unico duntaxat in loco crus maneret ulcerosum, venterque una modice detumesceret. Animo hilaris homo, viribusque pollens, suo tamen crure, quod fere curatum videbatur, uti potuit nunquam: id quod haud levem ulcerum cruris internorum suspicionem injecit medentibus. Nec frustra sane. Crus enim gangræna sensim affectum, fic sua vasa erosa exhibuit, ut, quamvis instrumento tortili admoto munitus homo, a letali hæmorrhagia fervari non potuerit.

Hepar ejus granulosum, friabile totum. Lien quinque librarum, demtis unciis duabus, non morbosus, sed ingenti adeo egens spatio, ut intestina ex toto loco illo aliorsum detrusa jacerent. Pulmones sanissimi, quamquam exulcerati existimari in vita potuissent, unciis puris duabus quotidie tussi ejectis.

Plures anatomici casus sunt enarrandi; ast vero cum suis quique locis convenientius aptari queant, cosdem ad illa referam.

## CAPUT II.

Sistens Pathologicam prioris Capitis Discussionem.

5. I. Ex iis quæ superiore capite enarrata sunt, evincieur incertum sæpe id esse, ac non raro erroneum, quod B 4 ex

#### SISTENS PATHOLOGICAM PRIORIS

ex determinato fitu locatarum in toto ventre partium. ad Nosologiam, & Pathologiam formandam concludi folet. §. II. Eodemque pacto se habere id omne, quod, ex duritie, ac tumore earundem partium colligitur : eo quod tum viscera ipsa, morbo affecta, situm forte alienum sua natura babeant, tum alia ab aliis loco turbentur, tum denique eorum tumores tantæ sæpe molis fint, ut longe a sua origine percipiantur. S. III. Hydropem pectoris, quamvis aliquoties satis probabilem. baud infrequenter tamen esse ambiguum, penitusque fallentem sic, ut vel minime adsit dum adesse credatur; vel dum putetur abesse, adsit. Idemque de Hydrocardia affirmari oportere. §. IV. Signa Phthifeos pulmonalis in vita adesse, cum Pulmone in cadavere minime purulento. §. V. Aneurysmatis diagnosim fallere posse, origine pulsationis ac doloris ad longe aliam causam referenda. S. VI. Gastritis & fine vomitu, cum dolore; & fine utroque. S. VII. Paraphrenitis consuetis, imo pathognomonicis signis, destituta. S. VIII. Nibil fallacius signis, quæ ex sanguine humano petuntur, & erroneum crebro judicium est, quod inde de natura humorum capitur. 6. IX. De pulsu varia, maxime de eo peripneumonicorum, utrum mollis, an durus sit? §. X. Seria in bæc omnia animadversio, & ad prudentiam exhortatio. De polypo quædam.

§. I. Ex quo ad docendam Medicinam in hac alma Univerfitate admotus fui, auditores meos ferio hortatus, perpetuoque, fum, fitum in cadaveribus vifcerum notarent accurate, quo in Nofologia, ac Pathologia rarius errarent. Quippe inter cetera morbos in epigastrio discriminandi adminicula, etiam fitas in illo partes tactu exploramus, idque merito: fiquidem ad affecti cognitionem visceris, partisve, multum conferat: non ita tamen, quin haud

#### CAPITIS DISCUSSIONEM.

haud infrequenter, ni cauti fimus, imponat nobis. Ut enim de meis præteritorum annorum demonstrationibus hic taceam; quid, quælo, differentiarum in partium fitu nupera non exhibuere cadavera! In Capitis I. S. I. & II. hepar explebat totum ferme epigastrium; in §. III. parva adeo jecinoris moles, ut in vivo tactu non potuerit percipi, &ut Colum cum Omento ac Ventriculo, Liene post hunc occultato, universum epigastrium expleat: deinde Splen in his tota facie in anteriora hæret, in illis autem post ventriculum versus dorfum: nonnullis infra costas unum, duos, ternosve latos, pluresque, eminet digitos, dum aliis penitus intra easdem reconda-Tertio, ventriculum hi habent in finistra tantur. tummodo epigastrii parte, diaphragmati immediate succumbentem; illi ab interposita ingenti hepatis mole multum a diaphragmate remotum, qui forte hinc minus in vomitum proni, aptive. His quippe oesophagus est multo longior: quam observationem nostram vides a Morgagni confirmatam Epist. 45. §. 16. "Jecur, ait, maximum, ut fini-" ftrum quoque occupans hypochondrium, ventri-" culum deprimeret; itaque gulæ, in hunc definen-" tis, portio ad transversos digitos duos, infra dia-" phragma apparebat". In quibusdam menfuras 4. 5. 6. & plures capit; vix libram in aliis. Marsupii figuram sæpe refert; nonnunquam contracti, & contorti intestini formam æmulatur. Nonnullis est verfus cordis scrobem, aliis versus umbilicum directus. Quidquod fæpe plus minusve ad dextrum hypochon, drium : imo, ut pluries ante vidi, maxime anno 1752. in cadavere Excell. Comitis Dhen, Danici apud Batavos legati, nuncque iterum in §. IV. Cap. 1. demonstravi, usque ad costarum dextrarum arcum continuata amplitudine protendatur? Jam intestinum Colon quotiesne notabiles volvulos versus

BS

25

renes, umbilicum, imo versus ima pelvis, format, ut olim hic demonstravi, & antea pluries videram?

Quæ omnia cum haud omnino raro ita fe habere deprehendantur, quam circumspectene oporteat agere in sede morborum, ex solo attactu partium, determinanda ! Quis in ventris torminibus in Colo potius, quam in Ileo, ac vice verfa, ex loco affeeto dolorum determinet sedem? Quis splenis, quis jecinoris, quis ventriculi morbos, dum reliqua figna fæpe obscura fint, eo ex loco definiat, quem aut tumidum, aut dolentem effe, tactus deprehendit? Hepatis plura mala dantur, quæ nec Icterus, nec depravatus corporis color concomitetur. Cum facie pulchre florida hominem percuntem vidi, cui præter pectoris Hydropem, Lien tota fua externa membrana in densam effet mutatus cartilaginem. Et ventriculus si dextram epigastrii regionem multum occupet, si umbilicalem; quotiesne intestini five craffi, five Ilei, five hepatis affectionem mentiatur; fi cætera figna dubia fint, quæ intestinorum morbos juvent interstinguere? Nonne etiam citra ulla affecti Lienis criteria, tamen hoc viscus in inflammatoriis pectoris morbis, capite superiore recensitis, bis repertum est una cum membrana sua in pultem converfum? Cap. I. S. III. & IV.

§. II. Sed ad alia nos vertamus. Quis ille, qui nobis rite determinet in vita tumores ventris, confimiles illi, quem prioris capitis paragraphus deferipfit octava? In mefenterio inveniebatur ille inteftino Ileo accretus: verum ejusmodi & ren exhibuit monftrofus, ventrem in tuber prominens extendendo; degenerafcens omentum; monftrofum Ovarium, Tuba, Uterus; Hydatides de aliis enatæ tumoribus: ut quorum omnium frequens noftra demonftratio fuit in tomis præcedentibus hujus operis. Quid quod ventre in medio monftrofa vefica urinaria impofuerit clariff.

clariff. Morgagno, inftar uteri fumme gravidi expanfa, digitumque paffim in fubftantia craffa, & Peritonæo fub umbilico accreta? Ideam certe longe aliam fuæ naturæ, fuæque originis, in vita dederat, quam reapfe effet. Vide Epift. Anat. Med. 39. §. 33.

§. III. Jamque Hydropem pectoris quod figna non arguerent in eo præfentem, qui Cap. I. §. VI. pericardii hydrope laborare inventus eft?

Namque cum respiratione difficili & anxia, cum tufficula inani, & hypochondria tumuere, non tumente unquam ventre reliquo; & a diarrhœa, ac diuresi, mitius egit; & nocturnas passus anxietates. in lecto est; & crura demum ipli intumuerunt. Utique hic in mentem venit candor non minus, quam error exercitatifimi in Praxi Medici Jo. Jac. Vicarii, qui refertur a Cl. Morgagni Epift. XVI. §. II. jurare voluiffe hominem hydrope pectoris infallibiliter laborare, cujus mortui aperto thorace, cum in dex-", tro finistroque hujus cavo nec dragmam unam a-, quæ aut feri inveniret, nunquam fatis laudanda in-" genuitate mirabundus exclamavit": Quam fallacia sunt subinde diagnostica! Confirmavit eadem Epiftola Vir magnus hanc fallaciam pluribus exemplis anatomicis; licet præter figna plura confueta, duo illa probabilia admodum figna adeffent; anxietatum nocturnarum, & tumentium, post anxietates diu toleratas, crurum, manuumve.

Unde nec ipfe Pericardii Hydrops, quem in hoc cadavere §. VI. Cap. I. ingentem fuiffe vides, fuis ita ftabilitus, atque confirmatus fignis eft, ut non fallat multoties. Eadem Morgagniana Epiftola conftat figna Hydropis pectoris folius, figna folius Hydrocardiæ, figna utriusque hujus morbi fimul obtinentis, adeo confusa intersefe in vita fuiffe, adeo turpiter Medicos fefellisse, ut cadavera aliud omnino ab co, quod creditum fuerat, exhiberent. Quæ enim

enim ut Pathognomonica nonnullis audiunt, verbi gratia, cordis veluti aquæ innatantis perceptio, ejusdemque palpitatio, hæc defuere non paucis corum, quibus Hydrocardiam in vita adfuisse demonstravit Anatome; vel si adfuerit Palpitatio, alia longe vitia ad Cor, vafave majora, adfuisse deprehensa funt. Verbo, hæc, & omnia figna, fimul collecta, sufpicionem formant, non efficiunt certitudinem : unde propriis meis convictus erroribus, facile ad quosvis confimiles morbos refero, quæ Vieussenius de Hydrothorace : " Non tam facile effe, inquit, thoracis ", hydropem cognoscere, quam aliqui credunt Me-" dici, nimium fibi tribuentes, anatomen ignoran-" tes, & qui nunquam putaverint cadavera effe in-" cidenda, aut, cum ab aliis inciderentur, infpi-" cienda." Imo neque hoc fufficit : videas enim. qui etiam cadavera incidendo didicerant multa, vel ob id in diagnosi errare, quod ea, quæ semel iterumque in cadaveribus observaverant, hæc iis omnibus adeffe contendant, quibus symptomata, priorum confimilia, observant adesse; ignari scilicet hujus veritatis, quod fi longe plura cadavera incidiffent, longe numerofiores eorundem symptomatum causas didiciffent : ut cogar ad Vieussenii fententiam hæc præclara Morgagni verba adjungere: " Nam qui plura , inciderunt, aut inspexerunt, cadavera, bi faltem, , cum illi minime dubitant, ipfi dubitare didice-», runt."

§. IV. Præcedentibus hujusce meæ opellætomis per multiplicem Anatomen demonstravi, & Benneti Theatro vestibuloque Tabidorum confirmavi, sputa purulenta, eademque cum copiosa, tum diuturna, sæpe quidem vomicas, abscessus, tubercula designare pulmonum, haud raro tamen minime §. IX. Cap. I. integerrimus deprehensus pulmo, post quotidianam unciarum duarum puris excretionem, hanc utique ob-

CINTRE .

observationem & experientiam confirmat. Ita ut tot exempla prudentiæ nos in diagnosi admoneant, ne mortui veriora proferentes, ignominiam forte cum nostræ inurant, tum artis, famæ.

§. V. Et quid de Aneurysmatis fimilitudine in pertinaci illa, eademque dolorifica, pulfatione memorem, quam pulsationem Cap. I. casus feptimus intestini Coli, intercepta inter binas invincibiles contractiones amplitudine, genitam, credere nos cogit? Ut ut enim opponat quis intestinum loco moveri, idemque impleri, ac depleri, ob idque illam ejus expansionem, quod & loco mutabilis, & amplitudine varia effet, pulsationem cum perpetuam, tum loco immutatam, producere non potuisse; minime tamen negari potest, si ab una parte consideremus Coli inteftini sedem firmiorem esse ca reliquorum convolutorum inteftinorum; & ab altera parte cam coli inter conftringentes binos, aeraque ægre transmittentes, annulos, tympaniticam plane redditam effe partem; negari, inquam, non poteft, quin inde quæpiam ex Mesocolicis, aliisve vicinis, arteria, imo arteria in ipla coli tympanitici tunica vasculosa, moleste pulsare potuerit. Videtur co magis hinc pulsus dolorifici deducenda origo, quo minus alia caufa in tota vicinia invenienda fuerit. Profecto dantur aneurysmatis æmulæ pulfationes, minime tamen ad illud referendæ. Historiam haud multo abfimilem olim retuli Tom. I. Cap. XXX. S. VI. Dederat fimilem Ballonius conf. 107. Libr. I. Notabiliorem autem nondum novi câ, quam memorat egregius Morgagni Ep. 24. §. 34. 35. Violenta quippe affiduaque pulfatio ad præcordia, & ad umbilicum, a quatuor retro menfibus percipiebatur; qua pulfatione majorem sensifie aut vidiffe vix ille meminerit: cujus caufam, cum reperire nullam aliam poffet, præ-

præter quasdam conjecturas, nervorum agitationi five irritationi merito adferipfit.

§. VI. In Gastritidis definitione, & validus ventriculi dolor, & repetens ad ingesta quæcunque vomitus, continentur sic, ut inter signa ejusdem Pathognomica recenseantur. At vero in Cap. 1. §. IV. in maximi ventriculi amplissima inflammatione, postquam ægra ad morbi primordia septies & vomuisstet, & alvum egessisser, non modo per integros fere quinque dies, quos totus morbus numerat, non vomuit, sed nec nauseavit; imo, quod plus est, omnia oblata abliguriens, ac ventriculum sæpe replens, suum bonum appetitum cum sæpius nobis testata ipsa est, tum experimento quotidiano nobis consirmavit. Unde non modo hic id pathognomicum fignum absuit, verum & adsuit contrarium, ac plane oppositum.

Sed potest utrumque pathognomicum deeffe. Rat. Med. Tom. II. Cap. XII. de innustione Cranii, retuli exemplum Juvenis, qui ad mortem propemodum usque, nec signa febris, gangrænæve in pulsu, nec figna vel minimi doloris in ventriculo, nec figna læfæ cujusquam ventriculi functionis, mentis perpetuo compos, unquam habucrit; dum nihilominus ventriculus ore superiore suo, initioque œlophagi, folito multo amplior, fanguine ita cunctis in vafis turgebat, ut nonnullis in locis hæc duarum, in aliis trium linearum diametrum haberent; quod forte ab antiqua ad vomendum dispositione quis explicabit: fed quod fequitur, inde non deducet; purpureus enim totus ventriculus fundo erat suo, binisque in plagis tam interne, quam externe, gangrænofus. An non evidenter hinc patet obstructionem notabilem, sævam inflammationem, vehementem adeo gangrænam, ut totam ventriculi penetraret fubstantiam,

31

tiam, citra dolorem, citraque febrim, formari? Bono cum appetitu adesse? Cum visceris integra functione superstite perfici?

Simile quid ex Valfalva Illustris Morgagni habet Epist. 49. §. 14. "Febris acuta maligna hominem "perimit 14. die nullo alio stipato symptomate, nisi "quod æger de assidua animi inquietudine, & de vi-"giliis perpetuo conquerebatur. In cadavere ven-"triculi fundus atro erat colore infectus." Hic igitur iterum ventriculi adfuit inflammatio jam in Gangrænam tendens, citra dolorem, citraque vomitum.

§. VII. Paraphrenitis hiftoria, præter figna pathognomica inflammationis, habet quoque nauseas. vomitus, delirium perpetuum, rifum fardonicum, convultiones, furores, gangrænam. Vide Boerh. Aph. 909. cum Ill. Pref. Comm. Nihilo fecius Cafus V. Capitis I. refert nobis hominem, qui die Febris acutæ quinto, Pleuritidis sævæ altero, mortuus, Diaphragma habuit tam vehementer inflammatum, ut injectoria arte reddi non poffit rubicundius, idque tum in musculosa sua parte multa, tum in tendinea universa; paulo lævius quidem qua ventrem, gravifime vero qua spectaret thoracem; quamquam 70. unciæ fanguinis in fex venæ fectionibus, spatio 24. horarum, detractæ effent. Porro hic homo nec nauseavit in morbo unquam, nec vomuit, nec nifi fub mortem, non in morbo, deliravit, nec rifum fardonicum habuit, ni velis levem oris contractionem ipfi morienti, ut morientibus multis minime paraphreniticis, contingentem, ad rifum hunc contorquendo referre: uti etiam nec convultiones paffus. nec furores eft. Observatum est Diaphragma inflammatum ab omni eo, quod ventriculum utcunque distendit, vehementer irritari ac dolere : noster tamen homo multam copiam oxym: squillitici cum Stibio non abluto & aqua Hyflopi bibit; copiofam valde aguana

aquam hordei cum melle & nitro; præterea omni bihorio valculum unc. iij. infulo-decocti pectoralis; fumfit quovis quadrihorio unc. vj. vij. juris carnium cum cremore tartari: deglutiit denique vario hauftu unc. xx. olei amygdalini recentiflime preffi: nec teftatus unquam est a deglutitis fibi pejus esse. Quis demum mortalium in hac Pleuritide fuisset unquam universi pene Diaphragmatis inflammationem suspicatus?

§. VIII. De fallacia fignorum petendorum a fanguine humano quid multa commemorem! Patuit ex §. IV. Cap. I. fi quod habitum de ejus natura confilium fuisset, die ab ejus extractione prima, cum integro bihorio, in vafis tribus, in loco temperato, quievisset; id sequenti die, contrariis omnino apparentibus ejusdem phænomenis, revocandum, prorsumque contrarium concludendum fuisse. Cujus equidem fallaciæ abunde memineram in Rat. Med. Tom. I. Cap. VI. & Cap. XXV. & alibi paffim, edendo multiplicia mea experimenta, quæ primum cum fanguine centum & quinquaginta venæ sectionum, ac dein cum alio numerofarum fanguinis misfionum feci. Facit equidem mutationem in crufta alba tenaci, in crassamenti confistentia, in seri copia, ac colore, limpiditateve, fanguinis five jactus validus, five stillicidium; lumen venæ magnum, parvumve; vafis, in quod excipitur, planities, vel altitudo; fluidum per quod ex vena in vas transit. aereum, aut aquofum; ejusdem fluidi alterutrius calor, aut frigus; loci, in quo affervetur, a moderata acris temperatura hinc, illincque, receffus; calidi cruoris post missionem agitatio vel quies; morbi annive, tempus, fexus, & ætas; hæc, inquam, omnia, horumque confimilia, miram ac stupendam phænomenôn fanguinis mutationem generare, ut alii affirmant, ita ego millies vidi : verum nullam in praxi COSLIP D

praxi regulam, aut legem, qualiacunque demum hæc experimenta mihi formare potuerunt. Quotiesne nobis visus est sanguis guttatim defluens crustam denfiorem, firmiusque genuisse crassamentum, quam is, qui valido jactu profilierat? Visus est, multoties repetito experimento, sanguis eodem jactu, codem lumine vasis, in eadem aeris temperatura, in vafa exceptus fibi fimillima, in uno ægro cruftam denfissimam tenacissimamque exhibuisse in primo & altero vafe, in tertio, quartoque nullam: in alio ægro, in priore vafculo nullam, in binis tribusve, fequentibus magnam: in tertio homine in vasculo primo denfiffimam cruftam, in altero nullam, maximam in tertio, in quarto pauculam: & alibi iterum in primo alterove vale nullam, validam in tertio, in quarto nullam. Atque hæc ita in variis ægris: verum jam nulla memoratarum varietatum datur, quæ non in eodem ægro, in eadem venæ sectione, eodem jactu (nam fi ratione jactus, aut luminis, aut alius rei ante observatæ, mutatio contingeret, ad hanc, ut ad rem non facientem, non attendimus;) nulla, inquam, varietas datur, quam non observaverimus in ægris iisdem, five in varia, five, quod plus stringit, in eadem fanguinis missione. Inversa itidem, mutata, confusa, omnia hæc phænomena sæpius vidimus, dum quater, quinquies, & ultra, iisdem hominibus tundi debuerit vena. Et aliquoties quæ crusta flava gelatinofa cum disfolutissimo crassamento nobis apparuerat, moto fanguine, iterumque reposito in quiete, denfissima facta est, ejusque tenax crassamentum. Aliquando in eadem V. S. vas unum vix scisfilem crustam, vas aliud gelatinofam habuit. Ut profecto si judicium de statu sanguinis seu crassi inflammati, & non inflammati, seu e contrario soluti, judicandum foret ex missi cruoris conspectu, sententis

ist.

34

tia altera alteram refutaret. Adde hisce omnibus cam fanguinis in varia missione inconstantiam, ut sine ullo ordine in prima missione inflammatus, in altera minime, in tertia crustam mucosam habeat, in quarta tenacem, &, ut minus latine vocant, lardaceam; ordineque iterum aut mutato, aut plane inverso in aliis ægris: sic ut sæpe nihil horum vel ad fanitatem, vel ad mortem, vel ad humorum naturam determinandam, in Diagnosi ac Prognosi faciat.

Hinc ad rem illustris Morgagni, "ubi intempestive lætari dixerat Medicos qui cætera non attendentes, id unum spectant, tenuiorem aut nullam in fanguine esse crustam, quæ antea suerat crassa" demum subjungit : "Cave tamen ne vicissim iis in universum assentiaris, quos ego aliquando pronuntiantes audivi, si in hujusmodi morbis (Peripneumonia ac Pleuritide, de his enim agebat) fanguis secundo miss crusta careat, id adeo malum esse, ut si tertio mittatur, intereant ægrotantes"

Equidem non funt hic erroris taxandi Baglivius, Sydenhamus, aliique, qui quibusdam Epidemicis in morbis fimile quid obfervarunt; fed ii duntaxat, qui ex obfervatis Epidemiæ cuiquam propriis, canones diagnofticos, prognofticos, ac curatorios condidere, in sporadicis, imo aliis in epidemiis, penitus fallaces.

Quæ fi ita fe habent, quis inflammationem abfentem præfentemve; quis humorum aut coagulum aut diffolutionem, ex folo fanguine determinare aufit? utique fi in codem homine alia V. S. ab alia toto cœlo differat; fi in cadem V. S. adeo oppofitiffima fint phœnomena; quis inde de natura humorum aut poffit, aut aufit, judicium ferre?

Neque est quoque ex solo conspecto fanguine vel ejusdem

ejusdem diffolutio in vere putridis, vel condenfatio in inflammatoriis morbis, statuenda. In putredine fumma, ac malignitate deleteria, fanguinem paucis ante mortem horis miffum, mecum viderunt Auditores. primum quidem tenacem in parte rubra, & crufta tectum inflammata; in altera miffione omnino bonum. In Petechiis ac Miliaribus, fymptomaticis fcilicet eruptionibus illis, quas rariffimas noftrum Nosocomium habet, Auditoribus meis ter, quater plurium annorum decurfu demonstravi fanguinem cum crassissimum, tum crusta tectum inflammata. Et Vallalva, & Morgagni, ut diffolutum, ita fæpe tenacem, imo tenacifimum, & craffa crufta tectum. deprehenderunt, ut ex Epift. 49. liquet : narratque posterior in febre quasi pestilenti, quæ anno 17313 agri patavini partem infestabat, fanguinem, primo' febris hujus graffantis tempore, ut plurimum diffolutum; progressu vero temporis, perseverante cadem conftitutione, nimis concretum apparuisse: nihilominus & in principio hujus constitutionis, cum fanguine diffoluto; & in decurfu ejusdem, cum cruore concreto; homines peticulis laboraffe: imo fi. quo conftitutionis tempore fanguis folebat effe concretus, quibusdam de vena prodiret folutus, his tamen, haud fecus quam ceteris, contigiffe Petechias. Unde conclusere, "conjungi cum maligna vi soluti-, vam, aut coagulativam fanguinis; in neutraque ha-, rum malignitatem confiftere; præfertim cum al-" terutram in tot aliis, qui maligni non funt, mor-" bis videamus". Adjungam ego id eo evidentius adparere, quia multis non modo in codem morbo, verum etiam in cadem V. S. fanguinem partim compactum, partim solutum apparere, evictum sit.

Fateor nodum folutu difficillimum mihi hoc ultimum phœnomenon videri, & magis nos magisque convinci de intricata, atque non fufficienter hucus-C 2 que

35

que intellecta, sanguinis humani historia. Intricatiorem forte adhuc reddet observatio, quam habui, ægri, cui elabens de tusa vena sanguis brachium frigore intenso afficeret. Cum prætens non essem fanguinem explorare, dum flueret, non potui: minus tamen ejusdem verum frigus miratus fuissem, edoctus a clarissimo, quem toties jam laudavi, Viro, hiftoriam feminæ, quæ olim fanguinem suum menstruum experta calidisfimum, nunc Mediavia, " Medico suo, testaretur bis in mense omnino fri-"gidum fluxisse; fidemque suo testimonio inveni-, ret, cum ipsa, & chirurgus spectatæ fidei, æque » ac experientiæ vir, fanguinem, vena stillando ex-» euntem, eademque die iterum pede missum, & " ipfa fenfu, & ille tactu, gelidum deprchenderint: " id quod parumper mutabatur, dum sequenti die " fanguis ex brachio ac pede, uno eodemque mo-», mento educebatur; cujus an causa suppressioni ac " suffocationi pulsuum, quæ aderat, adscribenda " fit, relinquo discutiendum" Hæc mulier deinde febribus variis, doloribus vagis, convulsionibus, pectoris anxietate, larga V. S. sæpe oppugnandis, multum conflictata, triennio fat benevixit : deinde redeuntibus fymptomatibus largiore fanguinis mislione sæpius liberata est : manente tamen assiduo in ventre glaciei sensu, qui cum inde ad pectus adscendit, eam affert respirandi difficultatem, ut continuo fanguis, nec modica copia, mittendus fit.

§. IX. Et qui demum veri pulsum fint in Peripneumonia caracteres, paucis examinandum est. Hunc pulsum Hippocrate, quia de pulsibus non adco multa habet, non describente, Galenum de co consulamus necesse est. Libr. IV. de causis puls. Cap. XII., Peripneumonicorum, inquit, magnus est pulsus, & languidus, mollisque similiter, μαλαpulsus, atque Lethargicorum pulsus: nisi quatenus præ-

» præpollet inæqualitate, & in uno pulsu, & col-" lectiva, quam vocant. In uno ictu, cum veluti , interpellatur, & undosus est, & dicrotus inter-" dum fit; in collectiva, cum alias differentias ha-, bet, tum modo quidem intermittit, modo autem " intercurrit." Mollitiem deinde explicat Galenus ex co, quod cum laxum ac molle & undique vacuum viicus fit pulmo, non nifi a pituitofiore & craffiore fanguine inflammari queat. Cum autem pulsus dicroti antea meminiffet, jam ait rarum Peripneumonicis eum esse, quod Dicrotus fere semper quandam requirat vasis duritiem, quæ ex pituitosa fluxione contrahi non folet. "Eft autem, inquit, biliofio-, ris fanguinis opus cogere, ficcare, tendere & ex-" ficcare : qui biliofior fanguis quandoquidem mi-" nus sæpe pulmonem infestat, manifestum etiam , est raram fore pulsus duritiem; quod fi fic, rarus " quoque ipfis bis feriens pulfus."

Quo fundamento Galenus hic suum ratiocinium superstruxerit, ignorare me fateor: nihilominus Galenum tantæ in Medicina auctoritatis fuisse, ut inter centum, quos forte confulueris, Auctores, vix paucos reperias, qui illum, plus minus, non fequantur, est quod vehementer mirer. Plerique etiam graves in arte viri, in definitione & aitiologia Peripneumoniæ tradendis, hi Galeni textum recenfentes, illi, ne nominato quidem Galeno, veluti propriam sententiam referentes, sententiam Galeni proferunt, ac statuunt ex amussim. Hinc inde reperias, quem explicatio Galeni de pulmone, non nifi a pituitofiore cruore inflammato, offendat quidem, qui tamen a Galeni definitione de pulsu molli ne latum quidem unguem recedere aufit : cujusmodi v.g. Ludovicus Mercatus fuit. Invenire alios est, cosque haud plane paucos, qui de Peripneumonia a-3 gen-

gentes, de pulsu, num veriti scholas? ne meminerint quidem; ut v. g. Langius.

Sunt præterea, qui quidem in Peripneumoniæ definitione pulluum non meminerint, fed dum alia occafione pulsus mollis explicandus venit, eum fic Peripneumonicorum esse dicant, quemadmodum Pleuriticorum est, dum suffocata fere respiratione Cor finistrum paucum modo cruorem accipiat; vel ut Phreniticorum est, quando, vi inflammationis meningum, origines nervorum comprimuntur fic, ut nervi vitales languescant. Sic celeberrimus Russia Archiater J. de Gorter in Comp. Med. Tract. 47. S. 3. Tandem nonnullos deprehendas, quos propria experientia compulerit durum in Peripneumonia describere pullum : quos inter candidior nemo Felice Platero, quem in hæc verba ut erumperet veri ftimulavit amor :",, Uterque affectus, pleuritis, ac pe-» ripneumonia, cum horrore vel rigore incipit, », subsequenti febrili calore, quo corpus ipsorum » nonnihil accenditur : respiratio concitatur, uti & » pulsus, arterià durà, & serræ instar, aspera ad , tactum (quem tamen pulsum mollem, seu undo-», sum, in Peripneumonia privatim este putant) se » offerente. Tom. I. Cap. X.

Profecto, ut Platerus, rem ego inveni plerumque, nec quanto tempore Medicinæ docendæ admotus fui, alio modo in fcholıs docui. Et quid ni ? ubi ingens difcipulorum, lectis ægrorum mecum circumftans, corona, pulfum in hoc morbo durum, & rariflime tantum non mollem, mecum deprehendat? Quid, quod hoc anno omnes Peripneumonici confirmarint? fic ut inter tantos five juniores medicos, five adultiores ftudiofos, ne unus quidem extiterit, qui non vere durum cum effe affirmaret? Ejusdem experientiæ focium appello Cl. Morgagni, qui ubi Epift.

Epist. 20. fimilem Valsalvæ observationem retulerat, deinde proprias suas Epist. 21. enarrat, quibus conitat pullum in morbo durum illis fuisse, quos vera Peripneumonia periisse corundem cadavera demonftrabant.

Forfitan arbitrari quis poterit plerasque meas, non fimpliciter Peripneumonias, fed Pleuroperipneumonias fuisse, quæ ratione doloris Pleuritici durum pullum tangentibus obtulerunt. Sed regero illi principem morbum, in descriptis Capite priore ægris, fuisse Peripneumoniam, adeoque morbi principis caracterem gerere pulfum debuiffe. Et dum in nonnullis notatum fit durante Peripneumonia pulfum durum fuisse filente dolore, an faltem fic non pateat Peripneumonicis pullum durum adeffe?

Nunquamne igitur mollis in Peripneumonia pulfus? Est fane, sed malo ægri omine. Videte Boerhavium : adjungite Ill. L. B. van Zwieten Commentarios. Mollem pulsum inibi non inventuri eftis in Peripneumoniæ definitione, quemadmodum pulsum durum invenitis notatum in definitione Pleuritidis; fed in morbi, in prava ac desperata ruentis, deferiptione duntaxat : eo nimirum in morbi stadio, in quo pulmo magnam partem impenetrabilis, paucum cruorem, cum crudo ægrorum alimento, potuve, imperfecte miltum, per nonnulla vafa adhuc aperta, cordi finistro, ad continuandum qualemcunque humorum circuitum, transfundit. Hicque modus. quoque Morgagno est explicandi, quomodo ineunte Peripneumonia pulsus durus esse debeat, & quo pacto dein, obstructo magis præ inflammatione pulmone, mollis fiat. Ep. 20. §. 38.

An non credibile Galenum incidiffe, dum ejusmodi definitionem animo meditaretur, in eam Peripneumoniam, quam Notham nunc appellitamus, & quæ eodem cum vera olim nomine comprehendere-Lur?

C 4

tur? An faltem in provectam jam Peripneumoniam veram? Nefcio qui rem alias explicem. Saltem cum quotidiana experientia pulfum peripneumonicorum & mihi, & aliis, durum exhibeat, terminabo hanc paragraphum nonam fententia *Ill. Morgagni* Epiftola mox laudata: "Hoc tantum dico, inquit, pro varia fanguinis, & corporum, pulmonumque in primis difpofitione, varioque modo, quo in his illius congeftio accidit, verifimile effe variari figna; ut modo præcipua omnia, aut pleraque inflammationis indicia occurrant, *idque ut plurimum*; modo nulla ferme illorum, aut etiam contraria, ut cum pulfus rarus eft; denique nulla interdum, fed pulfu tamen plus minusve frequenti."

J. X. Quo porro omnis hujus secundi capitis fermo tendat, facile capiet quisque. Si enim 1<sup>mo</sup> ita variet multorum in ventre viscerum inter sele cum magnitudo, tum fitus, ctiam in statu fano, ut cxploratione fæpe, quodnam illorum patiatur, determinare aut arduum fit, aut impoffibile; imo ut aliud eorum alius occupet sedem : si 2do. præter affecta, quæ nofcuntur vifcera, inveniantur alia, quorum affectorum nulla in vita figna confliterant, pejus affecta, quam quorum constiterant; ut v.g. in inflammato pulmone Lienis corruptio, bis hoc anno reperta talis, ut una cum sua membrana in pultem ruffam deliquesceret, intraque digitos difflueret totus : Si 3<sup>tio</sup>, ipfa viscera morbosa ita mole sua, mutatoque præ aucta mole fitu, imponant ut Mesenterii tumor, ut Ren exorbitans, ut vefica Urinaria, Uterus, Tuba, Ovarium, eundem fæpe locum occupantia, veris fignis pathognomicis, quibus quid demum fit innotescat, plane deftituantur : Si 410, Pectoris Hydropis, omnia a practicis celeberrimis requifita figna terentis; fi Hydropis Pericardii; fi topicorum d vitalia vitiorum diagnoses, vel exercitatissimos fefellerint ;

SI

Si 5to. frequenter admodum suppurati pulmonis diagnosim pulmo a morte integerrimus erroneam ostenderit: Si 610. interna Aneurysmata, quæ vivis adeffe putaveramus, in cadaveribus defiderentur, longeque aliud præ illis referant indagantibus : Si 7mo. Gastritis, ac Paraphrenitis, absque vomitu, imo potius cum perseverante appetitu, & cum magna, minimeque coacta liquidorum ingurgitatione homines perimant; imo Gastritis sine vel vomitu, vel dolore verti queat in Gangrænam: Si 8vo. Hiftoria humani fanguinis ita obvelata nobis est, ut experimenta in uno eodemque morbo, imo in eadem cruoris detractione, prorsum contrarias videantur formare indicationes: Si denique 9no. in Peripneumonia, frequenti adeo ægritudine, viginti & ultra fæcula necdum veram pulsus definitionem, quæ ab omnibus admittatur, exhibere potuerint; profecto diagnoles morborum, ut ut sæpe veræ, & adæquatæ, nihilominus non raro toto cælo fallunt ; & Nofologia adeo imperfecta hucusque habetur, ut exceptiones cum multas, tum notabiles, patiatur; proindeque eam ordine Botanico in Classes, ordines, genera, ac species reducere, frustra quis tentet ; præterquam quod specierum in infinitum fere excreicat numerus : qua enim methodo undecim enumerantur Epilepfiæ v. c. species, eadem ipla 250. imo plures numerare species pollum.

Audire quidem mihi videor qui amare conquerantur, co modo, quo pluries in præcedentibus hujus operis tomis, quo denuo in hoc novo, pergo, Medicinam a me incertiorem reddi; a me, fciliect, cujus foret, proprii vi muneris, candem Tyronibus reddere quotidie certiorem. Hos autem rogatos velim, quo demum pacto artis exoptent certitudinem? An fuffocando Naturæ vocem, quæ ut aliis, fic &c mihi, cam falfam effe clamet, quam hucusque cre Cr

dideramus, certitudinem ? Agnoscant faltem medicam artem natam effe sedula, atque attenta observatione corum, quæ in morbis apparuerant, quæ in cadaveribus detecta. Quæ sæpe visa regulam quandam formare contendebant; alt ca, quæ non raro fallebant, arctos adeo limites nostræ circumseripsere arti, ut non infrequenter formata antea lex cessaverit talis esse. Certiorne igitur ars erit, si quod totics cadaverum lustrationes nos moneant, supprimemus; ne semel, dudumque receptas opiniones, ac scholarum systemata, quæ ad multa explicanda multum, ad plura parum, aut nihil faciant, labesactentur ?

Vimne eam inferre veritati poterimus, ut ea haud amplius vera fint, quæ contra receptas opiniones nobis palam Cadavera clament? Profecto hi, qui nihil prius veritate habent, ægre non ferent me medicinam non aliam tradidisse, quam eam, quæ minime a fystemate, opinioneve, verum ab ipsa Natura depicta, descriptaque fuerit.

Termino hoc caput, de Polypofis concretionibus, quas Capite primo plures enarravi, nihil omnino memorans; fiquidem Tom. 1. & alibi fatis clare, opinor, demonstravi cos esse paucos, qui inter morborum causas referantur, Polypos; cujusmodi ibidem unicum descripsi: plerosque vero sanguinis diathesi phlogiftica in morbis gigni, aut a conquaffante, ac palpitante Corde, in fanguine fere quiescente fabrificari. Si enim quis omnes Denatorum polypos, veluti totidem morborum causas, considerare velit, utique cunctas mortalium ægritudines iisdem adscribat oportet. Non attenderet idem millies polypofas concretiones eorum in cadaveribus reperiri, qui usque ad paucos ante mortem dies fanifimi, nullam unquam carundem dederant suspicionem : neque consideraret quotiescunque polypos invenire datur, toties alias, cum

cum varias, tum manifestiores morbi, mortisque causas, deprehendi. Hæc quemadmodum ante tot annos & scripsi, & publice semper docui, gaudeo ab egregio Morgagni & suis, & Valsalvæ observationibus, ubique, abundeque, confirmari.

\*

# CAPUTIII.

# De Miliaribus.

S. I. Miliaria boc anno in Nosocomio nulla. An quod extincta Viennæ? Minime, sed quod eadem non fabricemus. S. II. Repetitio antiquæ conclusionis, quod Morbus miliaris non sit Austriæ endemius, sed passim factitius. Multorum clarorum in Arte virorum sententia id confirmatur.

S. I. In parte hujus operis octava Anacephalæofin dedi cunctarum obfervationum, quas fuper hac materia eousque feceram, quasque *in* partium plurimarum variis, in Thefibus de Febribus, & in Epiftola ad Amicum, communicaveram. Lætus deprehendi difcipulorum animos nunc minus effe agitatos, minus circa famofam hanc quæftionem inquietos; ita quidem ut ineptas quorundam calumnias potius, quam objectiones, tanquam ultimos agonizantis erroris gemitus confiderarent; ad quas qui refponderet, nimio profecto & immerito casdem honore decoraret.

Animus fuisset novas forte observationes edere, cum per integros septem & ultra menses in Nosocomio præter morbos acutos sere nihil, aut parum saltem, demonstrarim. Verum in tanto Acutorum numero ne unicus quidem suit, quem sive Petechialia, sive

#### DE MILIARIBUS

five Miliaria Exanthemata, infecerint. Quin nec to to hoc anno 'contigit, ut ad confultationes in urbe, fuburbiisque, advocatus; advocor autem crebro; in ægrum vel unicum inciderim, quem alterutrum horumce macularet exanthematum, nifi femel forte miliarium principium, quod ilico fuffocabatur.

Igiturne, rogabit quis, extinctus demum Viennæ eft infamis hic Morbus? Minime: nam & illum crebrum viderunt Medici Exanthematum fautores, genitoresque: perierunt cum illis complures, hos inter autem senex, quem non alterutrum, verum utrumque hoc exanthematum genus corripuerat; peritura forfan & illustris virgo fuisset, nifi clarus fuperveniens Medicus Miliaria in eadem regimine calido, calidioribusque Bezoardicis, jam genita, codem artificio, eademque fortuna pepulisset, quibus Sydenbamus, consentientibus Medicis aliquot aliis, collegam suum Morice a Petechiis liberabat. Quod vero neutrum horum in meo Nofocomio habuerim, id pro parte faltem ei tribuendum cautelæ cenfeo, qua nullos hoc anno ægros ex aliis Nofocomiis mihi conquifiverim; ægris autem pro demonstratione variorum acutorum morborum egens, curaverim ad me illos adferri, qui acute laborantes ad certam femper horam ad nofocomium Hifpanicum aut afferuntur, aut ipfi adhuc accedunt, antequam cæteris cum ægris commisceantur. Non quod ejusmodi cautela omne exanthematum periculum excludat; domi enim eadem fibi pravo regimine consciscere possunt, priusquam ad nosocomia deferantur; ut vel hinc Miliaria nonnunquam ad nos detulerint : tamen juvit, quo minus periculi incurreremus, pauciores ad id habere occasiones.

Cur vero apud ægros, ad quos confultationis ergo vocor, necdum exanthemata viderim, hanc ejus caufam reor, quod ha: confultationes magnam partem apud

#### DE MILIARIBUS.

apud ejusmodi ægros haberentur, quorum Medici vel ejusdem mecum fententiæ de Exanthematum origine effent, vel eo faltem devenissent, ut sua methodo cadem non generarent.

§. II. Repeto igitur antiquam meam conclusionem eo confidentius, quo magis video nullo folido ratiocinio, nullo rite capto experimento, ab iis, qui contra clamitent, refutari aut infirmari posse, & quo experimentis meis propriis eandem reddo firmiorem: fcilicet, fi Petechiæ & Miliares eruptiones fint morbi hic loci endemici, oportet eos apud ægros, quos vel in nosocomio tracto, vel in urbe video, quoque familiares esser ficut quidam Medici eos apud segrotantes familiares reperiunt. Atqui olim valde raros, toto hoc anno nullos ullibi habui. Ergo hæc exanthemata non funt endemia, fed a causis alibi positis oriuntur, quas nos non ponimus.

Quod ego experior, idem clari mecum viri dudum experti funt, ut publicis testimoniis constat. Dantur præterea quorum necdum nota testimonia funt. *Exp. Cramer*, dignissimus ad *Leythæ Pontem* Physicus, studii naturalis universi, ac præprimis Ornithologiæ, ac Botanices cultura eximia clarus, dissertationem meditatur, ex sua numerosa praxi petitam, qua ca, quæ statuo ego, abunde sit confirmaturus.

Nec defunt clari aliarum regionum Viri, qui quo attentius rem contemplantur, eo magis se mecum assentire asserent : imo dantur, qui in annosa sua praxi nunquam aliter, quam ego, de miliaribus censur su nunquam aliter, quam ego, de miliaribus cenfuerint. Testem produco celeberrimum virum, Meinungensis civitatis physicum sentorem, Doctissimum S. G. Kölderer, qui Epistola 10. Oct. anni 1763. ad me data referens quasdam sane egregias cortice peruviano patratas a se curas, tandem subjungit : "Jam aliputatore data referens quasdam se conomica Plan-

#### DE MILIARIBUS

, tarum Historia, Tomo X. pag. 135. & seq. ad cu-» jus operis a quinto tomo continuationem me, post " laudati Autoris obitum, Typographus compulit, " occasionem arripui demonstrandi, quam certo, quamque facili negotio febres malignæ, quæ an-22 », no 1759. hic graffabantur, quæque maximam par-, tem aut parotides, aut bubones, aliisve in locis tumores, passim vero Petechias & Miliares, sibi 33 adjunctas habentes, curari vix poterant; demum 33 unice, sive Cortice peruviano, sive saltem ejus-22 » modi medicamentis, quibus exanthematis, altero tertiove morbi die confertim prorumpentis, eruptio impediretur potius, quam promoveretur, 22 curarentur. Nunquam enim Exanthemata fimilia », existimavi critica ese, at vero perpetuo sympto-" matica, dissolutionisque putredinosæ humorum », certiflima figna : ubi tamen, proh dolor ! con-" fueta methodus (die Mode-arzeny, scribit) nihil , aliud quam exanthematum clamet expulsionem; , quo ex fonte quot non prodierint calamitates !

Ut celeberrimus hic Autor, ita clariffimus Klein, eruditiffimus Allioni, experientia & eruditione clarus Valcarenchi, eximius Glass, magnificus Hazenöhrl, egregius Lautter, censuerunt; brevique censebunt publico testimonio plures. Ut haec doctrina, cujus in falutem publicam, suscepta defensio tot inimicitias in me, tot calamos virulentos, totque atroces calumnias ideo excitavit, quod contradicendi libido, quæ justa essent, non inveniret, nunc demum sarta tecta esse videatur; illoque me gaudio expleat, quod unicum verumque st patrocinii veritatis præmium.

Quo igitur animo expertissimus hujus urbis practicus, Medicus aulicus, excussa hoc anno apud Krüchten disquisitione. De Miliarium Exanthematum indole & tractatione, antiquum errorem statuminare tentaverit, non satis capio. Dicta suerant, & ad nauseam

## DE MILIARIBUS.

feam usque repetita a variis, tum & fæpius a me refutata, pleraque corum, quæ, veluti nova, profert; & fi qua recentiora exempla propria de praxi retulerit, facile quisque per se vidit ea ita ambidextra effe, ut negantem æque juvent, quam affirmantem. Ea enim hoc fæculo experimentorum usus eft. ut non id dicas, quod experimenta loquuntur, fed id eloqui experimenta jubcas, quod ipfe intendis: de his autem latius sequenti capite in alia materia. Ne ederet opusculum suum, pluries ferio monueram; quippe me, ut nullis aliis, ita nec illi, pro excusso fere patrio errore militanti, minime parciturum. Igiturne refellam opus! Honore dignus autor est, laudandus practicus, meus amicus. Sui quoque conaminis, ubi mea, quæ non legit, attentius perlegerit; ubi annofior mea confirmata viderit; iplum vehementer pænitebit. Sat igitur refutatum relinquo.

#### \*

# C A P U T IV.

# De Systemate Halleriano.

S. I. Partes fensibiles quæcunque, baud raro infensibiles apparent. Modificatio III. Morgagni admittitur quidem, sed conditionaliter, & non, nisi secundum ejusdem viri illustris explicationem. Quod si Modificatio eadem simpliciter admitteretur, nibil omnino novo Systemati faveret. Fabricius ab Aquapendente, & Valsalva, maxime autem olim Aretæus, tendines, ligamenta, ac periostea, partes sensibiles esse esperti sunt; banc vero earundem sensibilitatem im Arthriticorum cadaveribus Morgagni demonstrat. S. II. Contra consuetas observationes, dantur notabiles

puris confectiones citra febrim, vel citra dolorem; vel etiam citra utrumque, in omni hominum temperie ; ætate, & sexu. §. 111. Inflammationes dirissimæ ventriculi, intestinorum, &c. eædemque mortiferæ, aut fine dolore, aut fine febre, aut etiam fine utroque. §. IV. Resumitur quastio de Pleura sensibilitate, occasione cadaveris Pleuritici, in nosocomio demonstrati. Pulmo inflammatus bepaticæ duritiei plerumque invenitur, rarius mollis ac rubicundus. Quia pulmo in morbis pectoris inflammatoriis affectus effe deprehenditur, consequitur quidem id, ut nec pleuræ, nec intercostalium musculorum, Instammatio hominem ille so pulmone occidat; baud vero id, ut solus pulmo & sedes doloris sit, & mortis causa. Viros illustres; : Valfalvam, ac Morgagnum, perperam ab Exp. Tyffoto suas in partes trabi, 72. exemplis demonstratur; quæ inter 14. sunt cum inflammata pleura, & 17. cum indolente pulmone. Musculorum intercostalium examen cum in omnibus hisce anatomicis exemplis desit, non imperfectam modo, sed & nullam, redderet omnem Tyffoti conclusionem; etiamsi nec Morgagni nec Valsalva, nec ego, quidquam haberemus ejus argumentis opponendum : habemus autem plurimum. §. V. Inconstantia incomprehensibilis, & stupenda contradictio systematis Halleriani, dum Tysiotus 1mo mendacia statuit esse cuntta Ill. Halleri de insensibilitate Pulmonis experimenta; ob idque, quid de reliquis illius experimentis judicandum, unicuique integrum facit : 2do . dum fystema boc in Canones format, inter sese mirifice repugnantes. §. VI. Irritabilitas Cordis talis, qualem statuit Hallerus, & ipso eo Autore, & Morgagniani Operis 170. experimentis, funditus subvertitur. Explosit præterea Morgagni experimentorum in Brutis captorum adplicationem ad Corpus humanum. S. VII. Conclusio bujus Capitis.

48

g. I.

S: I. In opusculo Difficultatum super hoc systemate, in eo Vindiciarum contra Illustris Halleri apologiam, sin Gallica ad amicum Epistola, sparsimque hinc inde, conatus sui hujusce patesacere infirmitatem. Roborarunt sententiam de eodem meam cum illius Autor ipse, qui quo ulterius in eo defendendo pergit, eo ses mutabiliorem, incertioremque, etiam in præcipuis suis fundamentis, ostendit; tum ejus Defensores, qui, quo illud systema tueantur, in multis ab Autore recedere, plura ejusdem experimenta infirmare, quædam ridicula rejicere, absurdioraque rejectis coguntur substituere.

Sufficienter proinde meas in hac refutatione egiffe partes mihi videor: attamen cum dies diem doceat, & quotidie nova observemus Hallerianis adversa, quædam abs re non erit prioribus addidisse.

Homo, cujus morbi, & fectionis, historiam dedi Cap. 1. §. 6. gessit in suo Rene dextro monstroso ultra mediam libram calculorum omnis figuræ, nec doluit tamen inde, tum quo tempore primum apud nos erat, tum co 40. dierum spatio, quo urbem ac suburbia transcurrendo doceret, voluntariasque adderet exspatiationes.

Ren, inquit Cl. Hallerus, infenfile viscus eft. Sed quis hoc præter illum? Juxta ejus systema a Tyffoto elucidatum, quo duriores in corpore partes, co infensiliores sunt; eo sensiliores, quo molliores. Ren porro durus non est, saltem non utero, qui sensibilissimus, durior. Ergo Ren sentit. Et quem experientia in vivis haud secus, quam incisiones mortuorum erudierunt, perillustris Morgagnus, quotiesne Renes sensiles declaravit? Quam non sensilitatem horum quotidianæ lamentationes Renum calculo laborantium declarant!

Aft experimenta Renum testantur infensibilitatent j gis. Bona verba! Experimenta bene capta exhibe-D

re nudam deberent veritatem. Id vero moris non eft. Vidimus Cap II. Peripneumonicorum durum pulfum debuisse mollem dici, quo Galeni servaretur auctoritas. Vidimus Cap. III. experimenta Miliarium eruptionum criticam eorundem indolem testari debere, dum id ita Patroni illorum jusserint. Nunquam vero magis id, quam in irritabilitatis systemate elucescit, ut, quod præoccupatus systemate animus jusserit, id eloquantur experimenta.

Demus vero paulisper esse indolentes Renes; num tamen homo noster dolere non debuit a finitimarum renibus partium compressione? Mesenterii scilicet, intestinorum, nervorum ex vertebris oriundorum, musculorum Psoæ, Quadrati lumborum, Iliaci interni, partium utique omnium ore sensibilium? Verum ut ex historia patuit, nihil toto, quo dixi, tempore doluit, ne a motu quidem validiore, nullumve impedimentum in motu cruris dextri expertus est.

Equidem Cl. Morgagni, qui tacite ac reverenter, in fuis Epiftolis Anatomico-Medicis, modernorum fystema explosit, hinc inde ejusdem absurditates obvelare, ac emollire satagens, sic ad hanc difficultatem respondit, ut subito nati tumores dolorem quidem viciniæ suæ sensibili creënt, minus vero qui sensim, lenteque; co quod hæc compressioni pedetentim assues, ac fensim quandoque occalescat.

Modificationem hanc ea lege admitto, ut faltem 1<sup>mo</sup>. in principio tumoris fæpe dolere vicinæ debeant partes in locis, qui pleni, haud inculpate aliena infolitaque admittunt, ut 2<sup>do</sup>. in cadaveribus hæ partes vicinæ enerves, aut callofæ reperiantur: ut 3<sup>tio</sup>. in vita quoque partium, lente crefcenti tumori vicinarum, licet indolentium fere, tamen in ufu læfarum, phænomena appareant.

Sed, inquient, forfitan, id necessario ex hac modifia

dificatione non fequi: fiquidem cum utero imprægnato, fenfim fe eam in molem extendenti, quam pauci tumores coæquent, feminæ complures vix doleant toto tempore graviditatis; eæque cafu denatæ callofitatem degenerationemque partium compressa rum nullam Anatomicis exhibeant: in aliis vero ipfum v. c. molis prægrandis jecur, idque induratum, non exhibeat a morte callofum peritonæum, ventriculum, inteftina.

Demus & hoc quoque: an vero hoc dato id verum effe fequitur, quod novum fyftema inde concludit? Minime. Si enim 1<sup>mo</sup>. Clariffimo Morgagno id lubens conceffero, quod exempli gratia, duræ ac piæ Matres, dum fenfim tenduntur, parum doleant; quod Renes pedetentim tumefacti vix percipiant dolorem; quod in graviditate, in hydrope, mufculi abdominales, peritonæum, mefenterium, inteftina, cutisque expanfa, in pluribus non doleant, faltem non multum; nunquid legitima conclufio hæc erit, cutim, quæ omnibus fatentibus fenfibilis eft, mefenterium, inteftinaque, ipfos demum nervos abdominales, fenfibilitate carere? Utique tandem nihil ultra univerfo in corpore fenfibile foret.

2<sup>do</sup>. Vidi ego, videre Valsalva ac Morgagni, ordine inverso, tumores subito natos dolorum expertes; lente vero cretos maxime dolorificos: idque iis etiam in partibus, quæ omnium consensu sensibiles funt, ut postmodum patebit.

Tandem 3<sup>ti</sup>. ad leniendas quasdam novi fystematis absurditates eximius Morgagni, ut supra monui, hæc excogitavit; minime vero approbavit ad usum pathologicum. Qui enim aliter ipsum intelligamus, Cephalæarum causam ex paulatim nata compressione cerebri membranarum in Epistola I. explicantem? Et capitis dolores a nata pauxillatim duræ Meningis D 2.

cum Cranio cohæfione deducentem? Qua alia ratione ejus mentem capiemus, dum Epist. 58. observationem primo Valsalvæ referens, qui diuturni atque omnibus adhibitis auxiliis rebellis, ad diaphyfin Tibiæ, ejusque Malleolum, doloris caufam invenerat ad tendines, inque Periosteo: deinde observationem Fabricii ab Aquapendente, qui in carpo pituitam acrem, internos tendines afficientem, ut diuturni doloris causam, deprehenderat; quique ambo magni in arte viri, scalpello educta materie, & ille, offis quadam separatione facta, ægros suos reddiderant ab omni dolore immunes : dum illis, inquam, hæc fubjungit: "Cæterum num duo Anatomici, iidemque " Chirurgi præstantissimi, Fabricius & Valjalva, ; ipfi quoque tum forte decepti fint, tendines uter-» que, hic etiam periofteum, illis cruciata dolori-» bus fuisse non dubitantes, malim per te existi-"mes, quam ipfe dicere." Profecto ut ambo hi vitiis tendinis, ac periostei, minutatim natis, dolores five repetentes, five perseverantes, tribuerant; ita hic dolores capitis vitiis membranarum cerebri gradatim ortis.

- Sed, quod crebro dixi, quodque ab Ill. Hallero, ejusque Discipulis, consideratius attendi optassem, quemadmodum cunctæ hæ partes explicatis de caufis doluiffe inventæ funt; ita non raro non doluiffe vilæ sunt: id quod ut in enarratis casibus, ita & in aliis, imo in universi corporis partibus contingere, evictum est. Nonne dudum Aretæus ligamenta confiderans , veupa, ra des mala rov acteur, non dolere " sæpe, scribit, dum quis ea abscindit, conterit-», ve; & interea alio tempore hominem fic ab illis », dolere, ut a nulla re magis; imo ut non ferramen-» ta adftringentia, non vincula, non vulnerans gla-" dius, non exurens ignis, plus crearent doloris; , id quod rem stupendam vocat, cujus solis Diis no-27 ta 80113

no ta causa sit. Morb. diuturnor." Lib. 2. Cap. 12.

Profecto procul abfuit ille humanæ naturæ ruspator, ut ideo ligamentorum fenfilitatem negaret, quod quandoque non viderentur illa fentire. Et non negat non doluisse, & doluisse affirmat. Cur Aretæum non sequamur?

Sed experimenta, ajunt, docuere non fentire omnino, nec unquam, ligamenta ac tendines. Attamen eorum, qui in brutis rem explorarunt, hi has partes non fentire, illi fentire easdem, experti funt. Ita ut, quod Arateus mox de humanis, idem de brutorum tendinibus, ac ligamentis, nunc fentientibus, nunc infenfibilibus posteriores notaverint.

At missa faciamus experimenta in brutis capta, ea quæ in homine, de quo unice agitur, contemplaturi. Ab omni ævo ligamentorum ac tendinum senfus a doloribus Arthriticis demonstrari creditus fuit, ut pluries adversus Hallerum evici. Vir autem illustris ille podagræ sedem negavit in tendine ligamentove esse, & propria sua podagra, ut putat, edoctus, ad cutem locavit.

Cum ea, quæ adeo convincentia claro Viro repofui, ipfum convicisse non videantur, adeundus ipfi Morgagnus crit, adeundusque Valfalva. Narrabit ipfi bic se podagricam materiem invenisse in membrana digitorum tendines obvelante : ille post fævos ischiadicos dolores in vita toleratos, non supra, sed totum, idque ingens, atque multiplex vitium, intra articulum coxæ se reperiisse : imo quod Cælius Aurelianus notaverit lapides podagricos primo articulum solvere, cutim deinde distendere, atque erumpendo prominere; hæc omnia se vidisse in digitorum manuum articulis Patricii Veneti : remittitque lectores ad fimilia observata Harderi, Schneyderi, Dobrenskii, in Sepulcreto. Tandem inducit nonnullos. quibus scribere libuit, non posse humorem arthritig D 3 cum

cum intra articulorum caveas perferri, quandoquidem ligamenta capfularia occludant easdem, neque ulla ad has via pateat, nec vena aliqua hæc loca fubeat; quibus egregie relpondet vias huc easdem effe, quæ mucilagini, articulorum cava lubricanti, dicatæ. Adde ad hæc, quæ paulo fupra, ex Valfalvæ & Aquapendentis demonstrationibus didicimus.

Nonne interim dolenda artis nostræ fors est, qua id, quød plurimi mortalium, quod ipsi Medici in se millies experti sunt, quod tot clari Anatomici sus oculis viderunt, Renes nempe, intimosque articulos, capsulas, ac Tendines, doloris materia obsideri, adeoque sentire; id verum ultra non esse, quia condito semel imprudenter systemati convenit has omnes partes infensiles esse?

§. II. Puris confectiones febrim habere doloremque comites, ab Hippocrate, in nostra usque tempo. ra, observatum eft. Ipse tamen Hippocrates, postque ipsum alii, observarunt eas nonnunquam fieri ingentes, quæ æque doloris fint, quam febris, expertes. Epid. IV. apud Chart. textu 40. ubi primum dederat Hippocrates figna confueta, quæ Medicis patefaciant num, qui in morbis abscessus appareant, judicatorii fint; duos subjungit casus, qui a signis hisce, ab eo datis, abluderent: ac primum quidem Leambii, qui ad humerum, & ad finistrum ani latus, citra vel minimam febrim exulcerabatur; alterum alius ægri, qui cum inflammata sede, unde posthac purulentum prodiit, febris omnino fuerit, dolorisque expers. Ne quis autem Medicus, fimilia nondum expertus, fidem forte dictis negaret, rem probe se nosse, & asseveranter se loqui Hippocrates declarat. inavoc TETo Xépo, inquit.

Egregius Morgagni in Senatore sene & œdematoso id in crure observavit. Et qui in varia ætate, ac fexu, viderat, laudat Collegana suum Cl. Pujatum, ut

ut qui in Anu, in Adolescentula, in Viro robusto, idem observasset. Num inde concludam legitime cutaneos nervos, & cutem ipsam, insensiles esse? Non: sed has sensiles per se partes, aliquando insenfiles esse, ut de ligamentis supra Aretæus.

§. III. Inflammationes adeo lævas, ut eas Gangræna, Sphacelusque excipiant, febres, magnique folent comitari dolores. Non est tamen lex perpetua. Juvenis meus Cap. I. S. VI. Homo Vallalvæ apud Morgagni Ep. 24. inflammatum ventriculum, ac gangrænofum uterque citra dolorem, meus etiam citra febrim, habuerunt. Morgagni post quam cum iple quatuor aut quinque exemplis idem expertus esfet, tum ex Fernelio, Hoffmanno, Ortlobio, Riverio, aliisque confirmaffet; demum Epift. 25. §. 21. præclare subjungit : "Quæ omnia cum ita sint; quando , cum aliis inflammatorum inteftinorum fignis vehe-" mentem dolorem, & acutam febrim in ægrotanti-" bus deprehendes; jure quidem meritoque credes " rei medicæ auctoribus, hæc duo inter præcipuas , notas magnæ inteftinorum inflammationis ponen-" tibus. Nec tamen, fi quando alterum, vel u-, trumque horum, aut abelle, aut vix effe, inve-" nies, continuo putabis aut nullam effe inflamma-" tionem, aut levem; neque gangrænam & sphace-, lum in corum elle intettinis non polle, in quibus , duo illa præcefliffe non videris. Optandum fanc , fuisser ut Medici, cum figna hujus inflammatio-, nis, & confequentis ipfam gangrænæ, propofuerunt, hoc monitum non omitterent in morbo, qui 22 per fallaciam ejusmodi, nec raro, præceps, ac 22 " repentinum affert exitium. Nec raro, inquam; » nam memini, cum adolescentuli supra descripti ,, calum mirabundus narrarem Vallalvæ & Albertino, , continuo utrumque confirmafie non abfimilia oc-" curriffe fibi, nec femel." Quid, quod idem Vir

D 4

pe-

perillustris semel, ego pluries, herniam incarceratam indolentem viderimus, ut morbus tumore inguinis, ac vomitu desperato cognosceretur duntaxat; & inflammata valde intestini pars, inque gangrænam pro parte versa; in cadavere adpareret?

Ex quibus manifestum fit partes sensilissions, dolorum atrocitate infames, non raro a causis dolorificis affici, fine sensu doloris. An tunc causa doloris vehemens intercipiat id, quod ea in parte cum communi sensorio communicet? Namque pauculum in nervo requiritur, ut subjecta pars insensilis, etiam scissa ustaque, nihil sensorio communi denuntiet. Sed quæcunque mirabilis phænomeni causa sit, id perpetuo constat, ideo musculos, ideo nervos, ideo ventriculum, intestina, mesenterium, cutim, partibus sensilis annumeranda non esse, eo quod non raro infensilia appareant.

§. IV. Cum fimile quidpiam credatur in pleura observari, paulatim perduci me sentio ad refuscitandam tædiosam de ejus sensilitate quæstionem, quæ occasione systematis moderni agitata toties est; quæque ejus sensilitas ita a magnis Viris Valsalva, & Morgagne, explosa fuisse Clarissimo Tysoto apparet, ut in suo diffamatorio contra me libello clamet io! triumphe! Quo brevior sim, refero me ad ea quæ in Gallica ad Amicum Epistola in hanc rem ipsi reposui; additurus hic reliqua, quæ occasione Anatomicæ sectionis, Cap. I. §. V. relatæ, necessario mihi exponenda sunt.

În thorace dextro, sub loco olim dolentissimo, quem, ne de co quis ambigeret, emplastri figebant vestigia, membrana pleura, latissima admodum plaga, haud inflammata duntaxat, sed inflammatissima apparuit: sic quidem, ut cum illi, qui pleuram vasculosam esse præfracte negarunt, tum hi, qui felisissima injectione paucis tantummodo vasis ornatam

1 (9

Via

\$7

videri statuerunt, hic eam vidissent quovis in punto vasculosissimam. Clari hi viri laudandi sunt, quod vel nulla, vel vix ulla vasa, suis pleuræ injectionibus se invenisse, adeoque Ruischio adhuc infeliciores fuisse, fateantur; sed condemnandi sunt, quod ideo pleuram vasculosam esse negaverint; quod ideo inflammationi ineptam esse decreverint; quodque ideo aut deceptos, aut mendaces, magnos in arte viros declaraverint, qui in cadaveribus eandem valde inflammatam, & viderant, & descripserant posteritati: Erasistratos ajo, Cælios, Martianos, Diemerbroeckios, Riolanos, Boerbavios, Valsalvas, Morgagnos.

Hæc porro Pleura, ut vehementer, quo indicavi loco, inflammata, fic etiam, cum in vita dolor, non deferendo hanc plagam, usque ad dorfum proferpfiffet, inflammata Pleura inventa est usque ad alterum spinæ dorfalis latus. Tum & ipsa diaphragma convestiens, & qua tendineum, & qua musculofum, inflammata admodum adparuit: inflammatum quoque diaphragma erat, qua parte Peritonæo succingitur; levius tamen, quam qua Pleura.

Pulmones nullibi ad Pleuram accreti, nifi in inflammata quadam plaga, adhæfione digito non latiore: molles ceterum, & dum profundius incidebantur, fuperius grifei, inferius intenfifime rubri.

Plurimos inter testes, huic sectioni circumstantes, erat Vir clarissimus, Göttingensis in Anatome Prosessor Vrisberg, qui per duos, tresve menses, hanc nostram universitatem sua præsentia cohonestavit.

Febris acuta primum, dein fæva Pleuritis, fuftulerunt hominem; haud fine peripneumonia tamen. Licet enim Pulmones inflammatione duros non deprehenderemus, quemadmodum in antecedente trium cadaverum fectione, erat inflammatus tamen, D 5

infimis uterque lobis, ea nimirum rariore inflammationis specie, quam Cl. Morgagni describit, ut rariorem, Ep. 20. §. 21. "Plerique credere videntur, "ait, pulmonis inflammationem in rubore ferme "confistere: (hic noster casus erat) quod aliquan-"do fieri posse non est negandum, ut si quando de "genere est legitimi crysipelatis: verum in pleris-"que inflammationibus densus durusque sit pulmo."

Necesse fuit hanc memorare Cl. Morgagni adnotationem convenientem cum ea Hippocratis, pulmones Peripneumonicorum nunc eryfipelatofos, nunc infarctos, durosque, scribentis; convenientemque præterea cum ea Lanzonii, qui in Pleuritide, pleura illæfa, pulmonem invenit Eryfipelate affectum, ex flavo maculofum, non vero durum: neceffe, inquam, fuit hanc adferre adnotationem; ut fimul confirmarem id, quod in Epistola ad Amicum, contra Tyffotum urfi: nempe in Schola Boerhaviana Pleuritidem, fi fedem in Pleura, vel in Musculis intercostalibus habet, haud ita confiderari, ac fi inde homo illæfo moreretur pulmone; at vero fic, ut refpiratione Pleuriticorum vehementer læia, pulmonem ferius ocyus affici, suæque affectionis indicia in cadavere præbere oporteat. Imo Boerhaave non in Pleuritide tantum, verum etiam in plerisque morbis letalibus, peripneumonicum hominem demum mori docebat.

An igitur adverfariorum inde deducta confequentia legitima est? Quando Boerbaave scripsit Aph. 874. "Cur ex iisdem pariter liquet hunc morbum, "(Peripneumoniam) sere fieri ex omni alio præ-"gresso, antequam ex eo moriatur æger? adeoque "proximam mortis causam, & ultimum omnium "fere letalium morborum effectum esse Peripneu-"moniam:" quando, inquam, sic scripsit, nunquit ideo statuit mortalium neminem nunquam a Pleu-

Pleuritide mori, quia Peripneumonia scenam claudit? neminem unquam a Paraphrenitide? neminem ab Hepatitide, Enteritide, Hysteritide, Nephritide, Arthritide? An quoque dixit Boerhaave, hæc fcribens non differre morbum principem ab epigenomena Peripneumonia? Nihil profecto minus. Sed quidem hoc docuit, quemadmodum inflammatio meningum Cerebri, ea inteffinorum, uteri; quemadmodum ceteri enumerati morbi principes, seu primarii; five fanguinem corrumpendo, five folida omnia obstruendo, constringendove, sive nervorum labefactando originem, five alio quocunque demum modo id efficiant, ut pulmo plus accipiat cruoris, quam finistrum in Cor refundere possit, letalem adeoque Peripneumoniam gignant; fic quidem ut non directe per se, sed per epigenomenam Peripneumoniam necet hominem; ita pariter & quidem a fortiore, Pleuritis, id est inflammatio Musculorum intercostalium aut Pleuræ, non modo ca facit, quæ enumeratorum plerique, verum magis immediate corum organorum, quibus ad refpirandum eget pulmo, lædit functiones, eoque certius hac superveniente Peripneumonia occidit: absque co tamen, ut nata fic peripneumonia non magis princeps fit morbus, non magis existentiam inflammationis laterum, ut fui causam, neget; quam superveniens inflammationi v. g. intestinorum negaret hanc ipfam intestinorum inflammationem & separatum a fese morbum effe, & se ex eadem suam sumfisse originem.

Neque alia ratione, intentioneve, suas tradidere Valsalva ac Morgagni observationes. Ut profecto nesciam quo pacto potuerit Tysotus tam in Halleri, quam in sui proprii systematis confirmationem, magnorum illorum Virorum observationibus ita abuti, ut inde probaret nunquam Pleuritidem in Musculis aut membrana laterum thoracis, sedem habere; & hunc

hunc morbum unum eundemque cum Peripneumonia effe. Cum illegitima hæc innovatio fimul totam hac in parte Pathologiam perturbet, neceffe eft paucis ut has obfervationes recenfeam, fingulariumque fingularem analyfin faciam.

Epist. anat. med. 20. §. I. recenset Clar. Morgagni casus per universum opus dispersos, antequam ex profession rem aggrediatur : itaque codem modo eum sequar.

1°. In Epist. 6. Nº. 10. Valsalva in homine post dolorem finistri lateris invenit pulmonem finistrum induratum. Pleuræ mentionem eo non faciente, illæsam fuisse lubens supponam. Numquid musculorum intercostalium mentione non facta, illæsos quoque credam eosdem ? Neutiquam : etenim ex universa sequentium historiarum serie patebit, vix, nisi femel iterumque, examinatos in cadaveribus hos mufculos fuiffe; adeoque infignem adeffe in omnibus Tyffoti conclusionibus defectum. Cum enim Boerbaavius Pleuritidis sedem in Pleura, vel in musculis intercostalibus fixit, & in his ultimis solis Hallerus; iple vero Tyffotus in unico Pulmone; non potuit fere ullo testimonio Valsalvæ & Morgagni, ille uti, nisi in quo rigorofum fimul factum fuerit corundem musculorum examen; in quo fane examine totus rei cardo vertitur. Adeoque, ut monui, cum vix tale examen unquam ab illustri hoc duumviratu institutum fit, fuit vana ac inanis omnis ejus conclusio.

Igitur æger Valfalvæ doluit finistro latere, vel ob id unice, quod induratus pulmo sensibilem pleuram continuo terendo, premendo, fricando irritaverit; vel ob hanc causam, & simul ob intercostalium musculorum inflammationem.

Nunquid vero tunc Pleura non fuisset inventa inflammata? Potuisset, sed non debuisset. Non omnis sensibilium partium irritatio gignit phlogosin.

Sable

SI

Si gignat pulmo induratus hanc fricando, terendòve, gignit & epigenomenam pleuritidem; fin minus, pleura doluit non inflammatorie.

2<sup>do</sup>. Epift. eadem §. 12. Senex fterni dolore in morbo fuo ultimo unica modo die laborat, faltem postea non conquestus de co est. Illi abeunti stertor successit. Erat autem homo & ante dolorem pectoris, & post eundem, hebes, ac semisopitus. Valfalva in Thorace invenit pulmonem dextrum hic durum, ibi nigrum, alibi corruptum. Quid hæc historia ad quæstionem nostram? Homo hic unico die doluit duntaxat, vel quod inflammatus cruor sternum relinquendo affecerit pulmonem, vel quia æger præ mentis hebetudine, & soporositate, dolorem ultra non perceperit. Die 5. vel 6. a cessante dolore mortuus est.

Arbitrabitur forte adversæ opinionis scriptor hominem hunc non minus stupidum fuisse, quo die dolores pectoris conquerebatur, quam & antea & postmodum, nihilominus de dolore non nissi eo unico die conquestum esse; cum igitur hebetudine su non impediretur dolorem unico die percipere, oportere eum toto morbi tempore doluisse, cum pulmo ejus ita pro parte induratus, debuerit, secundum prioris morbi explicationem, continuo dolore pleuram irritando, fricandoque afficere.

Vicifim autem hunc ego rogabo, ut explicet mihi cur homo hic perpetuo non doluerit, fi caula doloris pleuritici vera fit pulmonis inflammatio? Cum enim Pulmo in cadavere peflime inflammatus reperiretur, debuit doluiffe continuo. Nec caulam indolentis pulmonis in ejusdem gangrænam referat: nam pars adhuc dura præ inflammatione erat. Cum hoc mihi nunquam explicabit, vel ad dicta antea me refero, vel in partium fenfibilium temporariam infenfilitatem, quæ longe lateque fuperius demonftrata eft, caulam refundam. 3<sup>110</sup>

3<sup>tio</sup>. Ibid. §. 14. Peripneumonia ac fopore detentus intra quatriduum moritur. Thoracem non examinavit Morgagni. Ergo adversarius ex tota hac historia nihil concludere potest.

4to. Epift. 7. Nº. 4. Valfalva hac habet. " Vir » annorum circiter 35. dolore corripitur in Thora-" ce cum febre. Dolore abeunte, accedit ad fe-, brim delirium : quod, febre magis augescente, , ad mortem usque perdurat, quæ circa diem 11. » accidit. Thorace recluso pulmonum posteriora "dura aliquantum, & rubra inveniuntur." Si hic homo pleuriticus fuit, dolor abivit, quia pro pleuræ inflammatione ea meningum nata eft : pulmo autem inflammatus fuit quod Phrenitis, ut omnes morbi acuti fere, quemadmodum fuperius probatum eft, vitam Peripneumonia finiverit. Notandum adversus pulmonum sensibilitatem, quod si ideo homo thorace doluiffe statuatur, quod pulmones inflammati effent, pulmones inflammati plurimo morbi tempore infenfiles fuerint. Si dicas præ delirio hominem dolorem non sensifie, dicam idem de Pleura, vel de Musculis intercostalibus.

5<sup>to</sup>. Epift. 22. §. 10. Valfalva in Thorace hominis venerei, qui finistri cum lateris dolore acute decubuerat, finistrum pulmonem superiore parte durum, inferiore faniosum, invenit. Iterum ab affrictu & irritatione rigidi pulmonis ad pleuram dolor explicatur: vel ab inflammatis musculis intercostalibus.

6<sup>10</sup>. Ibidem §. 11. Meretrix in finistra thoracis parte fic dolet, ut vix decumbere in eandem possit. Cum pulmones ambo dura tubercula & ulcera gesserint, cur, si sedes doloris lateris in pulmone est, non doluit illa utroque latere? Ergo Pulmones non sunt dolorum laterum sedes. Unde ergo finistri lateris tantummodo dolor? Intercostales musculi, fi

examinati fuissent, doloris forsan patefecissent caufam.

7<sup>mo</sup>. Ibid. §. 16. Virgo pleuroperipneumonica finistro latere potislimum ac valide doluerat. Invenitur & Pleura inflammata, & pulmo. Historia hæc explicatione non eget. Nimiæ præcipitationis convincit modernos.

8<sup>vo</sup>. Ibid. §. 22. Pleuroperipneumonia cum pungenti finistri lateris thoracis dolore. Pulmo finister prave affectus, minus dexter: ambo cum pleura ubique connexi, magis adhuc dexter. Pravus pulmo finister minus accretus, ad loca accretionis distraxit pleuram, ut doluerit, dolore tamen non inflammatorio. Dexter Pulmo universalius accretus, & parum vitios, non potuit distrahere pleuram. Quid fi etiam finistri intercostales musculi inflammati fuerint?

9<sup>no</sup>. Epift. 36. §. 23. Lanio acuta prehenditur febre, fignis ftipata internæ thoracis inflammationis. Pulmo dexter annexus pleuræ & durus. Hiftoria non narrat, an dolor affuerit, nec quanam thoracis in parte: figna modo ait adfuiffe inflammationis internæ. Si doluit igitur latere dextro, caufa ex præcedentibus intelligitur, preflio fcilicet & irritatio pleuræ a duro pulmone. Sin minus, obfcurior narratio eft, quam ut quisquam illam in fui favorem laudet.

10<sup>mo</sup>. Epist. 37. §. 29. Thoracis inflammationem conquesta mulier est. Vaga enarratio nihil determinans, adhuc minus Anatome, quæ non est facta Thoracis.

11. Epist. 45. 5. 16. Mulier in acuto morbo pectoris non querebatur de peculiari ad dorsum molestia, ut neque de pungente dolore. In cadavere tamen, præter vitiatos pulmones, pleura utroque in latere

latere roseo rubore ad non parva spatia rubebat. Subrubrum & Pericardium.

Sed ipfa hæc mulier nunquam erat conquesta de tremore cordis, nunquam de animi defectionibus. Nihilominus ipfi erat Pericardium hoc amplum, sero quasi purulento distentum, in substantia incrassarum, eductaque contenta materie luridum, quemadmodum quoque universa cordis, vasorumque majorum, & auricularum superficies erat, a crassa polyposa compacta, iisdemque accreta materie.

Cum proinde hæc mulier cordis palpitationibus, animique caruerit defectibus, quos pati debuiffet, non miramur nec laterum conquestam esse dolorem? Peculiare illud hic obtinuit, supra memoratum, explicatu difficile, quo licuit causas adesse symptomatum, ipsa tamen deesse aliquando symptomata. Nihil ergo hoc argumentum urget.

12. Epist. 48. §. 32. Thoracis inflammatione Meretrix periit; cujus non est examinatum pectus. Adeoque hæc observatio ad quæstionem non facit quidquam.

13. Recensui hucusque eos casus, quorum per anacephalæosin Morgagni meminit. §. 1. Epist. 20. quæ nobis commentanda est: priusquam vero id aggredior, necesse est eos recenseam per universum opus dispersos, quorum auctor in hac §. 1 Epistola 20. ipse non meminerit; ut toto in opere nihil, quod ad rem facere possit, maneat intactum.

Epist. 7:5. 11. Figulo vehemens est dolor finistri lateris, die septimo moritur. Sinister pulmo præ inflammatione jam suppurari inchoat. Pleuræ adhæret multis membranaceis vinculis. Pleuræ superius crassa, inferius crassiuscula, & rubicundior. Pericardii facies exterior, sinistra tantum, a vasculis minimis, sanguine turgidulis, rubebat. Hic omnia adz

adsunt, quæ in schola Boerhaviana ad Pleuroperipneumoniam requiruntur.

14. Epist. 52. §. 15. Pleuritis ad imam finistram Thoracis partem gravissima fuit. In cadavere folum cranium examinarunt. Ergo ut supra ad N°. 12.

15. Ibid. §. 13. Dolor pungens ad lævam mamillam. Sinister pulmo inferiore lobo inflammatus; finistraque pleura. Demonstratio ut N°. 13. superioris.

16. Epist. 9. §. 12. Nulla doloris laterum mentione facta, febricitans coquus moritur ad 12. diem epilepticus. In cadavere inflammata pleura.

Ad hiftoriam hanc non est quod multum hæreamus. Cl. Auctor nec morbum ipfum se multum vidisse, nec dissectioni, quæ modo a Medicinæ studioso facta est, interfuisse se fatetur. Ast cum pleura inflammata esset, legitime supponam hominem latere doluisse.

17. Epift. 22. §. 16. Virgo utroque quidem latere dolucrat, fed finistro potissimum. Pleura sinistra inflammata, finisterque pulmo. Pulmo dexter superius durus pleuram irritaverat nondum inflammatorie.

18. Epift. 45. §. 23. Pulmo inflammatus ac peffime affectus, fine ullis ejus in morbo acuto fignis aut dolore. Qui ita urgent ideo non effe fenfibilem pleuram, quod fine prægreffo dolore inventa fit inflammata; coguntur hic fuam affumptam pulmonis fenfibilitatem dimittere. Quid clarius demonftrat Peripneumoniam exquifitam doloris expertem effe; ideoque in ejus definitione doloris non fieri debere mentionem?

Nunc ad Epist. 20. & 21. examinandas, quibus Tyffotus Pleuræ infenfilitatem, ac sensibilitatem Pulmonis, probare annifus est, nos accingamus. Epist. 20. meras Valsalvæ continct observationes:

E

qua-

quarum prima hæc eft §. 2. Moritur peripneumonicus, fine dolore. In thorace dexter pulmo inflammatus, cum Pleura illæfa. Hic quæretur a me cur Pleura non doluerit, quæ juxta explicationes priores meas a duriore pulmone laceffita dolere debuiffet? Quæro viciffim ego, cur pulmo, adeo fenfilis hoc tempore habitus, non doluerit? dolere enim debuiffet. Si cafus utrique litigantium partium inexplicabilis, neutri favorem, aut præjudicium facit. Ego qui fenfibiles partes non raro non fentire demonftravi, facile hic pleuræ explico indolentiam.

2. §. 3. Dolor in latere dextro. "Dexteri pulmonis fuperior lobus, & proximi lobi pars fuperior, qua uterque dorfum fpectabat, tumore turgebant inflammato, & præduro, arcteque per membraneos nexus pleuræ adhærebant: hæc tamen nullam inflammationis notam habebat." Quæro hic ab iis, qui omnem pleuriticum dolorem Pulmonibus inflammatis tribuunt, cur pulmone ad dorfum inflammato homo non ad dorfum, ubi inflammatio, fed ad latus, ubi fanus pulmo, doluerit? Ergo inflammatus pulmo non dolet. Cur igitur homo doluerit in latere ubi nec pulmo durus, nec pleura læfa? Refponfio forte in propatulo esfet, fi mufculos intercoftales examinaffet Valfalva.

3. §. 5. Dolor gravans finistri thoracis. Tumidus, ac durus Pulmo, finistram hanc partem totam explebat. Pulmo valde tumidus compressit pleuram, quæ inde non *punctorie* non *instammatorie*, sed gravative doluit: unde nec instammata apparuit. Si quis tamen velit acutum ac pungentem dolorem adfuisse, in musculis intercostalibus sedem quærat.

4. §. 7. Dolor in Thoracis finistra parte. In finistro cavo serum albidum, tum pulmo a posteriore parte inflammatus. Pleuram Valsalva non deferipsit. An quod neglexerit? An quod bona effet? Sup-

67

Supponamus fuisse bonam, & ex toto casu concludamus 1<sup>mo</sup>. pulmonem insensilem esse, qua enim parte inflammabatur, non dolebat. 2<sup>do</sup>. Serum acre essuration dolebat. 2<sup>do</sup>. Serum acre essentation dolebat. 2<sup>do</sup>. Serum a-

5. §. 9. Dolor primo gravans in latere dextro, quarto die pungens, quinto mors. Pulmo dexter immanem inflammationem ac duritiem, & fub his inchoatum jam abscessium, ostendit. Infinuat Cl. Morgagni in hac anatome describunda Valsalvæ negligentiam. Nihil enim, quod requirebatur, de tota Pleura. Si inflammata fuit, utique causa intellecta doloris est: sin minus; exspectemus musculorum intercostalium examen.

6. S. 11. Post dolorem præsertim circa sternum, in sebre continua, mors die nono. Pulmo sinister inseparabiliter cum tota pleura connatus. Dexter concretus cum toto mediastino, itemque cum pleura superiores costas vestiente; pus saniosum e pulmone effluxit, dum vi a superioribus costis avelleretur. Antiquior forte cohæsio, quæ demum, pulmone præ inflammatione, & suppuratione tumido, ac duro, caufa doloris fuit. Sed quid sententia Morgagni præstantius? "Hic illud juvat attende-, re, inquit, cum dolor effet præsertim circa ster-, num, vitiatum pulmonem toti mediastino arcte , adhæfisse, quod videlicet ad sternum alligatur. , At alligatur, inquis, etiam ad Thoracis verte-, bras, circa quas non memoratur dolor. Verum ", hoc eft: sed verum id quoque, in violenta respi-, ratione, qua uti ea virgo cogebatur, sternum », moveri, non vertebras; itaque illas magis affici " mediastini partes, quæ ad sternum sunt alligatæ. Peto humaniter ab iis, qui hasce Morgagni præclaras Epistolas in suas partes trahunt, num manifesto iis oppositus non sit, mediastinum, pleuræ pro-EA ducties

ductionem, fensibilem declarando? si dubitent adhuc, sequantur eum hoc loco, tres Sepulcreti observationes sic explicantem, ut mediastino, ac Pericardio sensilitatem non neget.

7. S. 13. Dolor in dextra Thoracis parte, atque etiam in medio sterni. Supinus cubat. Erecta cer-vice spirare cogitur. Die 7. mors. "Pulmo dex-, ter in superiore parte tota induruerat; & nonnihil " sterno, arctius autem mediastino, adhærebat. Si-» nister a tergo infectus erat colore atro."

Si dolor a pulmone inflammato, in finistro Thorace debuit violentior fuisse, cum fæva inflammatio jam in sphacelum tenderet. Atqui non doluit latus finistrum. Ergo pulmo non est sensibilis.

Cur homo doluit latere dextro, & ad sternum medium? quia pulmo sua duritie pleuram fricabat, & adhæfione ad fternum ac mediaftinum, has diftrahebat partes.

8. S. 15. Infantis quatuordecim dierum vera peripneumonia nihil ad negotium nostrum facit: De pleuritide enim, aut dolore, hic nulla quæstio.

9. S. 16. Virgini dolor in finistra primum, hinc in dextra Thoracis parte. "Pulmo dexter nonnihil 22 inflammatus, a tergo præsertim. Sinister au-» tem, qui undique pleuræ, costas, & diaphragma » convestienti, adhærebat arctius, ut eximi fine "laceratione non posset, multum rubebat." Principio pulmo inflammatus dexter solus, pressit ac fricuit pleuram dextram; inflammatus dein finister, non modo pleuram compressit, sed suas cum ca cohæfiones diftraxit.

Iterum in illos, qui egregium Morgagnum fuis a partibus stare totics gloriantur, noto hunc Autorem, dum in hanc Valfalvæ historiam commentatur, manifesto agnoscere, pleuræ sensibilitatem, affirmando, & ifram virginem, & virum priorem, in dextrum latus \$ 24

QUCTIONS

tus incumbere non potuisse, eo quod pulmo finister ad pleuram alligatus, ac ponderosus, inclinato in dextrum latus corpore, pleuram distraheret, molestiamque crearet. Sic & §. 38. exponens cur pleura, licet inflammata inventa non fuerit, doluerit tamen, rem sic exponit. "Nonne ita rem potero des, clarare, ut pleuram, quamvis haud inflammatam, distrahi intelligas, quoties distentus jam, sed non omnino, ab inflammatione pulmo, inspirato aëre magis distenditur, & hoc ipso omnia sua supers, ficiei puncta aliud ab alio dimovere, & quod cons, fequitur, anaexam pleuram quasi divellere cos, natur?"

10. §. 17. Adeft Juveni dolor obtufus in lævo Thorace. Die 17. mors. "Thorace aperto, illæ-"fa pleura inventa eft, pulmonesque ab hac omni-"no foluti. Sed erat finister ubique inflammatus si "partem superiorem excipias. Obtus fuit, non pleuriticus dolor, excitatus a frictu in inspiratione turgentis pulmonis: ideoque necdum inflammata apparuit pleura.

11. §. 20. Sacerdoti principio dolor est dextræ Thoracis partis, deinde sinistræ. Non notavit Valfalva, utrum dolor dextræ partis abiverit, superveniente illo sinistræ, an vero cum eodem extiterit? Quiquid suerit rogo eos, qui omnem pleuriticum dolorem pulmoni tribuunt, cur non notetur hunc Reverendum virum in dorso tantummodo doluisse, in quo solo ambo inflammati pulmones? Dico iterum inde manisestum fieri, non dolere pulmones. Cur ergo doluit æger utraque in parte? causa non invenitur, nisi vel a turgidis pulmonibus latera fricantibus, vel ab inflammatione Musculorum intercostalium.

12. § 22. "Senex dolere deprehenditur in dextra "Thoracis parte, febricitat, tuflit, expuit: faci-E·3 "lius

n lius decumbit in dorfum. Sputi copia major fit.
Sed ob fectam die 10. venam fupprimitur. Itaque
undecimo moritur. Pulmo finister fanus, quamvis undique pleuræ adhærens. Dexter contra,
quamvis a pleura folutus, dorfum verfus fummopere inflammatus deprehenditur."

De pleura nulla iterum mentio. Sanamne benigne interpretabimur? Sit! Si dolor Thoracis fuit verfus dorfum, non in dorfo, ut pulmo non in dorfo, fed verfus dorfum inflammatus erat, frictu hic pleuram læfit, moleftavit, dolore affecit; fi non ibi latus doluit, ubi inflammatio pulmonis, ab inflammatione Musculorum intercostalium intelligendus est dolor, infensibilisque pulmo inflammatus statuendus.

13. §. 24. "Vir —— cum Thoracis dolore, & difficili respiratione correptus esset, initio quidem facilius in latus cubabat dextrum, deinde in finiftrum; in dorsum nullo modo poterat. —— Pulmones ambo & adhærebant pleuræ, fic tamen ut fine laceratione separari possent, & dorsum verfus inflammati erant & multum duri.

Deest quoque determinatæ, quæ in Thorace doluerit, plagæ mentio, deest & ea status pleuræ. Ergo supponendum est in Thorace doluisse, quâ parte ambo pulmones præ inflammatione duri, pleuram terebant, & comprimebant. Sin minus, musculi intercostales inflammati fuerunt.

14. §. 26. Vehemens Peripneumonia in cachectico, nulla mentione facta doloris, exquisitam pulmonis inflammationem notat; definitio, ut a scholis datur, Peripneumoniæ, egregie iterum contra novum systema roboratur.

15. S. 28. A casu, & allisione dorsi in humum, ac dein valida infilientis adversarii compressione in pectus facta, Thoracis dolor natus, nihil hic explicat.

cat. De fimili enim morbo quæstio non est. Si pleura læsa non suit, certo musculi Thoracis læsi fuerunt: pulmo inflammatus erat, ut in fine acutorum solet; vel a Thorace contuso, ad bene respirandum inepto, & dolor nasci, & epigenomena, vel morientibus solita, peripneumonia, potest.

16. §. 30. Clericus post multos chronicos morbos acuto corripitur, & die 7. moritur; dolores non thoracis, sed hypochondriorum semper testatus. Utrumlibet in latus decubuerat. Pulmones a Pleura soluti, dexter tamen inflammatione durus. Copiosa aqua in utraque Thoracis camera & in pericardio. Lien quadruplo major. Hepatis inflammationem mentitus suerat morbus. "Cadaveris sectio, " feribit ingenuus Valsalva, detexit errorem."

Historia neque hæc ad quæstionem pertinet. Hydrops thoracis, & Pericardii deprimendo diaphragma, & viscera hypochondriorum, dolorem excitavit, a scopo quæstionis alienum. Pulmo imigevouevos inflammatus.

17. §. 32. Ut prior, a scopo aliena. Ardor & irritatio in sinistra Thoracis parte, a longo antea tempore, priusquam vita peripneumonice, solito letalium morborum more, finiretur. Mors proprie ab Hydrope thoracis utriusque.

18. §. 33. Seni gravans est dextri lateris dolor. In dextrum jacere tantummodo potest. Die 3. moritur. Pectus dextrum repletum sero, & pulmo inflammatione durus. Versus scapulas pleuræ per membranulas cohærens. Dolor hic gravans suit, non pleuriticus, sed a pulmone pleuram, cui nectebatur, distrahente, & seri seu pressione, seu acrimonia, oriundus. In finistrum senex incumbens anxietatem majorem, doloremque patiebatur : hunc, quod pleuram fortius distraheret ; illam, quod & sopiosum serum, & gravis pulmo, qui non nist ad E 4.

scapulas cum pleura nectebatur, in mediastinum, in pericardium, inque sanum incumberet Pulmonem. Huc non facit.

19. §. 35. Pungens dolor læva Thoracis parte. Die 16. mors. Pulmo finister undique vicinis nexus partibus, inflammatus, ac superius jam suppuratus. Hydrops incrassati pericardii.

Si Pleura illæfa inventa eft, quod non feribitur, dolor natus eft vel a diftracta pleura, vel ab inflammatione musculorum intercostalium.

20. §. 36. "Juvenis dolore corripitur Thoracis " — ad diem 16. obiit. In finiftra cavea limpi-" da ftagnabat aqua, in qua fanus, & folutus un-" dique erat pulmo. Induratus vero, proximisque " partibus, & præfertim verfus fcapulam, valide " annexus, qui in dextra; ubi erat vaccini feri fi-" milis — — In pericardio omnino fimilis humor " — ut ingens idem occuparet Thoracis fpatium." Nulla mentio pleuræ; nulla dolentis loci determinatio. An quod Thorace doluerit univerfo? utique fat ad id caufarum habuit. Iterum nihil ad rem noftram.

21. §. 39. Cum pungente finistri lateris dolore vir periit die 7. "In Thoracis finistro cavo aqua "erat similis seri vaccini; pulmo autem prædurus "ad mediastinum & pleuram costas accingentem "valide adhærebat. Eodemque pacto pulmo dex-"ter mediastino & pleuræ, qua Diaphragma, & "præsertim qua anterius summas costas convessit, "alligabatur. Ad hune ultimum locum latebat in "pulmone ulcus cancrosum, seds fortasse morbi "inveterati." Diu enim senex hic catarrhalem materiem expuisse legitur.

Materies hæc catarrhalis non ex cancrofo ulcere; pejor enim tunc prodiisset; sed ex pulmone, ulcere koc molestato, & in actione sua impedito, orta esse video

videtur. Doluit homo in hoc acuto ac letali morbo in finistro latere, eo quod finister pulmo inflammatione turgens, ac ponderosus, & prædurus, vitiato suo motu pleuram, cui nectebatur, distraheret. A quibus adhæssionibus pleura altero in latere non doluit, quod pulmo ejus inflammatus non esset.

Ast inquies, etiam ab ulcere cancroso dolere debuit latere hoc, quum ab ichore cancroso pulmonis pleura sensibilis fœdaretur.

Minime : nam textus dicit ulcus cancrofum in pulmone latuisse. Occlusum ergo pulmonis ulcus pleuram lædere non potuit : cum vero nec ipse pulmo, in quo latebat, doluerit inde, novo argumento est indolentem esse pulmonem.

Dudum autem sensi opponi mihi posse, quod pulmo exactissime Thoracem explens, & pleuræ undique contiguus, distrahere, quâcum concrevit, pleuram; lacessireque candem, cui immediate accumbit, nullo modo possit.

Resp. 1°. Data ac concessa hac Thoracis perfecta a pulmone plenitudine, negari tamen non poteit, quin pulmo inflammatus, ac turgidus, & durus, concutiente validæ tussis motu, violente agitetur, convellatur, ficque vel annexam pleuram distrahat, vel non annexam fricet, terat, prematque.

Resp. 2°. Opinio hæc omnimodæ repletionis per pulmonem Thoracis, nondum extra omnem controversiam est. Equidem ipsemet Tom. I. Rat. Med. pag. 107. hanc, ut vulgatiorem, amplexus, scripsi; & egregius Haller in Elem. Physiol. Tom. III multis eam firmavit argumentis; haud vero ita convincentibus, ut argumentorum oppositorum vis enervetur, omnis. Profecto non pauca me reddunt subinde utramque sententiam inter sluctuantem. Clarissimi Hambergeri de pulmone per mediastinum prospecto experimentum, necdum sat solide resutatum est: &

5)

111

in Clariffimi Viri Liber - Kühn dicto Crucis experimento, cur demum, fi bullas aëreas, per aquam manifestas, ab aëre, pilis animalis adhærente, natas dixeris; Cur, inquam, hæ bullulæ non apparent, quamdiu pleura animalis necdum aperta est? Sed tunc tandem, ubi debita cum cautela, ne pulmonem lædas, pleuram penetraveris?

Etiam quod ex integra pulmonum cum cunctis fuis parietibus cohæfione, respiratione interim illæfa, petitur argumentum, quadantenus stringit; haud ita fortiter tamen, ut præsentem litem dirimere posfet. Quantumcunque enim idem ego, post alios in cadavere deprehendi; ita mecum alii multi, nocumenta respirandi in vita illorum hominum animadverterunt. Ut tandem evincatur inde id, quod fi in nonnullis inculpate gesta videatur hæc cohæsio, co tamen haud minus cum vitiofa, tum morbofa dici debeat, quam vitiofus, ac morbofus hydrops dicatur five pectoris, five Pericardii, quamvis pluries deprehendatur illorum in cadaveribus, qui nullam ejus dediffent in vita suspicionem. Ignoramus adminicula quibus utatur Natura, ad supplenda aliunde, quæ deficere in corpore videntur.

Nunquid & ipfe Morgagni, in hac de pleno femper thorace quæssione, dubius non fluitat ? Ad id credendum inducimur, legentes illum Epist. 16. §. 5. fic feribentem : "Casum habes, inquit, in Sepulereto descriptum, adolescentis, qui se Willipho ac Lowero curandum tradidit. Is post immodicas equitationes, aliasque corporis diuturnas cerecitationes, cum aliquamdiu in finistra thorasecrecitationes, cum aliquamdiu in finistra thoraterna compressione non poterat, ibi tandem sensit disrumpi fibi vas quoddam; indeque per semihopræ settoris fundum cadentis, stillicidium non alto in pectoris fundum cadentis, stillicidium non

tantum ab eo percipi, fed etiam ab adftantibus audiri potuit; res non ita facilis explicatu iis, qui inter pulmonis, & thoracis parietes negant spatii quidquam intercedere, vera tamen, ut postmodum comprobavit humoris, in eo latere congesti, cum fluctuatio in agitatione corporis ab ipso, ab aliisque evidentissime percepta, tum eductio per immissam a Chirurgo fistulam primum, semper autem postea, per foramen a natura referatum, & ab arte servatum.

22. §. 41. Mulierem 60. ann. prehendit pungens dolor, in dextra thoracis parte, ut in hanc cubare non poffit. Remittit postea dolor, ut in dextrum decumbat facile. "Uterque pulmo adhærens pleu-, ræ invenitur, sed dexter arctius. Hic totus, & , superiore præsertim parte, induruerat: in qua ab-, fceffus erat, quo inciso, multum seri effluxit fu-, fci coloris. Hoc ipso colore proxima quoque , pulmonis substantia infecta erat, & sphacelo quo-, dammodo correpta. Sinister pulmo non ut dex-, ter ex uno, sed pluribus ex lobis constans, qua , dorsum spectabat, leviter inflammatus, totaque , extima superficie reliqua nigris hic illic maculis , erat diftinctus. In pericardio multa aqua.

De pleura mentio non est facta, num inter adhæfiones inflammata effet. Credo non fuisse. Ex Hiftoria enim liquet inflammationem pleuriticam metaftatice in peripneumonicam transivisse. In horum pleuriticorum cadaveribus, non est quod pleuram expectemus inflammatam. Rogabis an juxta explicationes fupra datas pleura non debuisset dupliciter dolere; tum ob adhæssiones cum pulmone, tum quia etiam citra adhæssiones dexter pulmo graviter, finifter ad dorfum leviter inflammatus, subdurus faltem tumidus, fricare illam, ac molestare debuisset? Est profecto nonnulla hog avaliende definitiones de sub-

Est profecto nonnulla hoc explicandi difficultas;

ve-

verum qui pulmonem unice fenfibilem in Pleuritide, ac Peripneumonia ftatuunt, fimili difficultate laborabunt explicaturi, cur mulier hæc ad dorfum dextri lateris non doluerit, faltem leviter, a leviter inflammato pulmone?

23. §. 43. Dolor pungens dextri lateris. Non nisi in latus affectum cubare potest virgo, ad finem vero in sinistrum. Nona die mors convulsiva. Pulmo dexter pleuræ arcte adhærens inventus est, totaque ejus substantia inflammatione magna affecta, & ulcere insuper, qua pleuram spectabat certo in loco, inter quod ulcus & pleuram serosa erat materies.

Cafum exponam verbis ipfius Cl. Morgagni, ut quam sensibilem pleuram crediderit ipse intelligas: , Huic Virgini, inquit, pungens dolor mitior vi-, detur fuisse, quam mulieri, cujus novissime §.41. , exposui historiam. Virgo enim, quod mulier non , poterat, in affectum cubabat latus; quamquam , & in alterum tandem jacuit, postquam serosa ulce-, ris materia laxavit pleuræ fibras, ut distractionem fer-, ret ab appenso pulmone.

24. §. 45. Viro dolor ad mamillam finistram, nothasque costas fuit; in neutrum latus decumbere potest. Die 5. moritur. In finistro pectore pulmo valde induruerat, ad subviridem colorem vergens, nigrisque distinctus maculis : cum secaretur, serosa, ac putrida colluvies, cum misto sanguine, erumpebat. A duro pulmone ac turgido, pleuram premente, & in tussi fricante, dolor natus. Cl. Morgagni expositurus cur hic neutrum potuerit in latus cubare, sus in tussi re a Valsalva in Historia omissam effe pulmonum ad pleuram adhæssonem, qua posita semper alteruter pulmo in adversum latus decubitu pleuram distraxit. De maculis nigris pulmonum non loquor; fæpius occurrunt. Videntur sub mortem nasci. Sic do-

docui semper publice. Idem confirmantem in fequenti Epittola Morgagnum video.

25. S. 47. " Juvenis - - - pungente dolore corri-" pitur in dextra Thoracis parte, cum febre, & tuffi. Parum expuit. Circa 8. diem accedit deli-22 rium, noctu præsertim. Dolor abit, sed respirationis difficultas semper gravior fit. Facilis est decubitus in utrumlibet latus. Die tandem 10. 0biit. Pulmones induruerant toti. Ambo erant 27 dorfum verfus ad pleuram alligati ; finister etiam 22 a latere. Præterea cum substantia quædam alba. 37 " quafi membranacea, universæ pleuræ, & pulmonibus imposita effet, quasi reticularis instar 33 " corporis laxi & mollis; per hanc tamen nonnullis " in locis Pleura, & Pulmones inter se erant firmi-, ter colligata. In utroque Thoracis cavo, fed ma-"gis in dextro, multus erat humor colore fimilis " feri vaccini. --- Pericardium fero turgebat.

Cl. Morgagni exponit pungentem dextræ Thoracis partis dolorem a pleuræ sensibilitate, distractæ forte fortioribus pulmonis alligationibus ante delirium, quam erant in latere finistro; & a seri copia majore. Serum certe dolorem augere potuit cum acredine sua, tum mole, qua rigidum jam pulmonem adhuc magis in suo moru turbavit: turbatus ita in motu ille, & atterere, & distrahere Pleuram debuit.

Sed urgebis neceffitatem doloris & in altera cavea, cum ibidem eædem exifterent causæ, quæ in dextra dolorem, Morgagno explicante, creaverint; ac proinde explicationis vanitatem, cum finistra pleura ab iisdemmet ipsis non doluerit causis.

Verum an is, qui ita me urget, non attendat quanto magis urgeat seipsum? Si non pleura, sed pulmo sensibilis est; si dextrum latus ab inflammato pulmone dolet; cur itidem a pulmone finistro inflammato non doluerit juyenis latere finistro? Viden' difficul-

.85

22-

77

tatem candem? Nonne eodem jure, quo ille pleuram, fi inflammata, aut laceflita non dolet, infenfilem credit, ego infenfilem ftatuam pulmonem? Expediam tamen me, non ille, agnofcendo, per experimenta antea enarrata, pleuram, omnesque partes fenfibiles, quandam infenfilitatem adverfus caufas dolorificas aliquando præ fe ferre.

26. §. 49. "Mulier 60. annorum febre prehendi-, tur vehementi, ficca tuffi, & pungente finiftri la-, teris dolore; fic tamen, ut fi in hoc cubet, non multum doleat. A fanguinis miffione adeo remittit dolor, ut jam poffit in quamcunque partem , decumbere. Febris duntaxat & fitis urgent. Craffa aliquando expuit. Gravior fit refpiratio. Tan-, dem 13. die moritur.

"Pulmo finister (dexter, ut bene conjecturat "Morgagni) omnino solutus a pleura, quæ prorsus "illæsa erat: subalbidus; nigris distinctus punctis, "carne durior, nonnulla ostendit tubercula sanie fcatentia. Pulmo *sinister* superius quidem pleuræ per se adhærebat; sed longe minus erat vitiatus, "quippe nigris tantummodo conspersus maculis, & "jugulum versus durior parvum abscessium conti-"nebat.

lterum cum celeberrimo Morgagno dolorem pungentem finistri pectoris tribuimus pleuræ, alligatæ illi pulmonis parti, quæ in eo dura ac turgida, erat.

Sed cur a caufa doloris pleuræ longe graviore non doluit pleura, in latere dextro? ob eandem caufam, qua pulmo, aliis ita fenfibilis, etiam hic non doluit. Utrinque enigma, nifi folutionem in fine proxime præcedentis 25. cafus invenias. Sic & intelliges, cur perfeverante caufa doloris, auctoque morbo funefto, filuerit dolor.

27. § 51. Hic & pleura inflammata cum pulmone. Ergo nulla quæstio.

-\$2

28.

28. S. 53. Uti etiam hæc historia.

29. 9. 55. Hæc adhuc notabiliorem inflammationem pleuræ habuit.

30. J. 56. Notabilis inflammatio pleuræ denue cum ea pulmonis.

31. §. 59. Mulieri 64. ann. dextri lateris fit dolor, ut difficulter in illud incumbat, nec id tangat fine dolore. Frequens respiratio, inanis tussis, celerrimus, frequens, parvus, debilis pulsus. Die 7 circa caput sudat. Deficiens viribus circa nonum periit.

"Pulmo in cavo dextro valde turgidus, ut hoe totum impleret, leviter adhærens ad pleuram ope "cujusdam quafi membranæ, inter illam & pleuram "interjectæ.

Pfeudomembranam hanc non moror, ut quæ prope mortem a fanguine phlogiftico tranffudante nafcitur, ut pluries innui. Non videtur vera pleuritis fuiffe hic morbus, nec vera pleuroperipneumonia. Haud enim folet verus dolor pleuriticus externo attactu exacerbari, fed fpurius integumentorum, a Rheumatica v. g. materia; quare etiam *Hippocrates* dolores laterum, a dolore pleuritico, folicite diftinxit: dantur exceptiones tamen; hinc addo aliud: quod nempe nec pleuriticorum, nec peripneumonicorum, omnibus fatentibus, fit, qui hic defcribitur, pulfus. Ita ut videatur a morbo antiquo mors demum pulmone obruto contigiffe.

32. §. 61. Post dolorem dextri potisimum lateris, die 1S. mors. "Cum dexter pulmo a pleura, cui ,, adhærebat, separaretur, multum purulentæ ma-,, teriæ erupit, scilicet ex abscessu in pulmonari sub-,, stantia, circa quam magna erat instammatio, pleu-,, ra tamen illæsa. Sinister pulmo erat sanus." A distractione pleuræ dolor non instammatorius natus, at pluries supra.

33

33. §. 63. Dolor duorum mensium interni thoracis ad pleuritidem non pertinet.

Finitis Valfalvianis observatis, cum Ep. 21. incipiunt Morgagnianæ. Igitur Epist. 21. codem modo prosequamur.

1, §. 2. ) Historiæ hæ tres pulmonis inflamma-

2. §. 6. tiones habent fine dolore. Si quis roget cur hic fricta, tritaque pleura, non doluerit, illi fimilem proponam, ut fupra, quæftionem, de fuo fenfibili pulmone. Et addam quæ ad finem 25. Hiftoriæ Valfalvianæ. Præterire tamen nequeo quod in cafu hoc tertio, pleura admodum laxa inventa, addidit Morgagni §. 10. "Pleuram inquit, , quæ adhærentes pulmones facillime fequeretur, fi , laxam fuiffe agnofcas; poffis inde, ut opinor, affe-, qui, cur pondus inflammati lobi non fentiret.

4. §. 11. Senex levi adeo catarrho fe affici fibi videbatur, ut ne Medicum quidem confulere, imo ut exire vellet. Clam eo vocatus Valfalva vicinam adftantibus, ob desperatam peripneumoniam, mortem prædicit, quæ & intra 12. horas contigit. Ille autem, & Morgagni, invenerunt lobum superiorem pulmonis dextri rumidum, durum, sanguine infarctum Quo etiam infidioso morbo clarum egregiis Iaboribus suis Vallisnerium, septuagenarium, pereuntem vidit Morgagni; cujus vero sectum cadaver non suit.

An hæc illa peripneumonia notha? qua in describenda, ideo inter ses Sydenhamus & Boerhaavius in nonnullis discrepant, quod ex peculiari epidemia cam descripserint singuli? Cum tamen lobus superior dextri pulmonis præ inflammatione durus, infarctus, ac tumidus esset, vide iterum exemplum indolentiæ pleuræ, aut si mavis, pulmonis.

5. S. 15. Mors plane senilis, ad pleuritidem, & peripneumoniam non pertinens. Dexter inferior lobus,

1234

bus, præ inflammatione durus sub mortem factus est, ut in multis admodum morbis fieri supra demonstratum est; sin minus, denuo & pleuræ & pulmonis indolentiæ exemplum præbet.

6. §. 17. Senem fimul febris, & pungens dolor corripuerat, ad anteriorem partem lateris dextri. Cubabat in dorfum. Post dies aliquot curationis eo devenerat, ut jam plenius cibaretur, & purgans ad morbi reliquias expellendas sumfisse. Cum dein multum comedisset, "Nocte quadam proxima fe-, bris, & dolor illius ejusdem partis redierunt. Pul-, fus erant duri, frequentes, magni, vibrati, ad , diem usque ultimum, atque adeo ad paucas ante , obitum horas.

, Pulmonis dextri fuperior lobus magnus durus-, que fe obtulit. Quem cum fecarem, fubftantia , factum vidimus hepaticæ fimilem ; pus autem, , certe puris haud abfimilem materiem, fimul cum , fpumofo humore effluere. In finiftro thoracis ca-, vo, aqua ex flavo viridis, mediocri copia: Pulmo , qua diaphragma fpectabat, itemque ad fuperius , latus, ibique arctius pleuræ adhærebat, flava , quadam tenuique intercedente quafi membranula. , Pleura tamen nusquam in toto hoc thorace apparuit læfa. Sed ad pulmonem finiftrum ut redeam, , lobus ejus inferior ater, pofterius & durus, ex , eadem ibi fuit fubftantia, quæ a dextris confpecta , eft, nec pure caruit.

Dolor dextri lateris a ponderoso pulmone, premente pleuram. Non ita res habet, inquies; nam in finistro latere a pulmone similiter affecto etiam pleura dolere debuisset. Non doluit. Itane? Ergo pulmo tuus insensibilis est; præ inflammatione enim dolere debuisset, & non doluit tamen. Itaque in dextro pectore res se, ut sæpe solet, habuit; in si-F

a the

nistro pars doloris capax iterum non doluit; tibi pulmo, mihi pleura.

7. §. 19. Lanius 78. ann. qui alias sputo sanguineo laboraverat, a quatriduo infra finistram mamillam, internum, eumque pungentem dolorem habet. Pulsus omni modo mali: Tussis crebra latratui similis: sputa crassa ac polyposa: difficilis respiratio: decubitus in dorsum duntaxat: post venæ sectionem in sputis sanguis. Die 8. periit.

Pulmo dexter leviter cohæfit, in coque antiqui vestigia morbi. "Sinistri vero pulmonis superior sonore for the sonore sonore for the sonore for the sonore f

Dolor infra finistram mamillam a lobo inferiore pulmonis finistri duro, hepatis instar, tum atterente pleuram sua duritie, tum adhæssionibus distrahente candem. Legitur pleura non rubuisse, nec necesse crat; constitut enim supra haud omnem dolorem inflammatorium esse. Notavimus in historia anatomica in latere hoc pleuram naturalem, non nisi *in multis locis* ad ossent constitutionem accedentem, adeoque dolere potuisse; quamquam eadem, jam tota si in ossent mutata substantiam fuisset, ob id insensilem suisse, haud facile concederem; cum & certo ossa doleant. Cui tamen hæc quæstionis solutio infir-

firmior apparet, firmiorem quærat in inflammatis musculis intercottalibus, quorum examen hic desiz deratur.

Pleuræ jam offeæ portionem in Cap. I. Cafu 3. vidimus, verum olim pleuram dextram pro magna parte in os craffitiei plusquam lineæ mutatam demonitravi, quam Vir præftantifimus Mayer, Ptochotrophii Phyficus, in thorace afthmatici, aut potius orthopnœici militis inveniens, ilico ad me deferendam humaniter curavit.

Polypofa Lanius sputa ejecit. Tom. I. Rat. Med. cap. XVI. pag. 105. exhibui demonstrationem similium sputorum hominis Nosocomii nostri, & notabilissimam aliam historiam adjeci.

8. J. 23. Quadragenarium corripuit dolor pungens lateris dextri cum febre & calore magno : fupinus jacebat, mente parum conftans, foporofus. Ad finem diei quarti obiit.

"Nihil in pleura, quod præter naturam effet, "fpectavimus, nifi quod propter fpinæ finiftrum latus tribus quatuorve exacerbaretur tuberculis, quorum color albus, durities inftar offis. Ab ea parte pulmo ferme fanus, fulvo cæteroquin humore imbutus, quacunque fecaremus. Qui vel uberius ex pulmone prodibat dextro. Hic vero (dexter) & major, & gravior, & durior, ubique hepatis fubitantiam referebat, exceptis quibusdam non exiguis tractibus, in quibus fubftantia erat albida, & quafi ad corruptionem vergens."

Cum pleura bona, faltem qua in regione homo doluerat, dolor, qui adfuit, in musculis intercostalibus quærendus est, vel in indurati pulmonis affrictu ad pleuram.

Verum cur tribus illis quatuorve tuberculis, offea duritie exstantibus in pleura, pulmo non doluerit? F & vel

vel inde arguitur indolentem esse pulmonem, vel non replere exacte thoracem, vel saltem partes senfibiles sensu quandoque carere.

9. §. 24. Responsio eadem, quæ ad proxime 10. §. 27. Præcedentem casum data, ad hos 11. §. 29. res convenit. Id modo addam, quod pulmonum adhæsiones ad pleuram haud ita inculpate ferantur perpetuo, quam nonnulli jactitent : si enim omnes hos recensitos casus revolvamus animo, videmus plures chronicis pectoris morbis vixisfe obnoxios; in aliis causam variorum pectoris morborum inde facile explicandam videri; tandem haud paucos inde futuræ, ac tandem letalis Peripneumoniæ, causam proegumenam secum diu tulisse.

13, § 30. Hydrops cum pectoris utriusque, tum Pericardii Hydrope, corrupto etiam pulmone, ad chronicum morbum referendus est; non ad acutos pectoris morbos inflammatorios, de quibus agitur.

14. §. 32. ) Cum quinque hæ historiæ pleuram 15. §. 33. ] fimul affectam demonstrent, non 16. §. 34. } est quod in doloris exponenda cau-17. §. 35. ] fa multus longusque hæream. Ul-18. §. 36. ] tima musculos intercostales quoque inflammatos exhibet; quale examen utinam non ubique fere desideratum effet!

19. §. 45. Nec arbitror explanatione hanc egerc, in qua pulmo finister, pleura, ac musculi intercostales, præ inflammatione fere in gangrænam abierunt.

20. §. 47. Ruptum Aneurysma thoracis ad quæstionem nihil attinet.

21. §. 49. Neque Hydrops tum pectoris tum ventris fine inflammatione vitam extinguens.

En nunc observata omnia, quæ in toto hoc præclaro opere recensentur; quæque exp. Tyffot. in Epist. diffamatoria ad exp. Hirzelum, imperfecte admodum,

dum, ac perfunctorie, examinavit. Ex quibus quid concludat ille, partim vidimus, partim videamus.

Primo numerat 35. Pleuritides, quarum 24. Valfalvam; 11. Morgagnum refert tradidisse. Recenfendo non invenit, nisi in sex casibus, inflammatam pleuram; ea tamen cum restrictione, ut ex sex illis duas duntaxat admittat, in quibus pleura inflammata dici debeat. Adducit deinde egregium Morgagnum, veluti, num pleuræ illæ inflammatæ sedes pleuritici doloris fuerint, dubitantem; imo demum inclinantem eo, ut pulmoni, & non pleuræ, pungentem dolorem tribueret.

Ast quantum hic a vero aberraverit ! Eximium hoc opus continet Peripneumonicorum, Pleuriticorum, ac Pleuroperipneumonicorum historias 72. quæ in suas divisæ classes fic se habent.

1. Peripneumoniæ veræ fine dolore funt 4 2. \_\_\_\_ not æ fine dolore . . I 3. Pleuroperipneumoniæ & Pleuritides illæfa \_\_\_\_\_ Cum 4. \_\_\_\_\_ inflammata pleura . . . . . . . 14 r. Pulmo cancrofus non dolens . . . . 6. Pleura inflammata fine dolore . . . . I 7. Lateris dolor filens, pergente tamen in mortem morbo . . . . . . . . . . . 3 8. Pulmo inflammatus citra dolorem, vel non 9. Musculi intercostales inflammati . . . 2 10. Morbi ad quæstionem nihil facientes, ut Hydrops pectoris, Hydrops Pericardii, Aneurysma internum, Chronicus duorum menfium in latere dolor, &c. in quibus Peripheumonia non fuit Morbus primarius, sed more folito prope Mortem aliis morbis superveniens; ut expositum supra . . 

Address with reident friday

Leconi-

80

In hac fumma plures quam 72. videntur recenferi; plures vero non funt, fed quidam cafus ad binas clasfes pertinent, ut v. g. Peripneumonia vera ad 1. & 8. Dolor pleuriticus ad 3. & 4. & ad 9. &c. Hinc octo numero plures hittoriæ dari videntur, quæ tamen numero 72. continentur omnes.

Itaque fi præclari viri, Valfalva, & Morgagni, invenerunt 17. inflammationes pulmonum citra dolorem; unicam vero indolentem pleuram: quomodo Tyfotus dolorem pleuriticum veluti pulmoni potius, quam pleuræ adicriptum, a binis his gaudeat Autoribus? Si iidem recenfuerunt quidem 19. aut pleuritides, aut Pleuroperipneumonias illæfa pleura'; fed tamen quoque cum eadem læfa numero 14: cur ille vix duos ab utroque obfervatos clamitet cafus? Tandem, ut reliqua præteream, quæ ex hac recenfione proferre poffem; quomodo fuas in partes clarum virum utrumque trahere potuit, dum toties in ipforum textu legeret; neque dubiis fane exprefionibus; dolores pleuriticos, etiam non inflammatæ pleuræ, fed eidem preffæ, diftractæve, adferibi oportere?

An exinde clare non liquet incomparabile Morgagni opus male lectum, pejus intellectum, peffime in fuam fententiam Tyfoto effe laudatum; dum, illo unice id negante, quod cum illo negamus & nos, non ab obruto pulmone, in hisce morbis, fed a pleura affecta, hominem mori; hic nihilominus eundem fic proferat fcribentem, ac fi pleuræ omnem denegaret caufam fedemque doloris, unico concederet pulmoni? Tentabit forte ex claffe inflammatarum pleurarum expungere unam alteramve, ut tentavit antea, eo quod leviter modo ruberent; fed fi viciffim ego ex-

expungere ipfi tentem omnes leviores pulmonis inflammationes, nemo hoc tentamine plus illo amittet. Præterquam quod non attendat multis, quibus nervi delicatuli, a leviore inflammatione graviores dolores oriri, quam aliis, qui nervos habeant hebetiores.

S. V. Et ut demum, quod res est, dicam, est inperfecta admodum illa omnis sententia, quæ in allatis hiftoriis caufam doloris in unico pulmone collocet, quamdiu musculorum intercostalium, illorumve faltem involucrorum membranaceorum, defideratur conditio : funt enim partes in lite principes, a Boerbaavio, & Hallero, doloris creditæ fedes. Ut vel ob hunc defectum folum manca omnia argumenta, & mutilata fint, non illa Morgagni; nam five caufa doloris in pleura, five in musculis intercostalibus refideat, mors tamen semper pulmonis infarctu continget; sed illa Tyfoti, quibus concludit ideo in pulmone effe fedem doloris, quod non raro pleura fuerit vifa illæfa.

Interim triftem sed non immeritam, contemplemur novi systematis sortem, qua cæterorum more fystematum, præ sua cum inconstantia, tum confufione, in suis incunabulis jam senescat. Et quidni? opinionum commenta delet dies. In Halleriano systemate pulmo ac pleura infenfibilibus partibus annumerantur, idque ob numerola vivis capta in animalibus experimenta : ideoque doloris pleuritici fedes præcipua in musculis intercostalibus collocatur. Exp. Tyffot. dum statuminare hoc idem systema, ac propugnare fatagit, ridicula facit omnia, quæ mox laudavi experimenta Ill. Halleri; & adversus illa, ac si falsifima forent, unicum pleuritidis statuit in pulmone dolorem; imo contra Hallerum pro se veluti pugnantes Valsalvam ac Morgagnum profert. Quid proinde de numerofis aliis Halleri experimentis suspicari non opor-

F 4

porteat, fi ejusmodi corum propugnator tantam ipforum partem non suspicetur, sed statuat, falsa esse? At vero iple auctor systematis, quam non infirmet, non labefactet, non dehonestet illud, quando in Tomo primo Elementorum Phyfiologiæ, operis quod æternum durare autumabat, animam Stablianam de œconomia animali penitus proferibit; & Tomo tertio fic prilcæ dignitati reftituit, ut totius Machinæ respiratoriæ fit Domina, fit unica Moderatrix! Nihilo icerus Exp. Tyffet non modo fyftema propugnat. verum in regulas reducit artis, ut v. g. ne quis ultra ambiguus hæreat utrum pars fenfibilis, infenfibilisve fit, id modo tenendum esse censet, ut quo teneriores animalis fint partes, co effent senfiliores; co insensiliores, quo duriores: interea dum mollem pulmonem acutifimo fenlu donet; & lapideæ duritiei dentes. sensibilissimos cum ceteris debeat percipere mortalibus.

J. VI. Ad irritabilitatem cordis, quam omnes, sed limitatiorem, admittimus, stabiliendam, egregius Hal-Terus 50. & ultra experimenta partim in frigidis, partim in calidis animalibus a se facta recenset, quibus probare annifus eft: "finistram auriculam, & Cor fini-" ftrum, ideo citius mori, quod pulmonibus nihil , ultra fanguinis transferentibus, haud amplius a fan-» guine irritentur. Deinde fensim ventriculum dex-, trum noviflimeque dextram auriculam, quoque quiescere, co quod non acciperent ultra a cavis venis, 33 quo irritarentur, sanguinem. E contrario vero si 33 venas cavas, aortamque ligaffet, dein vulnere lato 33 aperuisset pulmonarem arteriam, tunc Cor fini-32 strum, utpote irritatum fanguine, qui ex auricula in ventriculum, & ex ventriculo in auriculam mo-" veretur, diutius, imo per horas, in mortuo ani-" mali vivere; interea dum Cor dextrum, ejusque " auricula defineret vivere expulso omni fanguine

per

», per pulmonarem apertam arteriam, nec novo per », ligatas affluente cavas. Oportere autem ventricu-», lum dextrum integre effe evacuatum, fi, ne fe », ultra movcat, velis, tantam enim effe irritabilita-», tem cordis, ut relictum in eo vel pauculum fan-», guinis non finat ventriculum quiefcere."

Ad hæc in Difficultatibus meis oppolueram Harvæi, Plempii, Riolani, Hogelandii, & Bartbolini experimenta, quæ in cadaveribus cordis thalamos ianguine multo repletos demonstraverant, meaque propria, haud fane pauca: quibus omnibus id evincere conabar, ut fi verum hoc foret, quod mortuorum animalium cordibus ideo motus non ceffasset, quia cruoris pauculum in ventriculo restitasset, nemini fere mortalium cor a motu ceffaret, quandoquidem in denatorum plerisque cordi, ejusque utrique ventriculo, residuus fanguis, ac crebro copios, inveniatur.

Attamen in sua adversum me Apologia vir clariffimus hanc tot Anatomicorum, meamque propriam, experientiam, non admisit. "Et licebit, inquit, ejus-"modi rationes objicere experimentis, quæ docent "cor perfecte expallescere in ranis, in pullo, atque "adeo perfecte inaniri? si autem evacuatur, potuit, puto, evacuari. Sed neque adeo rarum est in ho-"mine inane reperiri, inque infantibus, matrum "nefariarum manu occisis, etiam familiare."

Refpondi in Vindiciis ad hæc pag. 223. ad 232. ipfis Halleri verbis, ac fententiis, quas alibi fparfim protulerat, & quæ nunc iterum in hac fua Apologia mutabat: unde demum Viri doctiflimi fortem deplorabam, co quod hinc vi veri preffus, vera agnofceret: illinc infausti fystematis amore illectus, negaret omnia, quæ vel ipse prius scripfisset, vel ego ex ipsiusmet attulissem operibus.

Aft vero non respondi ad ultima hæc: "sed neque » adeo rarum est in homine inane reperiri, inque in-

¥ 5

" tan-

" fantibus, matrum nefariarum manu occifis, etiam " familiare." Etfi hoc ultimum ultro largiremur, tamen infantum, vel dum nascuntur, vel mox ab ortu suo occisorum, circulatio non permittit eorum cordium conspectum ad præsentem de adultis, aut faltem perfecte respirantibus, quæstionem adferre: unde mittimus hæc: quod vero dicat "neque adeo , rarum eft cor in homine inane reperiri" ad hoc repono 1°. quotquot cadavera non animalium ( in his enim fanguinem multum, utroque cordis in thalamo, post perfectam quietem cordis, me invenisse Rat. med. Parte VIII. Capite ultimo scripfi, ac demonstravi, fimilia paulo post prolaturus,) ied quotquot cadavera humana post editas meas Vindicias aperui, in illis iterum me constanter sanguinem, eumque sæpe copiofum, in cordis utroque vidiffe ventriculo; & ex quo moris mihi fuit cordis inversi ventriculum posteriorem, seu finistrum, prius aperiundi, me illud sæpe æque plenum, nec haud ita raro dextro plenius, reperire.

2°. In magni Morgagni opere magno tam ab eodem, quam a Valfalva, Mediadia, aliisque, centies nonagefies & octies narratur quo pacto cor, in coque fanguis, humanis in cadaveribus, fe haberet. Si demas pauca, in quibus vel utrumque vacuum repertum est, ut v. c. post ingentes hæmorrhagias, vel alterutrum, ut in Hydrophoba, &c. videbis faltem centies ac feptuagefies cor aut modicum, aut multum, aut plurimum, utroque in ventriculo, fanguinem gessifise; eundemque five fluidum, five grumosum, five polyposum, five denique ex pluribus, omnibusve horum, aliquid habentem.

Hæc porro fi dignarctur Ill. Haller, fuis cum obfervatis conferre, videret Primo, fua non convenire cum meis, quæ hujus operis Parte VIII. in canibus facta communicavi. Secundo, etfi convenirent cum meis,

meis, nihil tamen ad Cor humanum facere, fi jugis humanis in cadaveribus capta experientia monitraret contrarium. Diceremus potius cum Clariff. Morgagni Ep. 12. §. 14. qui, dum objecisset sibi, "At " Rhedius tamen cerebro Testudinibus excepto, has », vidit, inquis, diu, & nonnunquam fex ipfos men-" ses ambulare potuisse " scite respondet. "Ego , vero de perfectis, ut vocant, animalibus, atque , adeo de Homine, hic verba facio; & tu mihi te-" studines narras, quas facere motum vel corde " ablato, non ignoravit Aristoteles." Tertio autem lege constanti humani cordis utrumque thalamum fanguine, ac paffim multo, gaudere in cadaveribus; adeoque ejus integrum de Cordis irritabilitate systema corruere.

§. VII. Terminabo hoc caput animi testando lætitiam, quod non temere hoc novum systema amplexus, aut, quod plus est, non in Pathologia exponenda cæce sequurus sim, sed prius sedulo statuerim examinandum esse. Quam subito a tergo secuta fuisset pœnitentia facti! Quid quod ipfi ejusdem conditores sua incomprehensibili inconstantia, ac manifestissima contradictione, coegissent me canere palinodiam e suggestu? Equidem laudo illos, venerorque, qui ejusmodi nova proferant, quæ quo rigidius examinantur, eo rutilantius fulgeant; qui vero non talia, cos ut defiftant hortor. Nova indies prolata, quæ examen non fustineant, pestes sunt in schola medica, tum quod discere, & dediscere temporis irrevocabilis, irreparabilis jactura fit; tum quod systema docere, idque mutare; aliud forsitan ineptius adoptare, rejicereque, docentibus turpe fit, & noxium discentibus. Utinam demum fæcunda fingendi ingenia systematum suorum inanitate defatigati, deque corundem nocumento convicti, co

# 92 DE MORB. ILEO, ET PROSEC. EXPERIMENT.

eo demum usque faperent, ut caducæ inventi fystematis gloriolæ abnegantes, ad falutare Naturæ studium, quo unico Hippocrates, quo solo quotquot magni Viri Hippocratem secuti sint, claruerunt,æternumque clarebunt, animos nobiscum intenderent, artisque pomæria more Hippocratico extendere sagerent! Interea dum id ab illorum ingenuitate expectamus, in id ego sedulus annitar, ut ad lectos ægrorum, una cum circumstantium Discipulorum Corona, simplicem Naturam contemplando magis intelligam magisque, in omnibus plane Afystematicus.

#### 

## CAPUT V.

De Morbo Ileo, & Profecutio Experimentorum cum Machina Adaptata ad eundem etiam Desperatum Solvendum.

. I. Morbus Ileus periodicus, quem olim Nix ventri circumposita, epotaque frigida, solverant; alia vice minime, sed cortex peruvianus; sam Tabaci fumo in anum injecto solvitur. Prophylaxis. §. II. Iliacus morbus constricta hernia oriundus, gelidæ aquæ externa applicatione subito in gangrænam letumque conver-Emphysema terribile inde. Anatome. Collum lus. Herniosi sacci in umbilico adeo laxum, ut si sic in vita fuisset, facili negotio hernia reponi potuisset. Aliud exemplum recentissimum berniæ umbilicalis, curatæ fere protinus gelidissima fomentatione. §. III. Quædam de Machina Italica ad solvendum Ileum. Plurima experimenta in canibus facta; quorum unum, oum formidandum, tum Doctrine ferax. Varia contern-

#### CUM MACH. ADAPT. AD EUND. ET. DESPER? 92

templatio functionum vitalium in semivivis animalibus. Quædam de Tænia.

5. I. A nnus Academicus proxime elapíus suppeditavit mihi singularis Ilei morbi contemplationem. Homo 30. & aliquot annorum, à 20. ferè retro annis sæpius hoc morbo laboraverat, ter aliquando, quaterve in anni unius spatio. Siccissimi temperamenti erat, ob idque etiam siccioris, quod execranda Onania turpiter se commaculare consue superinter.

Confuetis artis adminiculis fæpius ab hoc morbo reftitutus, Neapoli demum codem afficitur, adeo gravi, ac pertinaci, ut a confuetis, ac juvare folitis adminiculis, nullum confequeretur folatium.

Etiam ventri universo circumdata nix, quæ quondam in graviore paroxysmo profuerat, nihil opitulabatur. Alius demum advocatus Medicus, cortice peruviano morbi tentandum esse levamen ratus, sopivit eo vomitum primum, deinde Ileum.

In frequentium adeo paroxysmorum plerisque, aqua gelidiffima, eaque epota largiter, vomitum omnium auxiliorum feliciffima compefcuerat. In præfenti autem paroxysmo necdum. Nec juverant enemata, purgantia, cataplasmata, fomenta, paregorica. Quin & tabaci fumus bis injectus in anum, & miftura ex mentha cum fex opii granis brevi fpatio affumpta, nihil profuerant; nifi aliquot exinde elapfis horis.

In confilium quippe advocatus inchoante die tertio, inveni cum dolorem, tum vomitum, ab aliquot horis minus violentos. Pulsus quamvis frequens, plenus tamen erat, nec durus, nec inæqualis; blandusque ceperat profundi sudor. Auctor sui iisdem uti pergerent, quibus hæc emendatio jam cepta esset.

# 94 DE MORB. ILEO, ET PROSEC. EXPERIMENT.

nihil mutando donec res in melius verti observabatur: sin minus, sumum repetendum esse Tabaci.

Cum morbus fexta exinde hora elapía ingravesceret, injectus est tabaci fumus. Afferuit tunc ægrotus lævo abdominis in latere, quæ in quovis paroxysmo præcipua sedes doloris, tale quidem se manifesto deprehendere, ac si contractum quid, & dolens, subito evolveretur, coque evoluto, se levius pati. Continuata deinde opiata mistura, levamen minus celere, si præssi fiti calide; celerius, si frigide biberet, observabat. Itaque etiam concessa frigida est. His auxiliis sensim vomitus cessavit, prodiit alvus, conticuit dolor, & solutus brevi omnis morbus est.

In confilio tunc de prophylaxi actum. Ea ab abftinentia nefandi criminis, & ab ufu lactis cum pilulis faponis veneti, gummique ferulaceorum, petita eft. Profuere: fic, ut jam ultra medii anni ipatium paroxysmus defuerit.

§. II. Quo illa cura fortunatior erat, co hæc, quæ sequitur, fuit infortunatior. Mulier quinquagenaria à 15. retro annis herniam a partu umbilicalem habuit, quam cælabat, restituebatque semper ipfa elapfam. At vero vespere quodam elapsi proxime Januarii eandem plurimum egressiam reponere nequeuns, dira per noctem passa tormenta est. Summo mane repolitione frustra tentatà, vena ipsi tundebatur; plura, eaque variæ materiæ Enemata, injiciebantur; & gelida aqua herniæ, quæ capitis molem æquabat, circumposita, laborioseque renovata est. Post meridiem primum illam vidi, herniam examinavi, quæ capitis, ut dixi, magnitudine, ac duo in tubera divila erat. Repositionem vero frustra tentavi. Enemata fumi Tabaci, & varii generis alia immittenda sæpius esle censui, &, quia Unable to display this page

Unable to display this page

# CUM MACH. ADAPT. AD EUND: ET. DESPER. 97

limo, magis probabile apparet, hac, five gelidæ; five corticis adstrictione, intestinum, jam ratione temperiei contractissimum, fic claudi oportuisse, ut morbus redderetur plane conclamatus.

Si dixeris forte corticem peruvianum minus hic egiffe ratione adfrictionis, quam virtute fua in agitatos, inordinatosque nervos specifica, qua v. c. æque in macilentissimo homine, quam in laxissimo, intermittentium, seu remittentium febrium, sopit aggressius; quomodo demum gelidæ aquæ, quæ utique hac vi specifica minime gaudet, expones actionem?

An igitur credibilius est, ut alias experimur, hominem hunc tum temperie, tum infanda confuetudine, exficcatum, nervos suos habuisse debiles ultimamque coctionem, & nutritionem, præ vasorum minimorum constructione vitiatas; adeoque multa viscera intestinaque sua, omnino flaccida, & inertia? Modus utique, quô ultimus paroxysmus solvebatur, qui fere solutæ intro-susceptionis intestini videtur, spasmum flaccidis intestinis accessible forte innuit.

§. III. Cum morbus fit formidandus, nec raro cito necans, mirum non eft, forti nodo quæfitos fortes cuncos effe, & in desperatis desperata tentata. Elapso anno in Parte VIII. cap. ultimo Machinæ memini, quæ a Clariffimo viro, ac præflantiffimo Mediolanenfum Medico Widemar, mecum fuerat communicata; una cum experimentis, cum antea in Italia per Italos, tum a mc Viennæ captis; quibus addidi nonnullas, & practicas, & theoreticas observationes. Viennæ necdum in homine captum experimentum eft: Mediolani hoc anno unus Monzæ, olim Modoeciæ, alter ab Iliaco morbo, effectu hujus Machinæ, curati funt.

Mediolani Auriga 55. annos natus, baccho, ac veneri litans, in Anorexiam incidit, alvumque tardam; & quidem fic tandem ut licet præclariffimus, G

#### 98 DE MORB. ILEO, ET PROSEC. EXPERIMENT.

versatisfimusque practicus, *I. de Widemar*, quæcunque artis auxilia tentasset, æger tamen jam esset in diem 17. aut 18. alvo clausus. Adplicata machina primo scybala durissima; eademque, bis adhuc deinceps admota, copiosam alvum solvit : ita ut in sua jam antiqua ægritudine, quæ cum in Nosocomio binis postliminio mensibus sustuit, alvum solvente remedio haud indiguerit ultra.

Monse autem Rev. Pater Kolm, Tridentinus, ordinis S. Aug. Iliaco morbo correptus, ope Machinæ, unica vice duntaxat admotæ, alvum ita copiosam habuit, ut altera adplicatione non egeret. Haud equidem vidit hunc ægrotantem ipse Widemarus, sed rem totam rescivit a dexterrimo chirurgo Mediolanenst Ucelli; qui cum sua machina Monsam vocatus, candem viro reverendo ipse admovit.

Quamvis iterum res in utroque hoc casu successerierit, meretur tamen, antequam in homine tuto tentetur, serio, matureque perpendi. En quæ posthac expertus sim !

Die Maji 27. canem mediocrem machinæ adplicuimus, præfentibus Clariflimo Domino Gottingenfi Profeffore Vrisberg, & Clariflimo Domino Medico Viennenfi Hirsch. Canis ab injecta aqua ter vomuit; ilico post hilaris denuo, sanus, famelicus. Effluxerat non parum ex ano aquæ: sub injectione jacuit canis dum injiciebatur.

Eidem cani die 5. Junii experimentum repetivimus stanti, siphone ope linteaminum sic ad anum sirmato, ut parum admodum reslueret retrorsum. Perfecta intra duo minuta operatio suit. Canis ter valide vomuit, sanus exinde, ac famelicus.

Die 12. Junii ipfi huic cani stanti, obfirmato rite siphunculo, intra minutum & aliquot secundas tota operatio perficiebatur. Denuo ad tertium vomituminjicere perrexeramus. Borborigmi exaudieban-

#### CUM MACH. ADAPT. AD EUND. ET. DESPER. 99

bantur, & venter valde sub finem injectionis intumescebat.

Laqueo porro eum extemplo ftrangulantes, thoracem aperuimus, partium vitalium contemplaturi actionem. Aperto thorace laqueus pauculum laxabatur, quo nobis bestia redderet aspectum, quem quærebamus, vividiorem Vita autem nimia nihil non turbabat, ventriculo aqua distentissimo per angustum foramen, quod prosector aperiundo thoracem in summo epigastrio inflixerat, se penetrante; unde constriximus denuo laqueum.

Aperto pericardio cor bene se contrahebat, contractili motu observato tam ad basin, quam ad cuspidem. Potuimus omnia per horæ quadrantis spatium contemplari, & quo cordis sinistri, ejusque auriculæ motum accuratius intueremur, cor pro more parumper invertimus.

Sæpe lente, fæpe iterum cito, auricula finistra convellebatur. In ventriculo finistro motus palpitans diutius perseverabat, quam in ejusdem auricula. In dextra auricula motus omnium diutissimus, ut & in thalamo dextro, cujus vita diuturnior câ finistri adparebat, co quod finistri apex a dextri ventriculi contractione duntaxat moveri nobis videbatur: errabamus autem: ipsum cor finistrum erat, quod primario movebatur, ut patebit mox.

Silente corde Abdomen aperuimus. Ut in præcedentibus, ita & in hoc cane parum erant inteftina expansa, ventriculus autem vehementer. Valvula coli connivebat. Vermicularis processus coli valde expansus.

Redeuntes ad cor, vidimus ex eo finistro thalamo copiosum sanguinem, plane fluidum, prodeuntem; etiam ex dextro multum. At ventriculus finister duplo ad minimum erat dextro amplior : Ut pateret finistrum fuisse, qui tam diu pulsasset, nobisque ve-

G 2

luti

# TOO DE MORB. ILEO, ET PROSEC. EXPERIMENT.

luti dexter effet, imposuisset. Levis tamen palpitatio ventriculi dextri supererat, silente sinistro. Immoto fere corde, per anteriora asperæ arteriæ pulmonem inflantes, pauculum ast brevissimum cordis motum excitavimus.

Aug. 24. die cani haud interrupta Machinæ actione aquam tepidam injecimus fic, ut animal intra minutum temporis vomeret, & ut, injectione spatio duorum minutorum continuata, fere quinque aquæ libras vomitibus ejiceret iteratis, unaque nonnullas teniæ portiones. Extracto extra anum tubulo, haud tanta vis aquæ, ut quidem alias, ex illo profiliit. Canis e manibus nostris dimisfus, pro more se primo momento abscondit, verum diutius sub arca dilituit, ac fere tota die, contra id quod in aliis canibus obfervaveramus, occuluit. Fluxit ex latibulo fuo multum aquæ, orene, an ano, incertum. Vomitus sub operatione ad tres modo digitos, non ut olim in aliis canibus ad tres pedes, profiliit. An quod hic ventre suo ad tabulam adplicaretur, & alii suis quatuor pedibus erectis tenerentur? ficque hi, præ illo, ad vomitum violentiorem aptiores?

Alteri cani injecimus aquæ circiter libram, visuri num alvus, educto siphone, vi emitteretur. Essiurit vero potius, quam erupit; contra quam in altis obfervaveramus. Similisque fuit experimenti iterati effectus. Deinde continuata opera aquam duorum minutorum spatio injecimus. Hic verò canis neutiquam vomuit, sed vehementer intumescens, mortuus est. Præsens erat Doctissimus Mummssen, Medicus Hamburgensis, & ni fallor, Doct Nitert Medicus Batavo-Transisfalanus, nec non Doctiss. Medicus Lucensis Michaël Moni.

Ipfo momento incidimus illum. Cellulofitas ad ventrem, & ad thoracem aqua plurima fcatebat. Hinc quærebamus nos inter, an animalis agitatione fiphun-

#### CUM MACH. ADAPT. ADEUND. ET DESPER. 101

fiphunculus ad ani margines in cellulofitatem vicinam penetraffet fe fe, non vero in cavum recti introductus manfiffet ? fed turgidiffimus venter internam læfionem innuebat ; demonstrabatque id postea copiosifisma, ventre contenta, & effluens aqua. An læfisset, perrupissetque Rectum siphunculus? fed leviter tantummodo inducta sistua in anum ænea, aërem per illum in Rectum inflavimus, qui Colon intrans, idque expandens, manifesto docebat minime penetratum Rectum fuisse.

An itaque nimia valvulæ coli refiftentia repulisfet aquam? eaque fibi in vicinia valvulæ in abdomen viam paraffet? Sed, quem inflaveramus, aër, qui co, quo aqua, penetraffet, quoque non penetraffe, fed inteftinum expanfiffe nobis clare videbatur. Quo, tamen omnis auferretur dubitatio, injecimus ope machinæ per anum aquam, moxque vidimus vix notabile volumen aquæ ante valvulam colligi, quin fuperaret illam, Ileumque repleret inteftinum.

Ergo altius origo phænomeni quærenda fuit. Intestinum Jejunum in quadam plaga inveniebatur dehiscens in sua peritoneali tunica, integri digiti longitudine; in medio verò hujus fissura totum intestinum divisum erat, latitudine pollicis: pauloque inde remotius altera digitum minimum longa fissura, sed exterioris duntaxat tunicæ, reperiebatur.

Quamvis jam patere videretur, id quod quærebatur; inquirere tamen voluimus, num forte altiore in loco quid lateret, quod elucidare nos poffet? Aqua enim per datum foramen effluere in ventrem potuiffet vel fola vi machinæ, vel ab obstaculo, quod forte plaga hac fissa altius hæreret. Itaque ligato jejuno supra hanc plagam, proximeque ad eam, aërem per œsophagum immiss. Ille vero succesfive inflans ventriculum, duodenum, & eam jejuni partem, quæ supra ligaturam erat; hasque partes in G 2 super s

### TOZ DE MORB. ILEO, ET PROSEC. EXPERIMENT.

fua distentione constanter servans; abunde evicit nullum hæssisse supra ligaturam obstaculum, quod aquæ transitum remorarctur.

Hittoriæ fic enarratæ explicationem periclitabor, quæ mihi admodum naturalis videtur, omnique fatisfaciens phænomeni parti; opinionem fuam cuique relinquendo integram.

In Hernia incarcerata est pars intestini ingrediens in faccum herniosum, parsque ejusdem regrediens in ventrem. Pars ingrediens non raro invenitur cum stercore, tum aëre, ita turgida, ut altera pars regrediens ex facco in ventrem complanetur tota, fiatque impervia, & nihil ultra ex intestino prolapso remeare in ventrem possit.

Simile quid videor mihi dato in cafu videre : intestina convoluta multis in locis superscandunt se, pars alia aliam premit, in cavo abdomine. Sic fecundum Naturam. Verum aqua, violentia nostræ machinæ agitata, expleat subito ejusmodi intestini partem, quæ aliam fibi proximam superscandit; an facile non capitur partem hanc superscandentem, fi ab una parte confideretur abdomen jam plenum pluribus aquæ libris, ut evolutio compressi intestini ultra speranda non sit; si ab altera parte aqua continuet vi impelli cadem ; an non facile capitur, inquam, partem hanc superscandentem subjectam sui partem fic comprimere, ut omnis ejusmodi dematur cavitas. omnisque ad hanc dempram cavitatem impulsa fistatur aqua? In summa intestini hoc in loco expansione videntur mihi tunicæ interiores hiaffe exterioribus priores : Aqua vero continuata vi impulía, codem modo hiantis cellulofæ tunicæ cellulas subiisse, quo folet in emphysemate aer. Communicante autem hac cellulofa tunica per melenterium, cum universi cellulofitate corporis, intelligi videtur, cur adeo copiosa aqua efflueret, ex cellulosa tunica, circumdante Abdo-

# CUM MACH. ADAPT. ADEUND. ET DESPER. 103

Abdomen & thoracem. Permanente igitur vi impulsæ aquæ eadem, intestinum jam interiorum tunicarum fissura debilius, rimam eandem completam egit, effuditque cavum in ventrem aquam. Quod porro intestini ejusdem pars superior, non internis, sed externa tunica, hiulcaverit, inde natum reor, quod aqua cellulofam tunicam jam ingreffa, complicatam forte hanc inteftini partem fic plus ceteris extenderet, ut demum externa tunica dehisceret.

Adde ad hæc omnia eum, qui machinam dirigebat, testari, se nunquam velocius, minusque interruptius, ejusdem alternantia manubria agitaffe.

Multa profecto nos docet hoc experimentum. Et quidem 1<sup>mo</sup>. hanc machinam offendere ejusmodi in corpore refistentias posse, ut funesta evadat, 2do. Eo magis Italos amicos, viros clarifimos, laudandos effe, quo in vivo homine mitiores paucioresque injectiones fecerint, posteraque potius, tertiave die, repetierint. 3119. Cum constiterit jam humana cadavera non omnia fic esse disposita, ad coli valvulam, ut transmittant impulsam vi machinæ aquam, ut Parte VIII. patuit, etiam hac de causa leniter ac breviter hic agi oportere ; ne in Colo idem contingat, quod in Jejuno canis : aut fi non hoc, ne faltem anxietates oriantur, minime sufferendæ. 4to. Nec omnem extra metum effe, ut nonnunquam ad incarceratas Hernias admota machina, vis impulsi liquidi, aut intestinum compressum non aperiat; aut, fi aperiat, non ita comprimat subjectam, quæ jam compressa nimis, partem, ut omnis per eandem sit impeditus in ventrem influxus; alterutroque demum modo idem infortunium in homine, quod in cane, excitet. 5to. Forfitan hinc illarum anxietatum originem, naturamque intelligi, quæ in intestino, quod pro parte tympaniticum sit, quæque similes in colicis flatulentis crebro contingant ; tum & fic concip1 ,

# 104 DE MORB. ILEO, ET PROSEC. EXPERIMENT.

pi, quo demum pacto verus Ileus, licet flatulentus tantummodo, nasci queat; idemque, dum dura atque indigestilia alicubi in intestino nimium retardentur, ac compingantur.

Die Aug. 28. in codem cane, in quo una cum illo infortunato ante quatriduum, experimentum repetitum eft, nec non in altero, & in tertio. Ab injectione destitimus, ubi omnes libras tres quatuorve, in tribus aut quatuor vicibus evomuerant, lente semper agitata machina. Neque omnes hi tres canes tanta vi, tantoque jactu, ac quidem olim sepe observaveramus, aquam alvo, educto sphone, ejecerunt. Liberati e manibus nostris, ore, & ano dimiserunt aquam; hac emista, alacres cucurrerunt, comederunt, ac diu san manserunt in nosocomio.

Septembris 3. binis illorum; aufugerat enim tertius; repetita injectio est fic, ut priorem tertio vomentem dimiserimus; alterum vero, ingentem profecto canem, injectione producta co, ut quidem nondum vomeret, sed jam vomituriret, strangularemus, visuri num forte quid aliud hoc experimento, nondum antea tentato, disceremus.

Intestina crasta & tenuia neutiquam extenta fed expansa fere naturaliter erant. Duodenum duplo amplius; ventriculus autem ita expansus, ut aquæ contineret libram sessan vomueram. Notavimus antea in canibus, quæ etiam vomuerant pluries, parum expansa Intestina fuisse, ventriculum autem quam plurimum; unde & dimissi vivi canes multum semper postea vomuerant. Similiter rem in humani cadaveris intestinis, ac ventriculo olim deprehenderamus, etsi multum aquæ ore jam elapsum effet. Manu premente omnem fere aquam illam per cesophagum expulimus.

- Cor utrumque fluidiffimo fanguine plenum; fic ut incifione primum in finistro, deinde in dextro thala-

mg

### CUM MACH. ADAPT. ADEUND. ET DESPER. 105

mo facta, sanguis ex utroque cavo, rivi instar, profiliret.

Erat porro hic canis terete verme multo plenus, copiofaque Tenia. Sedes Teniæ incipiebat fpithamæ longitudine a valvula coli, furfumque afcendendo trium fpithamarum longitudinem in Ileo emetiebatur; ultra non, fed quidem Teretes, quemadmodum & in ventriculo; incertum, num domicilium antiquum hic habuiffent; an vero, aqua fubtus premente eo verfus pulfi effent.

In hac nunc trium Spithamarum longitudine, morabatur falciculus multarum Teniarum, hic decem, alibi undecim, duodecim, in longitudine pofitarum, quas gluten haud tenax valde involvebat. Fuere, quæ hanc longitudinem integram emetirentur, emetitæque reflecterentur; fuere, quæ mediam, quæ tertiam. Id vero num ideo, quod nonnullas fregiffemus eximendo? vix credibile; attentius enim examinatæ breviores hæ, æque quam longiores illæ, componebantur primum ex latioribus mutuo articulatis, & fubito tenuioribus admodum portionibus, itidem mutuo articulatis. Latarum autem & tenuium portionum eadem longitudo fuit.

Vermium seu articulationum, vacua apparebant corpora esse. Siphone dicto Anelliano, quo in fistula lachrimali deobstruenda utimur, lac in unam pertusam injecimus, quæ inde repleri quidem videbatur, at vero in alteram, nisi semel iterumve, non transmist. Pellicula externa frangebatur passim, antequam in subsequentem articulationem lac posset se penetrare. Nec inflato aëre plus profecimus. Argenteo vero stylo omnium subtilissimo citra minimam læsionem penetravimus ex una in aliam, ita ut ad brevem hunc stylum iex septem varias articulationes, citra ullam læsionem, penetrando assigeremus.

Nun-

# 106 DE MORB. ILEO, ET PROSEC, EXPERIM. ETC.

Nunquid fic intelligitur demonstratus a magno Winslowo canalis, qui injectione facta in alteram ex altera penetrabat portione? An igitur, in cane faltem, tenia infectum unicum; non vero vermis ex numerofis cucurbitinis, ut ajunt, vermibus coagmentatus? (1).

(1) Ten & humanæ portionem longam nunc tandem nactus, injectionem præ teneritudine vaforum fruftra tentavi. Id modo did ci vas album per medium cujusque articulatæ partis longitudinem, axis inftar, decurrere, ex quo utrinque innumeri rami ad angulos plerumque rectos oriuntur, abeuntes in glomeres, & penicillos, non pervenientes autem ad extremam latitudinis oram, fed lineæ tere diftantia ab ora utraque terminati. Infufo in medium vas lacte, laterales hi rami pulcra impletione turgebant; lac vero ex una portione vermis in aliam, feu, ut alii loquuntur, ex uno verme cucurbitino in alium, non tranfivit, eo quod vas diffiliret.

Margines hi, feu oræ extremæ infecti, quas dixi a vafis non perreptari, fere pellucent, digitoque leniter frictæ ac preflæ, alba corpufcula oftendunt, quæ hac preffione ac frictione ex una articulatione in aliam, in tertiam, in fextam, & ultra adfcendunt; ut inde pateat ad fingulam articulationem non haberi fingulare infectum, verum ex tot innumeris articulatis portionibus upicum infectum conflari.

Confirmatur hoc eodem experimento quod pag. præc. in canina tenia me feciffe narravi; nam & in hac humana tenia tenuiffimum fpecillum, feu filum argenteum, duxi per vas longitudinale medium, fine ulla læfione, per tot articulatas portiones, per quot volebam.

Tandem fi confideremus fingulas portiones ab uno totius teniæ excremo effe latiores, ordineque exacte decrefcente pauxillatim fieri extenuatiores; fic quidem, ut in longitudine plurium ulnarum posteriores fint fere dimidia latitudine prioribus angustiores; an probabile fit tot centena infecta, ordine nunquam læfo, fic invicem jungi, ut a principio ad finem latitudo integræ teniæ æquabilissime decrefceret? Tenia humana in eo differt a canina, quod in illa latitudo pedetentim decrefcat, in hae plures æque latæ invicem connectantur portiones; deinde plutes æque angustæ. Forfan tamen & in cane, & in homine, vermes a fese in nonnullis differre, crebriore examine deprehendere poterimus.

# CAPUT VI.

1 5.55

### Varia.

§. I. Febris continuæ remittentis, Συνέχεος, boc anno in Auftria grassantis, genius, & natura. Autores qui in hoc febrium genere cognoscendo, curandoque, se se omnium maxime commendaverunt. §. 11. Virtus fomentorum aquosorum, eorundemque in perpetuo madore & calore conservatorum, in multis externis morbis. §. III. Endemii in Auftria morbi ophtbalmici. Varia ad illos remedia. Laus isilis hepaticæ Muftellæ fluviatilis. §. IV. Cura Viperina. §. V. De Rachitide nonnulla. §. VI. Arsenici albi, copiose assumpti, effectus mirissici; & quid, multis incassum tentatis, profuerit. §. VII. De Uva ursi.

9. I. Araffatæ funt in Austria hoc anno Febres con-J tinuæ remittentes, veræ hemitritææ tales, ut ex una continua, alteraque tertiana, compofitæ viderentur; hæ quibusdam in locis benigniores. paucis medicamentis, quin & hic illic, adhibita haud admodum laudabili methodo, tandem cessarunt, paucis inde morientibus. Pagos autem novi, in quibus dictam malignitatem quandam adjunctam habentes febres iftæ, per remedia antiphlogiftica communia primum, deinde a r. vel 6. morbi die per corticem Peruvianum, quotidie ad fex dragmas in fubstantia, ut Medici ajunt, assumptum, demum ad 14. 17. diem judicabantur, haud infrequenter fudoribus : Sic ut ex sexaginta, & aliquot ægris bini modo perirent, & alii duo, non fine fymptomaticis exanthematibus demum ad crifim ducerentur.

Perierunt in urbe ii maxime, quibus damnanda sua methodo Medici exanthemata excitaverant.

In nofocomio nostro tres mulieres hac febre decubuerunt. Communem febrium acutarum methodum sequebamur, quamdiu eidem morigeræ erant : cortice vero cas abegimus, quando immorigeræ plane crant, & pravis stipatæ symptomatibus, & eam malignitatem redolentes, qua alibi Petechiæ, & miliares cruptiones, febrim concomitabantur. Harum feminarum priori, die 14. corticem dare inchoavimus; alteri 12. die; tertiæ vero 6. die; perseverantes in ejus usu ita, ut per dies 14. a curata febre candem daremus, quam in febre, dosim, tertia demum, & quarta septimana paulatim parciorem. Recidivam harum una die 14. passa est, quod maturius exire nosocomio vellet. Redeuns vero altera febris recidivæ die in nosocomium, intra triduum curata fuit, & quatuordecim diebus eandem, qua olim, fumfit corticis quantitatem, deinde pedetentim minorem.

Polcebat autem hæc febris in fua declinatione, poftque eandem, purgans ad fingulos 3. 4. dies; ventriculo alias corticem, qui toties specificum ventriculo languenti auxilium est, plane respuente, cum deleto omnino appetitu. Dedimus illis uncias IV. vel V. Aquæ laxativæ Pharmacopææ Viennensis, quæ nobis purgans longe tutissimum, mitissimum, citissimumque visa est: idque summo mane; ea lege, ut post alteram alvum, quæ passim intra trihorium, citiusve, habetur, corticis sui consuetum usum repeterent; sub quo purgans adhuc pluries operari solet, & reparare appetitum.

Plures tamen vidi in urbe harum febrium prioribus pertinaciores, nunc alterno, nunc fingulo, nunc quarto die ingravescentes, idque sæpe citra vel minimum frigus, cortici neutiquam auscultantes : ita ut nonnulli ægri ad 20. alii ad 40. diem, & ultra, nihil aliud; quod tamen multum erat; a cortice lucrarentur, quam ut viribus sustinerentur, ut a majore

### V A R I A.

jore malignitate, quæ, Regimine coöperante, Miliarium in una eruptionem jam inchoaverat, præfervarentur; utque triduo aut quatriduo ante crifin pares coctioni effent; ac demum 20. aut etiam multo posteriore die, hi sputis, alvo alii, illi per sudores, urinasque; nonnulli integre, alii partim ac repetitim, judicarentur: idque ea lege, ut si post coctionem nisus adparerent Naturæ, ad crifin promovendam per laudabilem viam quamcunque, exempli gratia, per pulmonem; loco corticis, modo vires sufficerent, ea porrigerentur, quæ ad hunc nisum promovendum efficaciss in arte habeantur.

Occasione trium hac febre laborantium ægrarum, præter generales Hippocratis, id eft Naturæ, leges, centies laudavi, debuique laudare, magnorum virorum, qui in febrium hujus generis curatione cæteris perspicaciores, felicioresque fuerunt, auro contra cariora opera : Mortoni, ajo, Sydenhami, & incoma parabilis in hac materia Francisci Torti Archiatri Mus tinensis, ac Professoris: deinde & illorum, qui priorum exemplis instructi, doctrinaque imbuti, hanc rem illustrarunt, Pringli, ac Huxhami, apud Anglos; Lauteri ac Magnifici Viri Hazenöhrl apud Auftriacos, &c. Inde intellexit, demonstrationibusque convicta studiosa juventus vidit, in febribus ardentibus, & in omnis generis Hemitritæis, communi methodo infuperabilibus, frequenter admodum five præveniri, dum minas intentat; five tolli, dum jam adeft; dictam in arte malignitatem : dato cum prudenter , tum audacter, antequam nimius fiat folidorum fluidorumque a sanitate recessure, cortice Peruviano: & quidem sic, ut si ore assumptus minus expedite opituletur, ctiam in anum injiciatur.

§. II. In morbis cutaneis antiquis, ulcerofis, in malignis crurum ulceribus, in ulceribus fpinæ ventofæ fædiflimis, in tumoribus arthriticis, continuamus,

mus, id quod superioribus annis innui, pulcras obfervare aut emendationes, aut curationes eorum, quos confueta artis auxilia haud levaverant; ope follicitæ continuzque applicationis aquæ calidæ, five puræ, five, ne forsan pauperes eam præ fimplicitate nimia negligant, repudientve, medicatæ redditæ, a Malva, Parietaria, Chærophyllo, Althæa, fem. Lupini. &c. Vetufliores, viros in arte graves, hac in parte imitati, qui dum consuctis unguentis, & emplastris, ejusmodi mala aut difficilius, aut nullatenus, curari cernerent, fomenta aquosa, reddita ejusmodi vegetabilibus medicata, vehementer laudarunt; Dioscorides, inquam, Dodonæos, Clusios, Lobelios, Sanctorios, & novifimum præclarum autorem Morgagni, qui in Epist. 57. § 3. calcaream podagricorum materiem sola aqua calida fuisse resolutam, refert.

R I A.

§. III. Est endemius in Austria omnis fere generis oculorum morbus. Inflammatio, Pannus, Pterugion, Phlyctæna, Albugo, Cataracta, Amaurosis, sæpe hi bini morbi ultimi una juncti, Staphyloma, Sarcosis. Viæ publicæ, quantumvis lapilloso solo duræ, nec non in urbe strata platearum, confervari superstratis solent filicibus tritis, lapillulisque, continuo renovatis. Curruum innumerorum rotis hi ita commoliuntur, ut nube tenuissi pollinis circumderis assiduo, quacunque perrexeris; eoque magis, quod sit Regio ventosior: ut vetus proverbium dicat, Austria aut ventosa, aut venenosa.

Unde præter oculorum morbos frequentia effe oportere Asthmata, Dyspnæas, phthises pulmonales, facile quisque per se perspicit.

Inter ea auxilia, quæ variis oculorum affectibus opitulari experimur, & miramur, una cum venæ fectione, & iteratis purgantibus, laudare oportet flores Zinci, quorum dragma unciis quinque aquæ rofarum vel euphragiæ admista, incipienti, ac repetenti

tenti tunicæ conjunctivæ inflammationi, efficax auxilium præstat.

Neque hic laude sua caret aqua purissima, cujus unciæ, spiritus vini rectificatissimi guttas 15. vel 20. additæ fuerunt. Quæ gravior inflammatio ac dolor hisce minus cito cedunt, potentius remedium capiunt cataplasmate, quod ex pulpæ pomorum acido dulcium, ac micæ panis albi ana unc. ij. florum Rofar. rubr. ac Sambuci à pugill. j. Croci ac Camphoræ ana gr. vj. componi folet. Vix vero hæc omnia graviores inflammationes tollunt, nisi fimul purgatio antiphlogistica sæpius repetita, potenter revellat; quo cummaxime etiam facit aut in nucha vesicans, aut Emplastrum post aures, quod ex Empl. Vesicat. & Melil. à q. f. compositum sit. Quasdam tamen inflammationes ita ad omnia pertinaces offendimus, ut visus minentur jacturam ; quibus una cum remediorum dictorum plerisque, Setaceum nuchæ reperimus utilifimum.

Ad maculas vero, ad perlas, ad pannos, ad pterugia, ad adnatæ albugines, nihil efficacius experimur Bile animalium, ac præprimis bile hepatica Mustellæ fluviatilis vel lacustris, etiam Motellæ dictæ, & Lote, (Rutte, Aal-Rutte germ.,) quam apud Rondeletium libro de piscibus lacustribus cap. 19. quæras. Antiquum remedium, Hartmanno aliisque laudatum, oblivioni deinde fere datum, nunc iterum ad experimenta revocavi, effectusque gavisus sum, postquam nitidos juvenis oculos conspexissem, quos a variolis maculatos hoc oleo integre curaffet Matrona Mater. Cum Danubius hos pifces alat numerofos, iique fapidum suum jecur sæpe magnum ita habeant, ut non modica bilis hepaticæ copia inde colligi poffit, dum in vitro suspensum, solisque expositum calori, levi compreffione nonnunquam juvetur; curavi mihi hanc bilem perpetuo præsto esse. Bis, ter, die, guttula una,

una, alterave, oculo fincera instillatur, supra maculam, aut albuginem. Plures profecto brevi suerunt ab his malis curati.

An specifica ad has ærumnas Mustellæ fluviatilis bilis? vix crediderim. Senioris Tobiæ Albugines bile majoris piscis, in Tygride fluvio capti, curabat Ångelus Raphaël, juxta id, quod ipsius filio dixerat, Tob. cap. 6. & 11. Fel ejus valet ad ungendos oculos, in quibus fuerit Albugo, & fanabuntur. Unde sufficor, fi, quibus in locis Muttella fluviatilis desideratur, capi experimentum lubeat jecoraria bile Anguillæ, Lucii piscis, Aselli majoris ac minoris, &c. forsitan quidam ab admoto hoc remedio experiuntur, alii diuturniorem gravioremque: illis nihil; his autem, post horæ quadrantem oculum aqua rosarum eluere expedit.

§. IV. Ut ceteræ res sublunares, ita Medicamenta multa, mutationes temporum subire solent. Patuit id mox in bile Mustellæ stuviatilis. Vipera fæpius in cælum elata olim, in morbis cutaneis pertinacisiimis, nec non in summa debilitate curandis, dein hic viluit, ibi oblivioni penitus tradita fuit, iterumque postliminio summis laudibus decorata. Cum eximii Viri Mead, & Morgagni, Viperæ decocta, gelataque, ob pulcras, quas ipsi cum vidissent, tum patrassent, curationes, impense laudarent ; Viennenstumque Medicorum cumplures egregias suas per eadem curas celebrarent; experimenta capere hac æstate cepi. Puellæ decenni herpete ulcerosa circum os & nares, deinde tuffi pertinaciffima à longo tempore laboranti, nec consuetis a me datis remediis curatæ, jusculum dedi, paratum ex aqua cocta cum quarta viperæ vivæ parte; sie ut quotidie idem, quod sex unciarum erat, unica vice; jejuno affumeret ventriculo. Menfis fic elapío spatio, læti vidimus cam tuffi sua integre

IIZ

gre curatam, herpete pene liberam. Juvenculæ sca-Biolæ quæ quopiam unguento suam fibi scabiem infeliciter curaverat; atque inde in tuffim fere intolerabilem, summamque maciem inciderat, dedi quotidie libram juris cum media vipera viva decocti: post menfem tuffi omnino vacantem, scabie ipfi non nihil redeunte, vidi. Si quis maluerit redeunti scabiei tuffis adscribere ablationem, cui adscribet ejusdem curam in puella, in qua & cutaneus morbus, & tuffis violenta, una curabantur? Præterquam quod in juvencula scabies pauca rediisset, cum integra cura tuffis. Experimenta promoturus intellexi viperas deficere : defecturas in æstatem. Dante DEO, multiplicabo tunc experimenta fic, ut quid agat hoc Medicamen, quousque agat, quidque demum fit de ejusdem laudibus admittendum, cum intelligam, tum patefaciam.

VARIA.

§. V. In Rachitide, alio demum Austriæ endemico morbo, satis nequeo Ostracodermata laudare: si enim bis, ter, die, pulveris hujus scrupulus quotidie detur, infantesque sole aprico, aëre rurali, motu in infantili curru creberrimo ac quotidiano, lecto & conclavi siccis, fanisque fruuntur alimentis, propemodum omnes cito; qui vero horum adminiculorum plerisque carent, solo hoc pulvere, motuque, tardius quidem prioribus, tuto tamen, & certo, curantur; quam diu degeneratio universæ compagis curam necdum reddiderit quocunque noto hucusque remedio impossibilem.

§ VI. Arfenici albi terribiles recenfere juvat effectus. Hortulani in proximo pago Penfink uxor, nunquam adhuc gravida, faniffima tamen, ac torofa mulier, menfe Julio anni 1763. emerat pro ægrotante quopiam puero, pulveres duos Gremoris tartari, & Lapidum cancrorum, eorumque uno puero dato, alterum in menfa repofuerat. Ipfa vero a prandio H

minus recte se habens, sumpsit, ut putabat, hunc alterum pulverem.

VARIA.

Notandum est feminam hanc, antequam pulverem fumeret, præ enormi siti immaniter gelidam bibisse; prætereaque pulverem una cum ingenti aquæ copia assumpsisse: ita ut copioso cum veneno, antitodum quoque sumpserit copiosum.

Cum valida ventris tormina pati inciperet, petiit lectum, nauseavit, elapsa autem semihora vomuit. Interea temporis redux domum maritus, videt uxorem vehementer vomentem, & anxiam esse. Igitur percunctari ille quid gestum, quidve assumptum sti? Dum vero inaudit pulverem hunc, quem in mensa mane se reposuisse uxor ajebat, assumptum ab illa esse, mox territus hic ad mensam accurrere, & miserando ejulatu vociserari, pharmacopæi pulverem in mensa reperiri, ejus vero loco assumptum pulverem Arsenici albi, quem ad mures necandos emtum, eadem in mensa incogitanter reposuerat. Vocatus actutum Medicus, oleo & lacte corpus laudabiliter implevit; unde vomitus, qui per multas horas plus centies erupisse.

Porro mirabatur femina quod, vomitu ceffante, fe tam belle haberet, quemadmodum etiam die altero tertioque. Quarto vero die pedes invafit, qui dicitur crampus, craffaque plantarum pedum epidermis tota feceflit. Qua dein recrefcente, incedere, præ fumma ejusdem teneritudine, dudum non potuit. Juffa eft Badenfia Balnea fulphurea adıre, menfisque hisce uti spatio. Catamenia substitere in balneo. Multaque ibidem Medicamenta sumstit. A Balneo crurum ipsi fensim impeditior motus, fic ut primum ingenti cum labore, tardissimeque, passus quosdam ederet, ab incunte vero Septembri cruribus movendis ultra non esset; manuumque, ac brachiorum fere omnem motum amitteret; humeris solis,

### VARIA.

lis, ac femoribus nonnihil adhuc obsequiosis. Jamque universo de corpore, caput si exceperis, epidermis secessit. Postmodum autem motus exiguus musculis manuum rediit, ut finistra leve quid, chartam v. c. tenere, dextrâ digitos nonnihil, sed obscure, ut vix advertiffes, movere posset. Binis vero hominibus suffulta, crura ne hilum quidem movere potuit. Quodque in paralyticis nonnunquam adverteramus, ut jacentes artuum inferiorum superiorumque motum quemdam, qui sedentibus istis impoffibilis, ederent; hæc ne vel minimum quidem. Attraxit utcunque crus, & brachium, levi illo motu, quem dixi humeris femoribusque superstitem fuisse, haud vero movit. Intolerabilis accessit crurum, pedumque, pruritus, qui in aliis boni sæpe augurii, in hac vero minime. Interea pulsus, appetitus; fomnus, alvus, urina, bona; quique in balneo substiterant rediere menses. Multis, lisque præstantislimis remediis incassum usa, inducta demum in Nofocomium noftrum eft, incunte Novembri anni 1763.

Datis, ut monui, incaffum felectiffimis remediis, animum mihi fubiit vires explorare, cum aliis vulnerariis, Brafficæ, cui Otto Tachenius, vapore Arfenici captus, curationem fuam magnam partem adfcripfit, postquam lacte & oleo a præsenti periculo vindicatus primum effet; in Hipp. Chem. Cap. XXIV. fumpsit itaque femina bimestri spatio hoc decoctum: 12. Tarax. rec. cum toto unc.  $\beta$ . Brafficæ rubræ Lib. j. Pulv. Saffap. unc. ij. Glycyrrhi. unc. iij. coq. aq. p. per horam. Colat. Mens. j.  $\beta$ . D. u.

Cardialgia ex acore manifesto vexata aliquoties fuit, sed mox restituta usu misturæ, paratæ ex aqua sambuci, syr. diacod. & lap. cancr. Semel autem febris, cardialgiam concomitans, remedio huic haud obedivit amplius, sed cephalalgiam adjunxit, & tan-H 2

IIS

tillum illud, quod supererat, motus, prostravit, Cogebamur tunc cortice peruviano eandem sugare; haud multo tamen; cum paucos intra dies febris, suis cum symptomatibus, sus, sugataque esset.

Spatio bimestri hac methodo Paralysin, ac pruritum, doloremque nihil emendavimus. Unde robur nervis cortice peruviano conciliare annitebamur, interea dum crura manusque nunc aqua vulneraria, nunc pulveris aromatici fumo, bis die fricarentur. Vis dein electrina, quotidie semel adhibita, levem quidem emendationem fecit, ut crura utcunque plus attrahere, ac digitorum manus spectabiliorem, pedisque dextri obscurum, qui nullus fuerat, motum edere poffet; at vero tandem corpore ad lecti crepidinem fuffulto, crura, ac pedes immisimus in balneum, usque supra genua, aquæ calidæ, cui flores chamomillæ, flores fambuci ac lavendulæ intabuerant : dum interea corpus repleretur decocto Tarax. Nafturt. Sarfap. Glycyrrh. Effectum hinc, ut decurso mensis horum in usu spatio, gradi inciperet, cum iisdem deinceps pergendo ambularet, digitos nendo exerceret, ac tandem mense Junio domum, quo aere rufticano frueretur, peteret, & fæpius inde ad me pedes venerit; ob reliquias mali ejusdem remedii novam formulam petitura.

Quæri a me posset citiusne curata hæc femina fuisset, quando, vel antequam meæ curæ subjiceretur, vel saltem cum eidem subjecta esset, ultima meæ methodi parte tractata suisset indicante nimirum pruritu illo dolorissico acredinem, aut veneni residuam, aut veneno genitam, ante ostia cutanea morantem, suique per eadem expulsionem flagitantem? Ægre sance quæstionem hanc non fero. Innui brassicæ vires, Tachenio autore, me explorare voluisse, viresque deinde electricas. His scopo non respondentibus indicationem, de qua quæstio agit, fe-

116

\$19131Step

VARIA.

secutus sum ; in simili postmodum offerendo mihi cafu ab ultima indicatione incepturus curam, quo constare posset num & citra auxilia diluentia, faponacea, ac folventia, aut venenum aut veneno genita materies, æque feliciter expelli posset. Interim haud displicuisse lectoribus opinor, hanc integram communicando historiam, qua non curam duntaxat, sed una contucantur mirabundos Arsenici albi effectus. Quod ipsum copia enormi, scrupuli certe pondere graviore, assumtum, primum quidem abundantissima, quam tam mox ante, quam una cum illo fumferat, aqua; deinde vero faluberrimo confilio medici præstantis oleo & lacte, fic viribus inerme redditum est, ut neque necaverit feminam, neque hospitatum diu in primis viis fuerit, sed his cæterisque relictis extremorum artuum Paralyfin, epidermidis universæ secessium, perpetuumque cutis pruritum, dolentemque cundem, gencraverit.

6. VII. Calculoforum pauciores hoc anno affuerunt, quam ut experimenta cum Uva ursi augere multum potuerim. Interim ex quo hanc Plantam ab Illustrissimo Praside utilem in hoc terrifico morbo didiceram; multisque experimentis, ut talem, probaveram: magis confirmor, magisque in co, quod in hoc Opere totics monui, nullarum cam virium esfe, ubi in systemate urinoso interno multa facta fuerit, five a calculo, five a pure, five ab urina, fæpius diutiusque retenta, degeneratio. Qui in posteriore casu experimenta irrita expertus, ideo de veritate eorundem priore in casu dubitat, poterit ab ipfis, quos Uva urfi, jam pluribus ab annis a fuis ærumnis fartos, tectosque servat, rerum edoceri veritatem. Adsunt enim & in hac urbe, & alibi plures; vivumque exemplum potest conspici quotidie in Panholzero, janitore aulico. Quod fi quis arbitres H 3

tretur confimili, majorive virtute, Vaccinium folij Buxi pollere; rem experimentis tentando, legitimeque probando, & Medicos cunctos, & genus humanum universum, sibi reddet devinctissimos. Ceterum existimo me, adeo in specificis, quæ necdum probaverit usus, admittendis difficilem, adeo in propriis erroribus castigandis facilem, id fidei apud candidiores mereri, ut non, nisi probata experimenta, protulerim quondam.

# \*\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*

# CAPUTVII.

# Nonnulla de Institione Variolarum.

§. I. Duplicis erroris, in mea ad Ill. Tralles Refponfione, correctio. §. II. Variolarum naturalium, bominem fecundo, & letaliter quidem, invadentium exemplum. §. III. Tria exempla fecundarum variolarum, quorum in primo fecundæ prioribus mitiores; in altero, ac tertio, contra. §. IV. Epitome novi operis Ill. Tralles, quo ad meas decem quæftiones, ipfi propofitas, refpondet: eaque occafione Medici teftimonium refertur, qui boc anno ex quatuor inoculatis unum morte amifit; ex duodecim qui naturalibus variolis laborarunt, neminem: quamvis inter bos posteriores effent, quos ab infitione arcendos effe fratuiffet.

§. I. Grave argumentum, quod fententiam meam J de inoculatione variolarum roboret, denuo nactus, & de uno alteroque errore, quem in Responso ad *Cl. Tralles* nuperrime commiserim, convictus, nonnihil hanc quæstionem refricem necesse eft.

Scripfe-

118

=373

Scripferam in Responsi hujus Appendice, filium natu majorem Excell. Comitis, quem naturales variolæ invasissent, periisse. Non periit, sed evasit: dolore tanto sæviore animos utriusque nobiliss. Parentis percellente, quod naturalibus variolis filium natu majorem servaverint, artificialibus amiserint minorem.

Scripferam Florentiæ factam inoculationem fuiffe Nobilis cujusdam legati filio : non filio , fed natu majori filiæ facta eft: quæ ipfa biennio poft cum fratre ac forore, inoculatas variolas patientibus, intrepide converfata, variolas naturales hoc iterum contagio fibi contraxit. Scripferam, fic enim edoctus eram, puellæ natu majoris artificiofas variolas tales fuiffe, ut de earundem cum numero, tum genio, qui operationi præffent Medici, contenti effent. Hæc cum paulo aliter fe habere deprehendo, hiftoriam ex ipfis Patris litteris, ac Medicorum Puellæ teftimoniis, integram dabo.

Doctiff. Medicus Collinius qui nobili puellæ in variolis tam arte, quam natura, genitis semper adfuit; & doctisf. Durazzinius, qui cum priore puellam in variolis naturalibus curavit, hoc casus utriusque testimonium perhibuerunt.

", Ifatella ex feminis natu major, ætatis fuæ anno quinto, gracili ac fani corporis habitu prædita, prima fuit, quæ vere 1761. præmisso consueto purgationis regimine, artificiale contagium per vulnuscula cuti femorum inflicta, intrepide suftulit. Sexto ab institione die calor, & pulsus celeritas ægram invasit, & papulæ circa vulnera eruperunt, maculis mixtæ subrubris, parum, aut nihil elatis; & decimo tertio exiles pustulæ sparsim se protulerunt, quæ tribus diebus maturationis & exarescentiæ stadia percurrerunt. Conspiguam male olentis puris vim ab incissonibus, us-H 4, ", que

29, que ad earundem cicatricem, abundanter ejecit, 29, & quod admodum animadverfione dignum, uri-29, nas albo copiofo fedimento per totum ferme cu-29, rationis decurfum, qui quadraginta, & ultra die-29, rationis decurfum, qui quadraginta, & ultra die-29, bus fe fe extendit, onuftas reddidit. Id genus 29, fuere morbofæ perturbationis figna, quam cor-29, pori generofæ puellæ excitavit variolofi aliquan-29, tulum puris, a *Cl. Paulo* Medico *Lucenfi*, trans-29, miffi ; id ipfum, quod aliquot indubiis variolis 29, *Lucæ* occafionem præbuit.

", Fide doctifimorum bominum freti parentes Ifabel-, le, & fratribus, qui vere, anni 1763. variolis " discretis, eodem artificio excitatis, lecto decumbebant, liberum concefferunt commercium. Sed 99 XVI. Kal. Quint. dum illi convalescebant, ino-, pinato febris illam adoritur, fymptomatibus ftipata, quæ variolas diftinctas regulariter comitan-, tur: & quarto ab invafione die, pustulæ per universum corpus, valde copiosa, proruperunt, nul-23 lum dubitationi locum relinquentes morbi illius-23 " modi ad veras variolas referendum effe, ubi natu-, ralis earundum decursus omnino demonstravit, qui fine ulla nedum faciei deformitate feliciter ceffit.

Quod in testimonio dicitur, fide dostissimorum hominum freti parentes, nonnulla explicatione eget. Doctiff. vir Collinius, quem inoculationi præfuisse memini, dubium Parentibus generosis moverat, num vere haberet puella ab institione variolas? Quamobrem hi virum Doctissimum, erudita, atque utilissima opera clarum, Targionium Tozzetum, qui insttioni quoque adstiterat, nunc denuo ad decimum & quartum ab institione diem advocarent, utpote in inoculationis negotio expertissimum, celebratissimumque. Hic omnibus bene examinatis judicavit pro tenera, ac delicatula puellæ natura, sat variolarum excitatum fuisse; præfertim ubi pustulas duas in labio

bio inferiore, inque poplite aliam, vidisset, quæ variolarum erumpentium naturam optime referrent.

Alter horum doctifimorum virorum fuit in re oculatoria famofus fcriptor Condaminius, ad quem generofus parens detulerat cafum. Refpondit ille "Nul-"lam parentis animum fubire inquietudinem opor-"tere: fiquidem homines omni variolarum unquam "acquirendarum periculo fe fe per inoculationem "liberarent; materia variolofa funditus evacuante "fe incifionum factarum ulceribus." Recte quidem, fecundum fua principia, clarus Condaminius: vel enim veræ variolæ prodierunt, vel non: fi cum optimo Targionio flatueret veras fuiffe, expectare fecundas ille non potuit; fin minus, evacuatione ulcerofa fex feptem feptimanarum, urinisque albo fedimine fœtis, tam nativum, quam infitum virus variolofum, omnino expulfum fuiffe credere debuit.

§. II. Atque hæc de correctione ejus, qui in utraque hac historia referenda a me commissi fuerat. erroris, sufficiant; accepta vel ideo futura lectoribus, quod utramque historiam, potisimumque pofteriorem, multum elucident. Verum publico debeo secundarum variolarum authenticam historiam mecum communicatam, Juvenis Academici, quem in prioribus variolis vidit, tractavit, vir Clariffimus Petrus Emmanuel Hartmann, digniffimus Medicinæ in Univerfitate, quæ Francofurti ad Viadram fulget, Professor. Contigerat hic calus ipfi, dum adhuc in Helmstadiensi Academia effet; in qua is, de quo agitur, Juvenis tunc Musas colebat. Sic ergo ille ad amicum scripfit. " Anno 1761 die 20. Maji, ver-, fus vesperam accessi ad Juris studiofum D. Voelger. "Frisonem, 20. circiter annos natum, habitu cor-» poris mollioris, fanguineique: quem circa quar-, tam a meridie horam a febre continua correptum 3, deprehendi. Nox subsecuta maxime inquieta; HS 32 Ur1-

" urina cruda. Altero die matutinis horis paulo remissior erat febris; post meridiem vero anxietates 99 præcordiorum moleitiflimæ accedebant. Verfus 32 vesperam denuo febris increscebat; nox inquietis-23 fima; urina adhuc cruda; cum continuis præcor-22 diorum angustiis. Tertio die mane Hæmorrhagia narium fatis copiofa fupervenit. Inter hæc fen-33 fim facies, præsertim circa oculos, infigniter intumuit, & versus vesperam maculæ paulo elevatæ, rubicundæ, satis copiosæ in facie, & passim, licet rarius, in universo reliquo etiam corpore, in conspectum prodierunt. Per noctem omnes hæ 99 maculæ in vesiculas abierant lentiformes, & satis 33 elevatas, circuloque rubicundo circumdatas. Re-27 miserunt ita angustiæ præcordiales, & febris; ægrotusque quarto, quinto, fextoque die, fatis be-23 ne se habuit. Sexto die, vespere, nova accessit febris fatis gravis, & puftulæ laudabile pus con-22 traxerunt, distinctæque ubique, si confluxum carum in dextro brachio prope axillam, & in finistra 22 gena, exceperim. Tum ab hoc die nihil fingula-39 , ris phænomeni accidit, fed reliquus harum variolarum decursus cum aliis benignis variolis perfecte 22 convenit. Eo vero loco, in quo utroque confluxus , variolarum fuerat, fatis manifestæ cicatrices su-" perfuerunt."

Studiofus hic deinde Helmstadio Francofurtum ad Viadram appulit, ibidemque haud ita pridem variolas iterato contraxit, quibus decumbentem vidit, & tractavit Exp. & Doctiff. vir Eberti, Physicus Francofurtensis, easque variolas ita malignas doluit, ut nulla arte Juvenem a morte præservare potuerit. Expecto propediem hujus descriptam a claro hoc Phyfico historiam (1).

§. III.

(1) Prænobilis ac Clariffimi Viri Eberti, Confiliarii actualis Wur-

§. III. Magnificus Vir, Tergestinus quondam Medicus, nunc Regii Archiducis Leopoldi Archiatrorum alter, Carolus Krapf, ostendens mihi pulcra sua morborum diaria, simul monstrabat mihi filiæ suæ, binorumque Filiorum, Variolarum Diarium, cujus en compendium !

Anno 1764. Filia ejus, sexennis, cepit 5. Febr. febricitare, & die Febr. 8. variolas habere. Crescebant hæ sensim; & ad diem 12. mensis, qui septimus morbi erat, pure bene turgebant, basi rubra pulche ornata. Septimo eo morbi die a pustulis magis puella doluit. In maximis pustulis apex depressior erat, cum puncto livido, nigrove, in sui medio. Die 8. morbi a maturis jam pustulis dolor intensior.

Egregius pater hoc die, ut & morbi decimo, majores pustulas ita evacuavit, ut nil ultra puris viderentur habere; vidit nihilominus easdem brevi post pure æque plenas.

De-

Wurtenbergenfis, Regiique provincialis & urbani Phyfici Francofurtenfis ad Viadrum, testimonium, quod me propediem expectare fupra innueram, tandem post diuturnas in itinere moras accepi: Teftatur Vir Cl. fe hunc ipfum Juvenem, juris Studiofum, nomine Voelger, five Vulger, annos circiter 23. natum, febricitantem 18. Aprilis 1761. reperisse, cum maculis rubris, cum dolore extremarum partium, ac præfertim Spinæ dorfi, & Lumborum; vidific fe die infequente prorumpentes vario. las, quæ copiofæ, fine rubro circulo depreffæque manferint, tandemque confluxerint : haud citra fpem aliquam tamen. ob fymptomatum tolerabilitatem. Die 23. Menfis fe illum, bene ratione morbi habentem, commifife prudentis Chirurgi cura. cum Rus, ad Virum nobilem vocatus effet; reducem vero poftera die in urbem percepisse se, quod æger post bonam noctem, bonamque auroram, a fubito Variolarum receffu convulfus periiffet. Hæc omnia, & in longum, germanice : finit autem latine Vir Cl. fic: "Sic teftor, & quod omnia fic fe habuerint, " mea subscriptione, & appresso sigillo, iterum testor." Francofurti ad Viadrum 11. Aug. 1764.

Decidua pustula, locus asper & elevatus erat, squammulam deinde dimittens: squammulæ successi rubra macula, quæ non nisi, insequente mense Majo, evanuit.

Cum eadem hac filia, filii ejus bini, Xaverius, ac Leopoldus, variolis laborarunt. Xaverio eruptio cum continuo tremore contigerat.

Die 28. Maji, mane, cepit febricitare filia, & tandem die 1. Junii vespere variolas habere paucas quidem, at vero sensim plures ad usque quintum cum eruptionis, tum mensis diem. Ordine fibi subsequente quoque hæ maturuerunt, & aruerunt, rubra latiore basi pulcre coloratæ. Prima vice tamen numero sextuplo plures affuerant. Junii 8. die in facie, quæ habebat numero circiter triginta pustulas, siccescere ceperunt. Et ut quondam, ita & nunc, deciduis crustis locus asper & elevatus squammam, ac rubram maculam habuit. Unica modo soveam fronti impressam reliquit.

Filius Xaverius ad 14. Junii febricitans, triduo post Variolas accepit, iisdemque copiosioribus, & graviore cum ægritudine, quam hyeme, hinc inde cohærentibus, laboravit. Circa 22. Junii, qui Octavus morbi, suppuratio inchoat, & ordine solito dein turgescentia, flavedo, exsiccatio, lapsus.

Leopoldus autem prope idem tempus alteras variolas passus est. Priores suas similes habuerat iis sororis; has vero alteras longe copiosiores. Plures similes historias, ac præsertim unam binorum cum sua sorore fratrum, quos omnes utroque in morbo viderat curaveratque Diemerbroeckius, attuli, in gallica mea Inoculationis Refutatione.

§. IV. Confirmant hæc omnia quæ toties in variis de hac materie differtationibus, & recens adhuc in Epistola ad Cl. *Tralles*, inoculationis patronis objeci ; scilicet 1°. vanam eam esse securitatem, qua sopire

corum inquietudines fatagant, quibus infitio aut nullas conciliaverit, aut perpaucas variolas. 2do. Nihil calamitofius posse accidere parentibus, quam naturali via servatam sibi prolem videre, artificiali occi-3tio Et post insitas variolas, & post spontalam. neas, homines iisdem impeti secundo contagione naturalium; ut profecto hi, qui naturales variolas pasfi, se se dederint inoculandos, aliosve, qui rite naturalibus perfuncti esfent, inoculaverint, cum Divina Providentia, ut ita dicam, luserint; potuisset enim, quod aliis, idem, aut fibi, aut illis, contingere. 4to Quotquot infitionem subierint, hos æque parum securitatis habere, quam ii, quos adortæ fint naturales variolæ, ne, ut Florentina Puella, utque Juvencula Constantinopolitana, Coconam Timoni, & ut demum alii, quorum memini in Resp. ad Cl. Tralles, ne, inquam, conversantes cum variolosis, casdem denuo fibi contagio contrahant. 5to Etiam id, quod nonnulli afferuerint, qui frequentia experimentorum convicti, & tamen inoculationi dediti funt, effe nempe alteras variolas benigniores prioribus, a veritate alienum effe : fiquidem & Florentina puella, puerique Tergestini, multo copiofiores suas posteriores variolas, quam priores, habuerint; & Juvenis Francofurtensis, & Juvencula Constantinopolitana, aliique complures, nos convicerint, de secundarum variolarum tam malignitate, quam letalitate.

Interim dum præfentis disceptationis naturam intueor, video adeo iniquam ejusdem sortem esse, ut quidquid adversus inoculandi praxim opponitur, vix admittatur, audiaturve; ipsaque tandem sorssitan spectabilissimo exemplo ubique obtineat principatum. Fortunatam eam cunctis mortalibus apprecor; si felix faustaque ipsis contingat, gratulaturus; fin minus, eodem quo ipsi, mærore afficiundus. Nihilominus pergam, quo cepi, pede; ad convitia tranqui-

quillus; ad nova observata communicanda; placeantne, an displiceant, semper promptus. Et quamvis non is fum, qui hominibus propositi tenacioribus mutare sententiam me posse credam, meas egisse me partes arbitrabor, si quæ vera, quæ demonstrata habeo, candidus communicem; quo faltem ii; qui animæquiores inter utramque fluctuant partem, inanem plane haud effe intelligant, quam adversus inoculationem incufferim, formidinem: Quod enim in Difficultatibus meis super Inoculatione dixi, id audacter hic repeto; non posse admitti illam, nisi posito hoc principio, quod in plurimorum falutem de vita pauciorum disponere pro lubitu liceat : quod quident Dei, vitæ mortisque Arbitri, non modo permissu; fed etiam justu, in justo bello, in facinorofis puniendis, &c. licuit mortalibus; neutiquam vero in inoculationis negotio, in quibus ejusmodi juffum, aut permiffio divina non extat, probari hoc titulo posfit. Profecto fi femel ad ea omnia, quæ ad Reipublicæ qualemcumque majorem utilitatem conferre putantur, hoc principium absque Dei Jusiu, aut permissu expresso, adhiberetur, quot inde horrenda non consequerentur ! Pettiferos demum comburerent, ne virus in cæteros propagaretur : duobus enim tribusve, qui primi affecti essent, necatis, centum millia servarentur forte. Et ad quæ non ultra! sed potius manum de tabula.

Et ut tandem quod reseft dicam; quantumcumque Praxis ista prævaleat, suprema etiam autoritate suffulta, ac condecorata, non efficiet unquam id, ut variolæ sive naturales, sive artificiales suerint, eundem hominem non bis seriant: non efficiet, ut ab instivis haud ultra quis trucidetur : ut præsenti mortis discrimini se se non committant moculandi : ut multi inde male non mulctentur : ut paucus non sit eorum numerus, qui cadem de causa, aut sanitatis, aut ve-

กน-

nustatis jacturam, acerbe non lugeant. Quæ enim observata olim, eadem & observabuntur posthac; coque frequentius, quo magis infitio percrebrefcat. Veniet, veniet dies, cum nimiam in eandem propenfionem, ingens animi moeror, integrarumque familiarum luctus a tergo sequatur inconsolabilis : dies. inquam, quo præsens quæstio de integro commoveat, agitetque mortalium mentes, iteratumque, ast priore cum maturius, tum sedatius, poscat examen. Sed his Altiori Providentiæ relictis, quæ res humanas, pro infinita sua, & adoranda sapientia, sic moderatur, ut nihil in ejus gloriam non cedat, mihi monuisse fufficiet, donec prostabunt exempla, quæ nedum suspectam hanc Praxin reddant, sed & hos qui cam exercent, Homicidii; qui candem in fe admittunt, Suicidii; reos agant.

Finis hic erat hujus Partis, & fub prælo jam illa fudabat, cum Vir illustris, BALTHASAR TRAL-LES, ad me mitteret suam Responsionem ad Decem meas de inoculatione quæstiones. Æquum foret ut, qui Replicam dedissem, jam duplicam darem, sed votum obstat Cl. viri pag. 303. serio deprecantis huic controversiæ ultra immisceri. Ipsi igitur obtemperabo. Cum tamen publici intersit ea nosse, quæ præclaro hoc opere habentur, convenientissime ista huic capiti annecti poterunt.

Titulus operis est: Vexatissimum nostra ætate de Institione Variolarum, vel admittenda, vel repudianda, Argumentum, &c. Est divisum duas in partes, quarum prior, eaque longe maxima, ad præsentem Quæstionem; altera ad amicam nos inter litem pertinet. Paginas 304. in majori Octavo habet. Quia lis inter nos peculiaris ad inoculationis negotium non spectat, unice in examinanda priore parte versabor, alteram in proximam opportunitatem refervaturus.

Ho-

Honoratiffimus Autor meis decem quæstionibus tres alias præmittit, quas, ut ait, a me, adeoqué tredecim, expectasset. Prima hæc est : An certo certius quivis homo variolis serius, ocyus, afficiatur? Altera: An Inoculatio illis affricet variolas, qui sine ea ipsas haud passi fuissent? Tertia: An cum pure variolarum institito, & cum ejus vehiculo, immitti in corpus queat somes morbosus alius, contagios?

Primam hanc quæstionem non proposui, utpote ad quam in prioribus operibus fuse respondissem; & quæ nova adderem, in præsentiarum non haberem. Secundam ex eruditissimo *Condaminio* abunde probare potuissem, sed cum plures inoculationis defensores hic cum illo non sentiant, eam non proposui; fat alioquin materiæ ad causam meam tuendam naetus. Tertia problematica est, probabilior utique quam demonstrabilior, adeoque litem minus utiliter extendens. Hinc claro Autori tres suas prodromas quæstiones relinquens, non nisi erga illius ad meas decem responsa versabor.

Quaftiones porro meas omnes fic expendit vit doctiffimus, ut clara primum in luce collocet omnem inoculatorum doctrinam: dein meam ipfis sententiam opponit, sententiamque illorum, quos mecum sentire deprehendit. Id autem sic facit, ut, utrum illis, vel mihi, faveat, dubites; sæpe perspicue cernas; ac potiffimum quidem illis. Haud fic tamen, ut quanam a parte ipse stare malit, evidenter capias : donec demum absolutis quæstionibus mentem suam, a pag. 208. ad 230. dilucide exponat, camque adeo quidem in re inoculatoria retardatam, atque suspenfam, ut, quam apud animum statuisset dilectæ filiæ insitionem, procrastinaturus sit; quemadmodum etiam alii, qui cara fua pignora Trallesio inoculanda commifissent, dilaturi hoc negotium essent. Forte ad hujus propositi prorogationem & illum, & hos, a matana por manu opportanti magis

+oli

magis determinavit Epistola Clarissimi Ludwigii, Decani Fac. Med. Lipf. ad Cl. Tralles, in qua hæc verba: "Hoc anno habui quatuor inoculatos, & duo-"decim ægros naturalibus variolis affectos. Ex "prioribus unum amisi; Ex posterioribus nullum, "licet inter eos effent, quos, ob humorum malam "constitutionem, ab operatione arcendos statue-"ram.

Quandoquidem ergo fe ab inoculiftis remotiorem, Antinoculiftis proximiorem declaravit, haud erit opus in ea, quæ in fingularum quæftionum refponfione, hinc inde vero minus confentanea videri forfitan poffent, animadvertere. Sufficere enim arbitror, fi ambiguus alicubi, fi a mea intentione alienus, eum demum ad finem operis omnem fuftuliffe, aut moderaffe difficultatem. Breve itaque erit meum omne hujus tractatus examen, verfaturum unice circa ea, quæ dubia in illo manent.

Primum proinde advertere cogor virum clariffimum mentem meam affequutum non effe, dum inoculiftarum argumenta de præparandis ad infitionem corporibus adeo longus, adeo fortis, adverfum me urget. Potuerat in Gallica mea *Inoculationis Refutatione* Apologiam dudum vidiffe meam: quam fi vidiffet, non alia profecto mente, quam ipfe fit, me effe intellexiffet. Præparationis neceffitatem atque præftantiam ultro agnovi femper: tantummodo infufficientem candem iæpe ab ipfis inoculatoribus deprehenfam effe, multis probavi experimentis.

Secundo, nec bene intellexit quid voluerim in fexta mea quæstione, quam me fic proponente: Nulline ab Institione moriantur? Vir doctissimus in hanc mutandam esse censuit: Paucioresne ab Inoculatione, quam a naturalis morbi incursu moriantur? Profecto quæstionem, ut hic ille, fic ego proponere nec debui, nec

potui; gnarus apprime quot pueri adultique a Variolis, fine Medico, ægrotent; quot eorum anicularum concilio perdantur; quot homines continuo pereant, tardius advocato Medico; quot etiam cum Medico, cui morem gerere detrectent; quot denique innumeri, qui Medicis destituti, quam usi, feliciores fuissent. Et, si quondam mortuorum & ab infitivis, & a naturalibus, numerum, pene coæquaverim, id non, nifi præstantissimæ tempestivæque curandi Methodi confideratione feci. Ut proinde qualtio, quo putabat Trallesius modo, a me proponi non potuerit, cui mens unice erat id meam thesin probando evincere, quod infitio adeo infons, & inculpata non effet, quam quidem ad eandem commendandam plurimi inoculistarum ubique jactitent. Non diffiteor tamen qu'effionem evidentius meam mentem expressuram fuisse hoc modo : Rarane ab Institione Mortes?

Tertio. Sicco pede transire nequeo, quæ in hac eadem Sexta quæstione examinanda, Vir egregius, a pag. 141. ad 151. adeo sapienter adversus Condaminii problema arithmeticum urget. Obtutu scilicet politico istud problema valere, dum Principi parum intersit quinam percant, modo percant pauciores. Principem itaque posse, si ab inoculatione minores numero percant, problema istud admittere; haud vero privatum quemcumque civem, cui filius haud minus, quam Regi suus, carus sir, & apud quem multum intersit filiusne suus moriatur, an alienus. Ouod responsum vellem ad 7. quæftionem quoque dediffet. Si enim apud quemque privatum hominem multum differat propriusne filius fit, qui moriatur, an alsus fibi ignoti; etiam plurimum intereft eidem prolesne fua, an aliena, in extremam extenuationem ab inoculatione incidat, in perpetuam Claudicationem.

nem, in annofa molestaque ulcera, in incurabiles fere hæmorrhagias, in absceffus horrendos, in Scrophulosam Diathesin, &c. eo quod hæc ad munia quæcumque obcunda, sæpe ad generationem, illos reddant ineptos.

Dum porro fic loquitur clarus auctor de principe, politice hoc negotium confiderante, reor eum in abftracto a Christianismo loqui velle. Novi enim id minime illius esse principium Christiano principi licitum esse populorum suorum incremento sic studere, ut ejus causa quosdam, ceterum forte ætatem victuros, aut immolaret, aut saltem perire sineret. Sed perirent forte, ais, a naturalibus variolis, multoque cum iis plures. Bene ais, forte: quod si contingeret, non humana opera, sed inevitabili forte, seu potius DEI jussu, perirent.

Evidentius fit eam mecum Cl. Tralles mentem fuisse, dum pag. 138. Patrem Haganum, qui inoculatione filium Londini amiserat, comparans cum Patriarcha Abrahamo, qui in Moriam proficisci, & Ifaäcum immolare a DEO juss, domum cum filio rediisfet, bene notat comparationis disparitatem : fiquidem bicce Pater Credentium filium, DEI mandato, immolaturus fuisset; ,, at miser ille Pater, inquit, , nulla vocatione divina accepta, non fine fummo , triftitiæ affectu Hagam, orbus filio suo, iterum , repetiit." Si enim id ita intelligit, ut unicum DEI mandatum turbatam conscientiam pacet si affuerit, si defuerit, neutiquam; statuit quoque Principibus nullum jus in vitam subditorum competere, quam quod ipsi divinæ leges concedant.

Quum ergo hoc fit, quem veneror, auctoris principium, ad plura id adplicare potuisset, omnemque inoculationem ex codem condemnare.

Quarto. Ad quæstionem meam Octavam quæstic I 2 ha-

habet: nunquid non propagent inoculatæ contagium? respondet eximius vir a pag. 161. ad 164. exp. Tyffoto, qui ob insitarum cum paucitatem, tum benignitatem, quodvis fere negaverat contagium : quod cum minime verum effe, & e contrario infitivas sæpe & copiosas & malignas esse, credere cogeretur, cenfuit Gordios inde nodos inoculationi necti; quorum folutionem Tyffoto relinquere, quam ipfe tentare, Argumentum autem Cl. Tralles contra latimavult. tudinem propagationis variolofi contagii, ab illustri Werlbofio statutam, in co quodammodo, ut mihi videtur, deficit, quod ex casibus a se visis, in quibus tot homines contagium contrahere potuisse, nec contraxisse tamen; postmodum vero ex causis, vix explicabilibus, idem contraxisse advertit; ex iis, inquam, cafibus, æque confici poteft, ut illo priore tempore hi homines necdum effent sufcipiendo contagio apti, quam ut tale ferax contagium non detur, quale polucrat Werlhofius.

Quantamcumque autem operam Cl. Tralles, veluti patiens & fedatus inter litigantes judex, navat ad contagionis infamiam ab inoculatione abigendam, minime abegit tamen. Quotquot enim teftimonia coacervat de non aucto ab infitivis contagio; qualecumque exiftimat eruditi Schultzii affertum, quo hic contagium ab inoculatione minui potius, quam augeri flatuit, eo quod Londini, ejusque in confiniis, anno 1719. proximo feilicet ante acceptum apud Anglos infitionem, a variolis mortui fint 3229. homines; & anno 1753. post tantam inoculationum crebritatem, tantummode 774. hæc omnia, fi quid video, non modo id non probant, quod omnes hi clari viri inde probari credunt, fed potius cause inoculatoriæ defperationem.

Etenim fi inoculationi tribuere debeo hanc Schultzii

zii observationem, quam utinam tanti non fecisset Ill. Tralles! cur nondum nota Anglis hac Praxi, Londini anno 1710. mortui sunt a variolis 3138. homines, & anno sequenti 915. duntaxat? Cur anno 1683. variolæ 2096. homines occiderunt, & anno proxime sequenti 156. tantummodo? Utique a causa longe alia, quam ab inoculatione.

Profecto fi Vir expertissimus Schultzius, antequam hæc scripturus effet, confuluisset Londinense Necrologium, in quo patet sub frequentissimis inoculationibus eo anno, qui proxime illum suum beatum annum sequitur, 2393. homines in variolis periisse; in illo vero, qui felicem illum annum proxime præcedit, 3538. utique contagii decrementum ab inoculandi frequentia non derivasset, nec in errorem utcumque duxisset illussem Trallessum.

Fervor fane tuendæ partis arripuit egregium Schultzium pari modo, quo anno 1752. Reverendiffimum Maddox. Epifcopum Vigorniæ. Hic enim quod forte obfervaffet anno 1751. a variolis tantum 998. Londini periiffe, anno vero 1750. recenferi 1229. mortuos, pro fuggestu exclamavit mortuorum a variolis numerum, præ institionum frequentia, una quinta fere parte decrevisse: dum interim ipse ille annus, quo ita peroraverat Episcopus, mortuos a variolis haberet 3538 plures nimirum, quam unquam spatio 67. annorum, quos Londinense Necrologium, ab inoculatoribus nobiscum communicatum, continet, observatum fuisset.

Igitur ipfo Schultzii, Maddoxii, Aliorumque, inito calculo, nos codem jure concludimus augeri inoculando contagium, quo illi id minui. Sed ultra pergendum est. Pace tantorum Virorum dixerim jure longe potiore nos contagii augmentum concludere, quam illos decrementum.

TURNO

13

Ne-

#### 134 NONNULLA DE INSITIONE VARIOLARUM.

Necrologium meum Londinense cum anno 1755. terminatur. Si retrogressus sumam ab anno 1755. annos 22. inoculandi frequentia famosos, invenio a variolis mortuos esse 43975. si sumam deinde annos 22. illos, qui immediate primum Anglicanæ insitionis præcedunt, mortuos inde habeo 36530. duntaxat.

Ergo tempore prodigiofifimarum numero inoculationum periere a variolis 7445. homines numerofiores, quam pari annorum numero, ante inductam infitionem; homines, inquam, plures quam  $\frac{1}{6}$ . Nec incufet forte quis majorem co tempore mortalitatem, qua a cæteris quoque morbis longe plures morerentur, & a quorum malignitate variolæ fierent maligniores: etenim id Necrologium non affirmat: imo anno illo 1752. in quo a variolis periere 3538. non numerantur tot mortui tam a reliquis morbis, quam a variolis, quam anno illo feliciflimo, de quo Reverendiflimus Maddox.

Condonabunt proinde mihi Angli amici nostri, & optimus Schultzius, & integerrimus Tralles, sic argumentanti: Tot mille & mille homines inoculationem Londini subierunt per illos 22. annos, qui, secundum communem sententiam, numerum horum, qui naturali contagio contrahere variolas potuerant, incredibiliter minuere debuerunt. Atqui numerus eorum, qui variolis perierunt, non decrevit, sed increvit. Ergo, vel contagium naturalium variolarum notabiliter augetur inoculando: vel, plurimos eorum, qui inoculationem jam passi funt, variolæ fecundæ aggrediuntur, & necant: vel, inoculatorum est multa strages: vel omnia fimul.

Datis tandem ad decem meas quæftiones responsis, Vir clariffimus omnia resumit, mentemque exponit fic suam, ut metuat ne æque suis Amicis inoculistis, quam

## NONNULLA DE INSITIONE VARIOLARUM. 135

quam mihi, displiceat. Quid de hoc suo metu cenfeam, proferam ingenue, ubi quid ille de methodo inoculandi cogitet, paucis retulero. Frimo concedit ea vere se habere sic, quemadmodum ego proposueram. Deinde ex enormi discrepantia tum variorum infitionis Corryphæorum inter sefe, tum fingulorum a se ipsis, conficit id, ut longe plus periculi infitivæ variolæ involvant, quam vulgo aut afferitur, aut scribitur. Tertio recenset præcepta magnorum in arte inoculatoria virorum de non inoculandis infantibus infra quinquennium, nec adolescentibus intra 14. & 17. ætatis annum, raroque post annum 25. Affert multorum leges, juxta quas oportet eximi Athleticos, Plethoricos, Temperie calidos, biliofos; maxime vino fi fint aromatibusque dediti. Juxta easdem vetari inoculationem hyerne & æstate. Esse quoque eximendos pueros nervofos, valdeque irritabiles; cum maxume autem verminofos, quos jubent verme liberare prius: id quam difficulter sæpe efficiamus, versatissimus ille practicus ultro agnoscit. Itidem non Rachiticos; nullos tempore Morborum epidemicorum, ut febris inflammatoriæ, putridæ, &c. Nullos præterea Afthmaticos, nullos Phthificos, nullos Hecticos; non Febre lenta laborantes, non ubi Ulcera interna, ubi Obstructiones glandularum, seu scrophuli, ubi Obstructiones viscerum post febres intermittentes, ubi scorbutus, scabies, surunculi, coryza, dolor quiscumque, mensium suppressio, menses irregulares, chlorofis, cachexia, icterica dispositio, graviditas, puerperium, mobilitas nervola, lues venerea, sive in parentibus præsens, sive ab iisdem transmissa in proles; non illos qui eadem de causa magnam vim mercurii in corpore habent; non vini, ejusque spirituum amatores; non omnino tem-RUL

14

pore

#### 136 NONNULLA DE INSITIONE VARIOLARUMA

pore epidemiæ variolofæ; quamvis ejusmodi epidemia quandoque 15. 20. annis perfeveret.

Ex his omnibus demum spectatissimus auctor concludit ipfa præcepta clarorum in ea methodo virorum ad insitionem dimidiam, tertiam, quartam, dixerim potius centessimam, mortalium non admittere partem.

Liceat mihi hifce obfervationibus hanc unam addere! Si ab inoculationis promotoribus omnibus plurimam mortalium partem ab hac operatione arcere jubemur, aderunt perpetuo homines plurimi variolis contrahendis obnoxii, contagium perpetuantes, spemque nobis, quam multi adeo faciles dederant, abigentes, fore, ut variolæ demum ceffent affligere genus humanum; fore ctiam ut inoculati ab alluente contagio naturali male non habeant nec pereant. Quid fi præterea inoculati contagium augeant? Abfensque illud præsens fistant? An igitur tantopere mirabimur publicos populorum clamores fupremum ad examen commovisse Magistratum? Et an dignum non foret principibus opus, tentamen Cl. Lugd. Professoris Rast ad minuendum contagium examinare? Sed ad rem.

His ita candide recenfitis Cl. Tralles, ut fupra monui, utrinque fibi metuere cepit, & in hæc ad me verba tandem erumpit: "confido ea propter te in "veritate invenienda meam in bivio ftantis Chriftia-"nam intentionem, & animi candorem, calculo "tuo dignaturum fore porro. Forte autem mihi ea "nunc contingit infelicitas, ut tot inoculationis "amici, Viri eximii, quibus non minus, quam tibi, exiftimationem & venerationem debeo, & "exfolvo, te me haud idoneum controverfiæ arbi-"trum felegiffe affirment, caufam fuam fortioribus "armis tuituri; tu vero in omnibus valorem tua-"rum

## NONNULLA DE INSITIONE VARIOLARUM. 137:

", rum affertionum me non affecutum effe quæra-

Quid amantifimi antagonistæ mei amici inoculatores ad hæc dicturi fint, facile mecum augurari poteft. Erunt quippe inter illos, ut fit in rebus humanis, qui animo præoccupati, vix examinaturi ejus argumenta fint, cumque condemnaturi; quos, opinor, non morabitur. Erunt vero complures qui clari Viri vestigia prementes, in codem, cum illo, bivio se collocabunt, ancipites plane utrum inoculationem ultra seguantur blandientem, an vero horrificam fugiant. Hæc de illis. Quid vero ego, id præscire certus potuit. Quid enim nisi summis efferre laudibus Virum debui, qui quo verum intimius atque expeditius contueretur, ad tempus totam veluti relinquit, cui adhæserat, partem; ut quidquid ornaret vituperaretque candem, liberius contemplaretur? Exemplo profecto haud minus imitando, quam admirando, & mihi, & omnibus, qui ex officio in litigiosis versantur, fuit, quo discat quisque, quem non damnabile studium partium, non honores caduci, sed DEI honos, Veritas, ac Reipublicæ falus, unice tenent, qui in hisce se gerat oportet. Sicubi asperiusculum forte quidquam ipfi invito elapfum sit, codem animo, quo ille mihi, ego ipfi condono. Quod vero hinc inde me, in mea Sparta ornanda, nonnihil aut minus recte intellexisse, aut repositisse, blande insinuet, est sane ob quod immensas ipsi debeam grates. Errare humanum est; nolle corrigi diabolicum. Qui id mihi oftenderit Trallesius, vel ob id unicum, si non ob alias causas bene multas, dignissimus profecto est, quem veneratione eximia, quem amore fraterno, quem amicitia colam perenni.

Nihil ca moror, quæ a pag. 232. ad 241. Vir pe-

## 138 NONNULLA DE INSITIONE VARIOLARUM.

perilluftris habet de incertudine multarum in Medicina rerum; cum in hoc argumento pertractando alterum & quartum hujus operis caput impenderim. Suos habet ars limites nostra; quos ultra citraque tendere nefas. Neque propterea ars nulla habenda eft, sed præclara potius & saluberrima; arctioribus tamen, quam vulgus Medentium credit, circumscripta cancellis. Non aliam eam Tyronibus trado. Porro quod in eadem sæpe acriter circa res graves disceptetur, id co minus Trallesso miror, quo humanarum rerum conditionem attentius contemplor. Cur rarius in arte nostra, quam in illa facratiore, Sei nai aspéreis in upir eivai, iva oi Sonspos paveçoi giravlas in ouiv? Aut ignavus eft, aut Epicuri de grege porcus, aut suis commodis tantummodo, non Reipublicæ natus, qui arti, quam profitetur, tuendæ devinctus, nihilo secius studio famæ, commodi, emolumenti, vitæque tranquillæ, Naturæ suffocat ac veri vocem (1).

(1) Vir Doctiffimus, & maxime egregius Medicus Du Moncby, Inoculationis patronus, haud ita pridem inoculavit Roterodami duos filios Domini Anderson, quorum alter faniffimus, alter minus fanus. Interim hic, minus fanus scilicet, a paucis variolis convaluit, ille ab iisdem confluentibus periit. Paulo ante, eadem in urbe, puella inoculata a convultione mortua est. Amstelædami Matrona, quæ, quod inoculata esset, Matito variolas patienti intrepide intervierat, nunc iisdem veris & legitimis decumbit, fere curata.

-151010 IRSUS . ON LOAD STORE INC. . RUCH

La serie e Jiles ...

Bass moup F

## ANTONII DE HAEN

Confiliarii Aulici, ac Medicince Practice, in Alma ac Antiquissima Universitate Vindobonensi, Professoris Primarii,

## PARS DECIMA


# RATIONIS MEDENDI

IN

NOSOCOMIO PRACTICO VINDOBONENSI.



LUGDUNI BATAVORUM, Apud PETRUM VAN DER EYK, MDCCLXVL



# ELENCHUS CAPITUM.

CAPUT VII.

De Colica Pictonum. Pag. 143

CAPUT VIII,

Pathologica Priorum Anacephalceofis. 178

CAPUT IX.

De Tetano.

195

## CAPUT X.

Differtatio de Tetano, ejusque Speciebus, nec non de Curandi eum Methodo a Primis Medicinæ Sæculis, in nostra usque Tempora observata. 203

## CAPUT XI.


De Febre Miliari, ac Petechiali. 232

CAPUT XII.

Varia:

263

RA-



ちょくかちょくかちょくかちょくかちょくかちょく

# RATIO MEDENDI IN NOSOCOMIO PRACTICO

## VINDOBONENSI.

\*

## CAPUT VII.

## De Colica Pictonum.

§. I. Colica Pictonum, a plumbo, in septimo Paroxysme Paralyfin inchoans, in nono adaugens; que Pa alyfis curata post bunc nonum Paroxysmum, non rediii in decimo, qui letalis fuit. Admonitio diagnostica, & semeiotica, de morborum ex sede tumoris & doloris determinatione. Adest in Colica hac vera Tympania, sed citra ventris tumorem; & cur? Aliena Splenis sedes. Pathognomicæ morbi Intestini Coli arctationes, & amplificationes stupendæ; etiam Rectum Intestinum, in medio vehementer exarctatum, Clepsydræ figuram . refert. Ilium Intestinum prope Cœcum lumbo firmisime adnatum. Inflammatio Ventriculi, non tamen penetrans. Pia Mater aneurysmatica, & varicofa. §. II. Alia Colica Saturnina, cujus insultus primus levis, alter post annum gravior, cum Paralysi quidem inchoante, sed cum morbo quoque curata. Semianno post tertius Paroxysmus, gravi cum Paralysi, curate

rata in Nosocomio trium mensium spatio. Quartus post tres menses a plumbo renovatus gravissimus, sine Paralysi, convulsivus, letalis. Observationes de situ viscerum, ut S. I. Problema circa colorem flavum in Ileo intestino, finistro in latere, inventum. Coli aretationes portentose. De causa anxietatis & doloris Præcordiorum in hoc morbo. Dantur Coli arctationes (uperabiles, & insuperabiles. Ventriculus ingens. Pancreas enorme. Hepar intra Costas penitus reconditum. Lien alieno in loco. Liquor sub P. M. Rubra Pericardii vasa. Cor perfecte vacuum utrumque, licet in Pulmone inflammato plurimus sanguis effet. Pleura facile lacerabilis, inflammata tota. S. III. Colica Pictonum, forsitan etiam saturnina, crebro, brevi, levi insultu biennio priore; altero biennio crebriore, ac graviore, tandem gravissimo, post curam fallacem cito necans. De dubiis circa certam mortem, & quid in. bisce agendum. Coli degeneratio stupenda. Mirabile Duodeni Antrum. In boc morbo Abdominis altitudo augetur, Thoracis minuitur. Caufa subitaneæ mortis. Vacuum Cor utromque. §. IV. Colica a plumbo, cum - valido, frequenti, diuturno singultu. Gangrænæ in ea metus Cortice Peruv. pulsus. Curatio. S. V. Co-- lica Pictonum a causa minus perspicua, curata. G. VI. Colica Saturnina, cujus Paralyfis curata iu Nofocomio. 6. VII. Colica forte saturnina, una cum Nephritide - calculofa, & diuturna Paralyfi, cum mirabili paralyticarum partium Degeneratione. Curatio. Num tamen in boc homine causa proegumena perseveret ? §. VIII. - Colica Pictonum incertæ originis, cujus superstes Para--lysis curata Remediis, Electricitate, Balneo Badensi. S. IX. Colica faturnina hominem occupans, cujus Paralyfis in Nofocomio curata.

Schuigana

Sec. 2

as then I aralyse, cu+

ATE TOMPETATION I MATCHE S. L.

145

S. I. Opportunitatem Colicæ, quam Pictonum vocant, contemplandæ, multam quondam nactus edidi anno 1745. de ca Dissertationem, & Rat. Med. Tomo I. Cap. 24. super ejusdem cum natura, tum cura, disserui: at vero hoc academico, quem, DEO dante, absolvimus, anno, complures ab hoc morbo ægros in Nosocomio, & alibi, nactus, prætereaque locupleti observatione anatomica in hac ipsa materia dives, nequeo quin orsum jam bis filum, bisque abruptum, tertio retexam; minime super mirabili morbo philosophaturus, dictaque sepius recocturus, sed simplices observationes, quas tum vivi, sive reconvalescentes, sive vi morbi extincti, tum postremorum cadavera docuerint, enarraturus.

Pictor L. B. annos natus 44. die 12. Decemb. 1764. Nofocomium nottrum illatus, hanc nobis Anamnefin dabat. Multa Ceruffa ad Artem fuam uti folitus erat, nec pauca Cobalti copia, ad peculiare, Carpenta vernice pellucidiffimo, incruftandi, artificium.

Sanus olim, primum Colicæ Pictonum infultum, elapío abhinc feptennio, perpeffus eft, codemque anno relapíus fexics, fexics reftitutus; nulla Paralyfi, nullis unquam pravis fymptomatibus morbo aut junctis, aut fubfequutis. In fingulo Paroxysmo confueta fymptomata paffus crat; alvum duram, pertinacem, fcybalis parvis compactis rotundis demum prodeuntem, enormes Ventris, Lumborumque cruciatus, Naufeas frequentes Vomitus crebros, Anxietates, Noctes infomnes.

Libertatem a relapíu per integrum Sexennium conciliavit purgans, ad levisfima quæque mali indicia assumptum.

Anno 1764 Martio Menfe, septimum in Paroxysmum incidit, violentum quidem eum, & quinque septimanas durantem, cum Paralysi digiti mi-K 2 nimi,

nimi, annularisque, utriusque manus, & nonnullo post morbum superstite languore.

Æstate, cum sub Jove æstuante tota die pinxis. set, vesperi se in lectum lassus conjecit, nocte vero ob vehemens tonitru lecto exfiliens, frigore se diu ad fenestram exposuit, dein obdormivit iterum; ex fomno vero expergefactus, intolerabilem percepit utraque pedis in planta ardorem, unaque Octavum Colicæ suæ Paroxysmum, Hoc soluto brevi, ardor molestissimus pedum perseveravit integro X. septimanarum spatio, a Thermis Badensibus longe moleftior. Tandem calido Danubii balneo usus, lapsus in febrem est, venamque febris initio, nec non ejus die sexto sectus, in nonum tandem, crudelissimumque insultum incidit, una cum Convulsionibus quidem, citra Ischuriam autem, vel Dysuriam. Contigit id circa 28. Nov. Novus advocatus Medicus propinavit emeticum, a quo mox ingens Convulfio oborta est, atque debilitas ejusmodi, ut ne jam jam exspiraret, cuncti adstantes metuerent. Paralysis co usque accessit, ut brachia Epigastrio altiora attollere non posset. Die autem 5. aut 6. Decembris solertiffimus Medicus accessit, qui hominem diuturna ægritudine egenum, adeoque ad sumptus morbi ultra ferendos ineptum, inveniens, confilium dedit, ut ventrem cataplasmate foveret, granum unum alterumque Aloës mane ac fero fumeret, Butyri autem recentis infulfi, mane & vespere, partem libræ octavam cum pane comederet.

Quo equidem confilio incredibile quantum juvaretur æger! Ter enim, quaterve, alvus alias pertinax inde mota est, sedata sunt tormina, perditusque fere brachiorum motus utcunque emendatus. Sie 12. Dec. illatus in Nosocomium meum est.

Vix inibi receptus vomuit, vacillantibus cruribus aliquot paffus conficere potuit, manus vero, carpo fuo

#### COLICA PICTONUM. DE

suo pendulas utrasque, neutiquam attollere. Alvum posuit Ovium aut Caprarum stercori similem. Adfuit ingens utriusque manus in dorfo tuberculum, durumque idem, & immobile,

A die 12. Dec. 1764. ad 28. Martii 1765. Nofocomii incola, Butyrum edere continuavit, nec aliis medicamentis fere ullis usus est, ut quantum inde proficisceretur in fanitatem constaret. Tantum vagos dolores in ventre, flatusque molestos, appetitum prostratum, Enemata oleosa, Rutæ infusum cum Elix. pp. compescuerunt. Hisce cum auxiliis morigera femper alvus, non raro quidem naturalis erat, fæpius vero compactos referebat globulos. Contigit frequenter hoc tempore, ut quibus olim symptomatibus affuturas convultiones præsenserat, eadem experiretur; Linguæ gravitatem, balbutiem, vertiginem, cephalæam, febrim; in convulsiones tamen proruperit nunquam.

Quinque septimanarum spatio hominem hoc modo tractavi, rationibus postmodum exponendis permotus. Verum cum emendatio inconstans esset, continuoque symptomata repeterent, illum denique 15. Jan. cum aliis, quos morbus detinebat idem, ad Machinam Electricam admovere cepi. Cum illis catena junctus, suftinuit vim ejusdem simplicem, fic, ut paucos primum, sensimque augendo, 50. ictus belle fustineret : interrupte tamen ; fiquidem sæpius renascente Vertigine, Cephalæa, aut Febricula, removendus a Machina fuerit. Sic demum rediit pedetentim manuum motus : ut multum fe delineando, pingendoque, exerceret; auram liberiorem, unam alteramve horam ambulando, caperet; & reflitutus tandem omnibus propemodum functionibus, domum suam die 28. Martii repeteret.

Intrat die Aprilis 8. uxor, nunciatura fanum quidem Maritum ex Nofecomio domum rediiffe, sed K 3

poit-

#### B DE COLICA PICTONUM,

postquam altera die vehementi ira excanduisset, ge-Indamque copiose hausisset, unaque, ut suspicabatur, vinum, lecto demum assigi, jamque convelli adeo vehementer, ut sanguis ore persueret: Unde enixe rogat, illum Nosocomio reciperemus. Recipitur, convulsione eodem die cessante, nauseabat, leviore febre detinebatur, abdomine dolebat, de recuperato vero artuum motu perdiderat nihil.

Mox igitur oleofis Enematibus immiffis, fcybala antiqua depofuit, vomuitque pluries. Enemate confimili crebrius iterato, admotis ventri univerfo Cataplaímatibus, affumptis Oleofis internis, Emulfis, Paregoricis, levioribusque Neuroticis, fedabantur utcunque fymptomata; at vero ex tendinum fubfultu Convultiones præ foribus adítare monuit. Acceffit Amaurofis perfecta, tum & Ifchuria vera, quam Cathetere, ad duas libras urinæ educendo, folvimus. Dormientem videbamus leniter convelli, femifopitum delirare, febricitareque; bis autem terve mori vifus, toties ad fe redibat, Amaurofin perpetuo conqueftus: tandem Aprilis 11, ad fextam in aurora horam exfpiravit.

Thermometrum Fahrenrheitianum bis die admotum illi, quantocunque tempore in Nofocomio fuit, aut naturalem 96. graduum calorem notavit, aut uno alterove duntaxat gradu majorem. Mortuo vero eidem actutum adplicatum, notavit primis V. minutis gradum 96. idemque & altero, & tertio, & quarto V. minutorum fpatio; fic ut per  $\frac{1}{3}$ . horæ partem calor naturalis defignaretur. Quinto autem fpatio V. minutorum gradus 97. notabantur: fexto 94<sup>1</sup>/<sub>3</sub>. gradus, & feptimo 93. Conferri poffunt cum hac obfervatione, quæ circa mortuorum calorem pluribus hujus Operis locis communicavi.

§. II. Cum homo convulsus mortuus effet, Legem cadavera ante binos dies, a morte expletos, ape-

aperire vetantem, observare debui, adeoque tune demum aperui. Confulenda hic Tab. I.

Solo Abdomine pro more incifo, ejusdem Viscera in situ contemplabamur, & Hippocratem Hepar in Thorace locantem, ut sapius, ita iterum hic, omnino justificabamus. Plano quippe ad infima Costarum omnium elevato, Hepar intra Thoracem delituit universum, excepta portione Lobi minoris, Ventriculum in finistro Hypochondrio obvelantis, Costarumque sinistrarum arcum præter propter contingentis.

Porro in hoc homine, quamdiu viscera sua in hoc fitu geslit, si quopiam Jecoris vitio dextro in latere laboraffet, nunquam id externus docuisset contactus. Præterea, fi finistro suo lobo intumuisset Jecur, an non facile pro co aut Splenem, aut Pancreas, aut ipfum acculaffemus Ventriculum?

Oggeret forte quis durum Ventriculi tumorem maniteltum fieri, co quod ille ab Ingestis fiat verfus anteriora protuberantior, vomituque facto concidat ; hincque faltem Ventriculum primario affici evidens effe.

Sed huic repono 1<sup>mo</sup> Ventriculum vario fæpe spatio locari, nunc in latere finistro mox sub Diaphragmate, alio in corpore magis in medio, aliquando æque dextro, quam sinistro in latere; vel sæpe detrusum sub latiore Hepate, cum elongato deorsum verfus Oclophago, fic ut intra Umbilicum & Hepar emineat, quemadmodum pluries præcedentibus demonstrationibus patuit. In aliis cadaveribus Ventriculus ore finistro attingebat quidem Diaphragma, verum fic a Colo, & Hepate, deorfum premebatur, ut orificio suo dextro vel perpendiculariter, vel oblique, versus umbilicum inveniretur. Simile quid tertium cadaver nos iterum docebit. Vel fic, ut Ventriculus ingens totam Epigastrii latitudinem explens, poit

K 4

post tympaniticum Colon abscondatur totus, posterioraque versus compressus nulla sui parte externo pateat contactui. 2<sup>do</sup> Cadavera pluries docent Ventriculum innocuum mox a repletione, imo sub ipsa repletione, vel ideo vomendo se exonerare debuisse, quod aut turgidus Splen, aut tumesactum Hepar, aut monstrosum Pancreas, aut protuberans tumore omentum, aut assurgentes ex Mesenterio tumores, aut caput magnitudine æquans Ren, Columve tympaniticum, quameunque impediret Ventriculi expansionem. Unde liquet ex set tumoris, & doloris, ægerrime sæpe determinari posse, quodnam Viscus primario affectum sit.

Notandum tamen est Jecinoris molem naturaliter in nonnullis aut multum, parum, aut nihil infra costarum eminere margines; in aliis vero, ut in hoc, sequentibusque cadaveribus, præternaturaliter, ac morbose, tam alte delitescere.

Notandum & aliud in hoc & fequentibus cadaveribus. Tympaniam refert Colon hic præprimis, referunt aliquantum & tenuia inteftina. Porro inteflina tympanitica amplitudinem æque quam altitudinem Abdominus expandendo, fibi fpatium conciliant, ventresque formant monftrofos. In his vero, quos Colica Pictonum fuftulit, Tympanites vel ideo ventrem non expandit, co quod fymptomate pathognomico venter fic contrahatur, ut, ceu planus asier, contingat fere prominentem Vertebrarum fpinam, referatque perpetuantem in hoc morbo Tetanum. Data itaque Tympanias caula, Hepar, Splen, Pancreas, Ventriculus, Diaphragma, in altum ferantur, neceffe eft.

Hepar hujus hominis valde latum, fic majorem, minoremve lobum unitum inter fe habuit, ut citra vel minimum concretionis vestigium, unicus modo lobus esse videretur: plaga autem albida hic medium,

ibi

ibi integrum digitum lata, zonæ inftar, universum viscus a dextra parte in lævam cingebat.

Vesica fellis viciniam suam nihil omnino, transsudando, tinxerat, ut bilem slavam deesse suspicarer. Et sane educta ex vesicula rubellam nobis ad candelæ lucem referebat saniem. Sed candela sefellerat, ut postera luce color vere aurantius demonstrabat.

Splen fanus, parvus, infra Coftarum margines non prominulus, post Ventriculum ad dorfum adpressus erat. Frustra eum quis loco folito quæssivisset. Cum id toties visum, & in sequentibus adhuc observabitur, intelligimus Hepatitidem aliquando dari, in qua, in consueto splenis domicilio perceptus dolor, materiæ morbificæ coctionem, & excretionem, neutiquam designaret. Vid. Boerbaave Aphor. §. 923. n. 3.

Colon nunc describendum ; quod prius quam enarrata Hypochondriorum viscera perlustraremus, in fitu, nequid turbaretur, examinavimus. Saccus Caci, crista osfis ilei quatuor digitis latis altior, omnino naturalis crat. Colou inde adfeendebat inter Hepar & costarum arcum ad altitudinem fere octavæ costæ : flexum inde, oblique deorsum descendebat, secundum crepidinem Jecoris, adscendebatque iterum sub Ventriculo sursum ultra costam nonam fic, ut suum lienarem dictum flexum perficeret eo in spatio, quod inter Diaphragma, Costas, Lienem, ac Ventriculum, intereffet. Descenturum autem inde versus lleum finistrum, medio fere itinere, ex amplo angustum admodum, & tuberosum fiebat, mox vero ex lleo finistro prodeuns in amplum valde faccum digiti longitudinis dilatabatur, moxque iterum coardabatur fimili fere longitudine, ac tandem abibat in Rectum; quod ipsum Rectum intestinum in media sui parte sic contrahebatur, ac fi filo constrictum effet.

Kr

Erant

IST

Erant autem omnes hi loci coarctati vehementer crassi, & indurati.

Confiderato hac ratione Colo toto, facile colligimus dolorem colicum communem mentiri Hepatitidem potuisse, mentiri Splenitidem, Pleuritidemve, si ex solo loco affecto quis judicaret: Diagnosis igitur horum non formanda morborum est, nusi consultis prius singulorum symptomatis.

In inteftino Ileo plagæ multæ inflammatæ, imo hinc inde fere gangrænofæ: quo vero loco in Cœcum intraturum erat, concreverat digiti longitudine, una cum fuo Mefenterio, hinc, & inde, ad Peritonæum in lumbo, ope fortiffimæ membranæ. An non hinc actionis Inteftini infigne impedimentum? Et an non intelligitur inde caula doloris, quem in eadem plaga fæpe conqueftus erat, & ob quem fe frequenter in id latus incurvabat?

Ventriculus magnus, fex Libras medicas continens, parte dextra rugas villofæ tunicæ exhibens maximas, multas, folidasque: pone pylorum autem in villofa tunica inflammatio lata confpiciebatur, aliaque inflammatio amplior veríus ejusdem lateris fundum. In tunica vero Ventriculi extima inflammatio dira, jam fufcopurpurca, correspondens exacte cum inflammatis tunicæ villosæ plagis. Concludebamus primo Ventriculum inflammatione, in Gangrænam abeunte, in tota fua fubstantia laborare: derafa tamen prudenter tunica interna vehementer nos errasfle omnes intelligebamus; nam minime inflammata, fed vere alba apparuit tunc tunica Vafculofa.

Cor parvi hominis magnum, utroque in thalamo æqualem circiter fanguinis, ejusque grumofi, copiam gerens. Cor dextrum flaccidius, nec in parictibus craffius; finistrum vero solito longe & durius, & craffius.

Pul-

Pulmones boni, excepto lobo dextro superiore, qui duritiei scirrhosæ fuit; non connati cum pleura, nisi leviter in dorso.

Cranium craffiffimum. Dura Mater bona. Pia Mater aneuryimatica & varicofa tota; magis tamen in finistro, quam in dextro Hemisphærio. Sinus superiores admodum parum Lymphæ gerebant. Plexus choroidæi crassi, longique; pallidi vero toti.

Tubera, quæ hoc hominum genus gerere in dorfo manus folent, eaque mobilia vel immobilia, in hoc homine fuerant femper immobilia: nec mirum: non enim illa in tendinum Vagina, ut fæpe, fed in offis Metacarpi fecundi & tertii capitibus fedem habebant.

In morbi Paroxyfmo ultimo Naufeæ aderant, Vomitus, Abdominis dolør, Febricula, Sanguinis feu sputum, seu screatus, & Capitis dolor, qui, ut ipsi a septimo Paroxysmo frequens, in hoc ultimo perquam molestus suit. In omnibus Paroxysmis Vomitu vexatus est. In Paroxysmo octavo primum convelli cepit; forte a præpostero dato Emetico. In Paroxysmo septimo levis duorum digitorum Paralysis adfuit; gravis in nono, sed medicabilis; nulla in Paroxysmo ultimo. In ipsoque hoc ultimo vera Ischuria, & Amauross perpetua. In omnibus autem Paroxysmis, imo & lucidis in intervallis, alvo emista funt compacta rotunda parva scybala.

§. 11. L. W. quadragenarius, 20. Nov. 1764. in Nosocomium est inductus. Febri acuta ante octennium; Febre tertiana novem mensium, sponte demum fatiscente, ante decennium laboraverat. Tinctoria arte olim, ab annis autem 12. sirciter cerussami n pollinem, pictorum in usum, terendo, victum sibi comparaverat, Nullis in Diæta excessibus

bus fibi nocuit, perpetuoque alvo bona gravifus est. Biennio abhine elapso anxietatem præcordiorum experiri cepit, idque cum maxime sub osse sterni, alvum tardiorem, ventris, lumborumque dolorem: hæc tamen omnia, venæsectiones & Purgantia intra octiduum sugarunt.

Integra posthac fanitate annum gavisus, secundo incidit in morbum eundem, sed multum per omnia graviorem: insultûs quippe prioris symptomatibus nunc euns redeunsque lichuria, ac brachiorum inchoans paralysis, se junxerunt; cessante autem paroxysmo, finistrum genu immensam excrevit in molem. Paucis tamen assumentis medicamentis, & creta Coloniensi in charta cerulea ad genu admota, eoncidit genu, & rediit fanitas, expletis octo septimanis.

Incunte Septembri morbus ipfum tertio quidem prehendit, fed pedetentim, ita ut laborem fuum utcumque adhuc profequi poffet, cum gravi præcordiorum, eaque fub fterno potiflimum, anxietate. Alvus tandem penttus dies complures claufa, purgantibus, emeticis, clyfteribus, fruftra a Balneatore follicitabatur. Acceffit dolor, a comeftu auctus, pone umbilicum, cum in modum Inteftina comprimens, ac fi inter duo veluti proela premerentur, venterque non modo non prominulus, ut antea, fed planus, durus, introrfumque retractus videretur.

Ab hoc tertio morbi infultu Paralyfis fe manifestavit impedito digitorum motu, impedita manuum extensione, impedita brachiorum, humerorumque, elevatione. Thermis Badensibus, ut æger prior, ita & hic usus est incassum. Utriusque manus dorso tuberculum crassum inhæret, immobile, duritie osfeum, in dextra rotundius, planius autem & angulosius in finistra. Humerorum ac brachiorum inte-

gu-

gumenta, & musculi flaccescunt. Pedibus infistens, toto corpore tremit.

Huic homini mox ictus electricos quinque adplicui, augendo fenfim primo ad 50. tandem ad 100. ictus, in Corona multorum ad machinam affidenti. Frictio partium paralyticarum, totiusque Spinæ dorfi, pannis lancis fumo Mastiches, Olibani, & Baccarum Junip. penetratis, bis die, toto, quo nobis affuit, tempore, instituta est; idque, ut verbo moncam, religiofifime observatum fuit in omnibus. qui hocce morbo apud nos decubuerunt. Medicamenta autem interna fuêre hæc : R. Sap. Ven. Gum. amm. Mass. pil. Ruffi, Terræ fol. tart. à dr. j. Thereb. q. s. M. f. pil. gr. IV. fumfit quovis trihorio illarum duas, cum aqua primum, dein cum infuso Abrotani, tandem cum Uncia hujus Mifturæ. R. Spir. C. C. fuccinati dr. ij. Ol. Still. Succini, Menthæ, Lavendulæ, cum facchari albi dr. iij. in Elæofaccharum redacti à gtt. iij. Syrup. Enulæ Camp. unc. j. Spir. Menthæ unc. B. Aquæ still. Rorism. 15. j. Intereaque temporis Veficans latum impositum Nuchæ est aliquoties. Bisque in septimana unc. V. Aq. Lax. Vienn. datæ.

Tandem 12. Jan. uti cepit hoc Vino medicato: R. Limaturæ Martis non rubig. unc. j. Cort. Magell. & Cinam. à dr. ij. Corticis Peruviani unc. j. Pulvis grofius spatio 24. horarum digeratur calide cum libris iij. vini austriaci albi, in phiala alta chemica. Hujus vini primo sumsit omni trihorio unciam mediam, deinde integram.

Manifesta jam fiebat Paralyseos emendatio; longe manifestior autem, postquam tertia usus hujus vini medicati septimana sebre 12. horarum, cum diuturniore frigore interno, externorumque calore, correptus esset.

Cœterum toto tempore, quo in Nosocomio fuit,

calor mane, ac vespere semper thermometro exploratus, raro naturalis suit, sed sæpe gradibus binis, nec raro tribus, aut quatuor, calorem naturalem superavit.

Die 28. Martii gratia nobis acta, Artem tinctoriam refumfit, camque exercuit inculpate, quamdiu a plumbi tritura religiofe abstineret; vix vero se eidem addicebat, quin recrudescerent dolores colici, stercora caprarum similia laboriose redderentur, humerique cum brachiis hebescere inciperent. Uxor autem, quæ in terendo plumbo ipsi ab aliquot retro septimanis auxilio suerat, idem cum illo malum conqueri cepit. Historia uxoris suo ordine enarrabitur.

Contingebant porro hæc Junio mense. Utrisque dabatur largum infusum Fol. Sennæ cum Manna. Probe autem inde purgatis pilulæ utrisque dabantur eæ, quibus maritus olim diu usus fuit.

Tandem 10. Julii, qua hora undique advolantes pauperes juvare foleo, homo hic Nofocomium ingreffus, interea, dum fuam vicem expectat, cadit. totoque corpore convellitur, facie maxime, & pectore; cum spuma non tenaci ex ore proflua. Lecto mox impositum examinantes, deprehendimus pulfum celerem, ac ventrem durum valde, & introtractum. Ceffante convultione potus laxans, encmata, epithemata, neurotica, paregorica, oleofa, alvum probe folverunt, & cum eadem ceraforum, quos devoraverat, nucleos; vena brachii secta vehementem febrem moderata eft, convulsionesque fregit, ita ut per aliquot dies spe aliqua nos lactaret; verum die 16. Julii ab hora fexta pomeridiana, in secundam noctis, convulsus perpetuo fuit, convulfus periit.

Cadaver in frigido subterraneo loco horas 54conservatum, die 19. Julii publice aperui.

122

In-

157

Incifo abdomine, ac late patente, nihil omnino videre præter Intestina erat. Nihil enim Hepatis, nihil Splenis, aut Ventriculi apparuit, excepta hujus portiuncula, Colo intestino sub cartilagine ensiformi insidentis. Tenuia intestina omnia solito ampliora, Colon dextro in latere, suoque transverso in Epigastrio itinere, longe amplissimum.

A latere umbilici, paulo magis deorfum, Inteftini Ilei pars ita complicata erat, ut a portionibus ejusdem inteftini, utrimque intumescentibus, omnis ejus cavitas prorsum deleretur. An fimile quid, idque durabile, verum lleum non generaret? Probabile admodum a causa confimili Ilei intestini contigisfe rupturam, Rat. Med. Part. IX. Cap. de Ileo.

Paulo inferius, ejusdem intestini portio ex latisfima expansione in subitam ejusmodi angustiam abibat, ut lagenam referret ventrosam angusticollem. Nonne a tali causa intestini introsuceptio metuenda? Ex utraque hac observatione constat, in Pictonum Colica non intestina crassa duntaxat, sed & tenuia degenerare, & morbosa reddi. Vid. Tab. IV. Fig. 2.

Distentissima Vesicule transfudante bile Hepar, Colon, Jejunum, ac Mesenterii portiones profunde tingebantur. Sed undenam idem aurantius color ejusdem intestini Ilei portionis, duorum pollicum longitudine, uti & melenterii, versus finistram Coxam? Nec non paulo altius in finistro latere, longitudine 5. pollicum, paulo minore intenfitate coloris? Petrus Milo, Henrici IV. Regis Galliarum Archiater, in simili cadavere demonstravit, præfente Citefio, inter Jejuni Intestini tunicas tumorem anserini ovi magnitudine, finceram bilem, camque æruginofam, profundentem. An copiofa bilis convulfiones excitaret, effundendo sele in varias Intefinalium membranarum plagas? An vero potius tempore convultionum hæc Ilei intestini pars, convul-

#### B DE COLICA FICTONUM.

vultione distracta, pro tempore Vesiculæ bilis proxima jacuit, & a vehementer transfudante Bile sie fuit colorata?

Colon inteftinum diametri tribus pollicibus majoris, in latere finistro supra partem Ventriculi finistram transcendens, iter suum terminabat ad illud spatium, quod inter 5. ac 6. costam, numero a superioribus ducto, interjacet. Inde supra lienem deorsum reflexum, in angustum abibat, moxque inde amplificatum, alteram formabat angustiam, verfus cristam Ilei tertiam, ac tandem, antequam in Rectum abiret, quartum digito longiorem. Vid. Tab. 2. cum explicatione.

Numquid Coli tympanitici tam alta fedes, in his morbis pluries observata, non explicat illam hujus hominis, aliorumque hoc morbo afflictorum, perceptam ad præcordia anxietatem? frequentesque dolores?

Notavimus in hoc Cadavere hæc ipfa angusta loca Intestini, adeo dura, & incrassita non fuisse, quam quidem in præcedente, & mox subsequente: agitatione enim, ac contrectatione partium, aër copios, per intestina transmissus, hasce easdem angustias multum dilatabat. Nunquid in hoc homine, nisi eum convulsio peremisset, restitutio vitiatæ intestini formæ adhuc non fuisset sperabilis?

Coecum inteftinum in diverticulum abibat, quod in quavis dimensione octo pollicum diametrum habebat.

Colo elevato, Ventriculus apparuit, contingens lateris finistri costarum arcum, & sub Colo explens totam Epigastrii latitudinem, ita ut ad arcum dextrarum costarum formaret Pylorum; ut sig. 2. exhibet. Anteriore, eaque media sui parte, latitudine binorum pollicum, admodum inflammatus fuit, inflammatione tamen ad intimiores tunicas non se pene-

158

4 36 I

netrante. In interiore autem ejus parte, prope lævum orificium, plures infulæ rubræ confpiciebantur. Pylorus angustior, & annulo duriore incompleto munitus. Symptomata Ventriculo, in hoc homine, propria, potuissent fub larva aliorum morborum imponere Medentibus, præ visceris latitudine. Pluries ventriculos demonstravi similes.

Hepar totum sub Costis reconditum, ut digitis, oculisve, nihil ejus usurpari posset; colore pallidoruffum, & lata crepidine lividum: livor, dum præscindebatur transversim, mediæ lineæ crassitudinem habebat. Situm autem adeo dextro in latere Hepar, ut nihil ejus finistrum Hypochondrium haberet.

Vesicula fellis, ovi gallinacei magnitudine, copiofam, eamque colore aurantiam, bilem continebat; fita autem non pro more, fed ad extremam dextram Lobi majoris oram, interne. Quippe Pylorus, fub arcu Costarum dextrarum fitus, orfumque inde Duodenum, hunc vesiculæ fitum omnino poscebant. Ita ut hæc minime vitiosa degeneratio fuerit, fed conditio fitusque naturalis.

Pancreas octo pollices longum, quatuor altum, fed planum, pluribus in locis durius, in medio vero omnino cartilagineum.

Lien naturalis, colore, fubftantia, mole, post Ventriculum in latere finistro absconditus, inferiore sua parte tribus minimum digitis ab infima Costarum margine remotus, altiorque; ut clauso abdomine nihil de co tangi potuisset.

Itaque in hoc homine, five hic Hepatis, Splenisque, fitus fuerit naturalis, five in repetitis morbi infultibus genitus, non potuit ex molli Hypochondriorum attactu utriusque hujus visceris integritas laudari: cum utrumque vitiofum esse potuisset, modo a nobis, attactu saltem, non indagando.

L

Rea

Renes boni, nisi quod dextro parum admodum adesset substantiæ dictæ corticalis.

Olla cranii prudentifime refecta, nulloque liquido extillante ex plaga una, alteraque Duræ Matris, a ferra fauciatæ, vidimus Duram Matrem bonam, polypofum in finu longitudinali fanguinem, & effufum hinc inde mucofum, ut videbatur, liquidum inter Cerebri fulcos: Pia Matre vero perfeiffa, vere limpidum apparuit. Pia Mater folito plus infarcta fanguine, haud copiofo tamen.

In Ventriculis utrisque fuperioribus, in ventriculo tertio, & in quarto, ne guttula quidem aquæ. Nec liquor ullus in bafi Calvariæ. Plexus Choroidæi crafli, & colorati. Substantia cerebri attactu veluti pinguior, & digitis adhærens.

Thoracis utroque in cavo paucula rubella aqua.

Nulla in *Pericardio* aqua; fed forte unica duntaxat dragma liquidi rubelli, quod an a transcisso Pericardio? Id enim, in extima faltem tunica sua, & in hoc homine, & nuper in puero, vasa rubra nonnulla habere manifesto licuit.

Cor utrumque fic vacuum, ut ne guttulam aut grumum quidem fanguinis in fuis habuiffe cavis certiffimum fit: primo quidem intuitu ad dextri cordis parietem, inter columnas, fub iisdemque, fanguinem fubnigrum videre videbamur; at vero aufferre eundem, abluereve conati, convincebamur nihil adeffe fanguinis, fed mediam internam hujus thalami partem ex inflammatione jam gangrænofam effe. Grumofus fanguis in finibus venofis. Perfciffa utrisque Cordis Ventriculi fubftantia hepatici coloris fuit.

Pulmo dexter lobo fuperiore adhæfit, cohæfione membranacea, cum Pleura; ad dorfum vero tota longitudine. Ambo facie anteriore coloris cinerei, v2-

160

e' 1

variegati; tota vero superficie laterali, ac postica, præ intensa rubedine fere nigricantes.

Cohæfio dextri pulmonis cum dorfo, non videbatur omnino fortis effe, cum facili negotio folveretur: exemtis autem Pulmonibus patuit me in hac cohæfione folvenda ipfam dilaceraffe Pleuram, utpote hic facile dilacerabilem.

Sed hæc eadem Pleura rubebat, fic ut totus Thorax internus panno scarlatino succingi videretur. Primo adspectu Pleuram a pulmonum accretorum dilaceratione sanguine maculatam ratus, sanguinem ter quater spongia nitida abluere satagebam, sed frustra : felicissima enim Meningum Cerebri injectio nunquam tot vascula impleta exhibuit, quam inflammatio in hac Pleura, tam qua costas universas, a summo jugulo, ad infima quæque succingit, quam qua Diaphragma.

Ruberrima hæc Pleura in cameræ finistræ inferiore ac media parte separata apparuit, inque bullas elata, alias pisi magnitudine, alias fabæ, unam digiti dimidii. Suspicabamur primo, ne dum Cor cum Pulmone ex Thorace folvebamus, aer inter laceratam Pleuram, Spinamque subintrasset: verum constiterat, vel antequam hæc viscera eximeremus, bullas illas jam confpicuas fuisse. Forfitan dum in dextro latere Pleuram infeius lacerabam, aer furtim subinfinuavit sele, penetransque sub facile separabili membrana bullas illas exhibuit, antequam vifcera eximeremus Thoracis. Unde fi de reperto ibidem aëre nihil peculiare concludere fas fit, saltem Pleura hæc & vasculosissimam esse se, contra cos, qui id negent; & vehementi inflammatione, facillimaque separatione, se admodum vitiatam esse ostendit.

§. III. Industrius Chemicus & Pharmacopæus, annos natus 44. a quadriennio affligi cepit levioribus L 2 ac

ac brevioribus Colicæ Pictavensis paroxysmis; a biennio autem sævioribus, crebrioribusque; sic ut quovis ferme alterno mense duobus, tribusve diebus sævirent: tandem vero prima Aprilis hujus, quem vivimus, anni, paroxysmo affligi cepit omnium sævissimo, & demum funesto; sic tamen ut dolores quandoque pluribus, paucioribusve diebus, vel minuerentur, vel conticescerent; & homo a morbi reliquis eximeretur symptomatibus.

Nihil detexit caufarum Examen, nifi & vini Auftriaci data occafione abufum, & Emplaftrorum, quorum in compositionem Plumbum, Cerussa, Minium, aut fingula, aut juncta concurrunt, copiofam ac crebram confectionem.

Gravissima omnia fuere hic Symptomata; dolor intolerabilis, prope umbilicum potisfimum, introtractio summa Abdominis, alvus ita clausa & introtracta, ut Pharmacopæus Clysma immissurus vix podicem invenire penetrareque posset, fæces alvinæ ovillorum fimiles, inchoansque Crurum Paralyfis. Solus dcerat, qui aliis vix deeft, Vomitus: deerat etiam, quæ multis deest, Ischuria; sed aderat ejus loco Dyfuria. Cum foluto multum Paroxyfmo hoc graviore, curam lactis incepiffet, vomuit aliquando idem colostratum, sed Sapone veneto multo, & Lap. cancr. superavit Vomitum. Pervenitque tandem Medicus methodo ei confimili, quam in prioribus observavi, ad tantam morbi emendationem, ut symptomata omnia multos dies filerent, & ut curru hinc inde exspaciaretur, quo vires pulchre redibant. Verum postea flatus hominem milere cruciarunt, & fere femper dolorem in epigastrio, & dorso, lumbisque, ac si perforarentur, conquestus est. In Confilium vocatus ab ejusdem præstantissimo Medico Seredi, suasi emulsiones camphoratas & paregoricas, una cum frictionibus, Č.

16Z.

& dolentis dorfi fotu anodyno, enematibusque quotidianis olcofis, continuaret. Biduroque post vidi illum jam surgentem, obambulantem, flatus commode expellentem, meliore appetitu, somno, alvoque, gaudentem. Tandem vero die 17. Aug. tam bene se omnibus functionibus habuit, ut iter quoddam cum amicis animi recreandi gratia decerneret, ad meridiem lætus mensæ cum aliis accumberet; hora autem secunda de rebus domesticis componendis multa confabulatus, Non bene, inquit, me habeo; porrigite mihi acetum : dum vero illud quærunt, moritur.

Die 19. Aug. ad fecundam pomeridianam fepeliendus erat, nec vel per horam fepulturam differri, negotia illis in ædibus peragenda, finebant. Sed hora hæc eadem erat etiam quadragefima octava a morte. Hinc legibus, quantum poffibile, fatisfacturus, non nifi mox ante fepulturam incidi cadaver.

Integumentis incifis ab offe pubis ad ufque fternum, cum cafu artus fuperiores moverem, mirabar in humeris, brachiis, manibus, digitisque, viventis fimilem flexilitatem; vultumque obvelatum revelans, flupebam veluti vivi hominis faciem, minime pallidam, extenuatamque; oculis tamen turbidis & obfufcatis. Certam autem mortem tum tempus a morte elapfum, tum irritatio incifione facta, tum oculorum confpectus, evidenter docebant. Pluries tale quid contingit in cadaveribus obfervare; ita, ut haud omnino univerfalis ea Lex fit, fecundum quam quosdam Scriptores video fic certam mortem determinare, ut rigor cadaveribus proprius adfit; rigiditate nimia, nimiaque flacciditate, mortis poft fe relinquentibus incertitudinem.

Aperto Abdomine ilico multum in co sanguinem effusum offendebamus : intacto tamen co, nequid

- 4C - 11 -

1 3

LUIT-

turbaremus, ad viscerum in situ examen nos accinximus.

Principio nullum Omentum adeffe vilum est, nisi supra unicum Colon. Idem tamen evolutum magis, videbatur ad 2. 3. latos digitos posse explanari. Confusa nihilominus fuit omnis Omenti idea; cum, ut mox patebit, Colon intestinum variis sus slexibus Ventriculum ad dorsum adplicaret, suoque in situ turbaret sic, ut illa Omenti portio, quæ sundo Ventriculi adnascitur, distracta omnino disformisque appareret, ac nihil minus referret, quam Omentum.

Cœcum Intestinum ingens, pugni magnitudine dextro Ileo incumbebat, jamque Colon factum, abibat mox in angustam admodum formam dextrorfum; hinc autem affurgens, amplificabatur in pugni molem, ut Tab. III. docet. In ea porro fua amplificatione contingebat Saccum Cœci, & membrana, fibris fortibus instructa, longaque, cum hoc Cœci Sacco colligebatur. , Facile igitur capitur angustam Coli portionem ad Lit. B. compreffam omnino imperviamque fuisse, quando Cœcum & Colon Materia quacunque replerentur. Et si quis consideret angustam hanc, & compressam Coli portionem, non modo sub Cœco Intestino, Coloque, verum etiam fub amplifimo mox describendo, & ad Lit. V. U. in Tab. III. repræsentato, Duodeni Intestini Sacco, inventam fuilie, hanc ejus compressionem eo majorem intelliget. Debui autem hanc eandem portionem veluti supra Duodenum delineare, ut qualis fuerit, appareret.

Porro amplificatum hoc Intestinum Colon adscendebat ad marginem finistrarum Costarum ante Hepar, nec altius conscendens in transversum se flexit; medium vero Epigastrium transgressum, adscendit oblique fursum, idque ad Costam quartam usque,

usque, numero a superiore costa ducto, in ipsum utque costa arcum. Hic vero loci flexit fe, & oblique, versus medium Epigastrium, sub priore ejus adicendente parte decurrens, affurgebat, jamque ab illa Compressione liberum abibat in dilatatum admodum, attenuatumque, ac vix ligamentofis fibris donatum, tubum; & fub Colo, oblique furfum adicendente, fe fubducens, curfum fuum confuerum in latere finistro versus os Ileum instituebat. Hoc vero in itinere primo in prætenuem canalem, qui ad Lit. L. punctulis notatur, vix penna anferina ampliorem, abibat: inde vero mox in amplum fefquipollicis antrum se expandens, alteram formabat coarctationem, minimo digito non crassiorem, pedis præter propter longitudine; donec fimitro in Ileo flexisset sele, formaretque iterum dilatatum quendam Saccum; ter autem adhuc affectans talem & amplificationem, & coarctationem, in Rectum tandem abibat. FORTH AGRIE

Sed ab interno latere primæ Coli amplificationis, & fupra ejusdem Coli coarctationem, & comprefiionem ad Lit. B. notatam, Saccus deprehendebatur globofus admodum, ac vehementer dilatatus. Saccus hic conjungebatur expansione membranacea cum prima Coli amplificatione, & arcte connatus erat ad Mefenterii fere centrum in Lumborum fummitate. Expansione autem membranea ista prudenter foluta, patuit Saccum hunc ipfum Intestinum Duodenum esse, ad sex transversos digitos dilatatum, moxque abiturum in Jejunum. Pylorum tunc, & dextram Ventriculi partem, Duodenum sponte monstrabat.

Ventriculus post degenerascentem Coli Fabricam finistra sui parte latebat, dextra vero deprimebatur ab Hepate & a Colo sic, ut sub transversa Coli parte descenderet, indeque emergens Pylorum formaret. Tab. III. Lit. T.

L. 4

Qui

Qui hanc Anatomen non vidit, ægre capiet Pylorum tam inferne reperiri, Duodenum inde per fex latos digitos deorfum petere, & in expositum mox antrum, in eadem altitudine cum prima Coli amplificatione, abire: quippe solita Abdominis capacitas haud bene videbitur ipsi tot admittere dimensiones.

Hunc autem rogo quam altum, longumve, hoc Abdomen fuerit, attente confiderare velit. Colon enim tum amplitudine, tum longitudine, enormiter auctum, Diaphragma in altum vehementer protruferat, ut id non in arcu Coftarum tantummodo, verum etiam anterius in expositam ante adscenderet altitudinem. Quin & idem Colon, ab arcu costarum finistrarum, ad duos digitos latos in dextram Epigastrii partem reflexum, indeque assurgendo se convertens in latus lævum, Hepar valde compresfisse, unaque cum Diaphragmate fursum trusses in anteriora admodum incurvari debuisse; evidens est.

His ordine examinatis, licebat demum in caufam inquirere, quæ eam nobis effußi cruoris copiam exhibebat, ut facile omnem fere vitalem cruorem, five grumofum ad fuperficiem & latera molis inteftinalis, five coagulatum verfus lumbos hærere exiftimarem. Diu prudenterque cuncta rimati, deteximus tandem ingentem in vena Cava, mox fub Diaphragmate hiatum; ex quo dum Venam Cavam premebamus, paucus in eadem refiduus fanguis exprimebatur: digitus poftmodum in corde dextro inductus in Cavam, per idem foramen, feu hiatum, fuo apice prodibat.

Sed quid hanc Venam dilaceraverat ? Cum hæc adeo firmiter cohæreat postico Hepati magnarum Venarum ope; cumque id ipfum Hepar expositis de causis in altum fuerit vehementer elatum; coque magis, quo Colon ab origine sua, usque ad suam primam coarctationem, copiosioribus fæcibus, ac flati-

167

flatibus turgeret; facile intelligimus Venam Cavam, loco ferme immobili hærentem, continuata illa violenta Jecoris protrusione in altum, sensim extendi, elongari, debilitari, extenuarique debuiffe, & tandem omnino dilacerari, subitamque, effuso vitali cruore, mortem inferre.

Cor externum pingue valde : internum utroque Cavo vacuum. Liberi pulmones : finister ad dorfum tantum nexus.

Cranii aperturam instans mox sepultura vetabat.

J. IV. Eva W. annorum 60. vidua hominis, cujus historiam J. II. dedi, quamque una cum Marito Colica Pictonum nuperrime affligi ceptam innui, domi suæ hoc morbo tam graviter ægrotavit, ut illi, veluti morti proximæ, omnia Sacra administrarentur. Hæc tandem 19. Julii gestatorio in Nosocomium illata, hanc nobis anamnesin fecit.

Variolas & morbillos in infantia perpefla, adolescentiam suam sana transegit : maturius gavisa, maturiusque privata suis, omni cæterum nota bonis, Catameniis. Bis nupfit, primo matrimonio gemina beata prole, altero nulla Elapsis 15. abhine annis, febre intermittente, spatio fere trimestri, in Hungaria laboravit. Nulla cæterum incommoda patiebatur, nifi quæ adventanti adscriberet senectuti, vires quippe minores, artuum tremores vagos, cephalæam.

Duodecim ultimos annos familiam honeftius fustentasse se asserit, Osfa ovilia sicca cremando, redigendoque in pollinem, quo Vafis, Veftimentisque argenteis, priscum nitorem reddere solent.

Hyeme autem elapía cepit marito in plumbo terendo auxilio effe, brevi autem exinde colicos experiri dolores & miram quandam Ventriculi, ut ait, vacuitatem. Haustu Spiritus Vini, nec non exterpa cum eodem facta frictione, obvolvendoque abdog

domen pannis laneis fumo cumini imbutis, atque tegulis calefactis, fubvenire his incommodis fæpe folebat. Alvum fegnem, durisque & exiguis fcybalis refertam, reddere confuevit.

Quo tempore ultima Mariti defuncti recidiva incepit, quatuordecim circiter abhine elapfis diebus, cepit & ægrotare ipfa, deperdito appetitu, debilitate majore, ventre dolente, alvo tardissima. Eo 14. dierum spatio bis sibi injectum oleosum clysma, absque ullo effectu ; fuitque vena, Medico jubente, secta. Quæ dum secabatur, clysmata prodierunt fine ullis fæcibus, meraca: Paucus fuit, tempore illo toto, fomnus. Lecto vero necdum sefe ad-Die vero 12. Julii enarratis symptomatidixerat. bus jam multo auctioribus, brachii Venam fibi tundi curat, auctoque postmodum morbo cubare coacta eft. Acceffit tunc Vomitus, claufa Alvus, Stranguria, Icterus, Venter introtractus, durusque sic, ut mulier affeveret, suis sefe digitis percepisse intestina sua, veluti totidem funcs, contracta atque tenfa in ventre effe : dolore interim omnium maximo perseverante in Hypochondrio dextro. Arceffitus tune Medicus pilulas 20. præscripsit, duabus fumendas dofibus, unde alvum non habuit, fed vomuit. Die 17. mensis absque ullo effectu sennæ infusum bibit.

Hoc deplorando in statu, die 19. Julii ad nos, ut monui, ducta est, bis in via animo linquens. Debilis admodum erat, grave Caput, & obtuse dolens; venter ponderos , & in Hypochondrio finistro potissimum dolens, magisque ad attactum; lingua humida partim albaque, partim crusta crassiore & sus obsita. Icterus valde flavus. Singultus septies, octies, repetens; quem fingula semihora, horæve quadrante, iterantem, toto morbi tempore, habuestat. Urina rara, ac paucissima, & stranguriosa; defe-

defectu non excretionis, sed, quod pejus, secretionis, quemadmodum immissus catheter docuit. Profecto ne maritum presso pede sequeretur, magnus metus adfuit.

Pulsus blandiri potuisset, quod cæteris signis pravis non conveniret; sed bono cum pulsu, modice tantum celeri, perierat Maritus. Blandiri potuisset & alvus, ab admotis Medicamentis liquida, morigera continuo; venterque non ultra durus, introtractusque, verum mollis omnino & naturalis: sed cum alvo bona ac facili, cum excrementis consistentiæ pulmenti, cum ventre præterea molli ac naturali, Convulsiones sustulerant maritum. Attamen, quid hie sub Divinis Auspiciis ars medica valeret, experiundum erat.

Quamdiu in Nosocomio erat, venter quamvis externo habitu, tactuque naturalis, perpetuo tamen plus minus doluit, ultimos dies paucos si exceperis. Lingua semper susca fuit. Ictericus cutis color perfeveravit. Urinæ, quo momento mingebantur, semper ita susce erant, ut e longinquo adspicienti subnigræ viderentue.

Quin & morigera tunc alvus mox iterum, dum Nolocomio excepta erat, fistebatur, ut toties in his morbis fit. Unde Aquæ Laxat. Vienn. unc. iij. ipfi quovis trihorio dabantur; quas cum vomitu redderet, multumque inde debilitaretur, fecutus fum *Hippocratis* confilium, jubentis Libro de Lòcis in homine Foëf. pag. 419. fi vomitu affectus, debilis a vomitu fuerit, <sup>6</sup>πνs φάεμακον, fomniferum remedium, exhibere : id quod postea Sydenhamo lex perpetua fuit, post omnem fere surfum, deorsumque, institutam evacuationem. Sedato vomitu, ejusdem Sydenhami in cura llei morbi monitu, repetivi dosin laxantis, idque alternatim toties, donec a purgante alvus

#### 170 DE COLICA PICTONUM.

alvus probe moveretur. Clyfmata emollientia, & oleofa, interea lubricabant caprinis fimilia excrementa. Ventrem autem ad facilem alvum, leniendosque dolores, cataplasmata difponebant. Jus autem carnis, five purum, five cum oleo amygdalino mistum, parva ac repetita frequenter copia, alimento fuit. Emplastrum de Labdano cum granis Opii duodecim, totidemque Camphoræ, ventriculi regioni, quo vomitus citius compefceretur, admotum fuit. Emulía fitim extinxerunt.

Hisce omnibus auxiliis tanta post triduum animadversa emendatio est, ut Paroxysmus solutus omnino videretur. Metum tamen nobis incutiebat crescens in diem cum debilitas corporis, tum immanis tenuium excrementorum setor; testes utique ambo, aut prodromi saltem, Gangrænæ. Quapropter a 22. Julii ad 3. Augusti, unciam pulveris corticis peruviani quotidie sumsit, deinde per aliquot dies ejusdem corticis dragmas sex.

Morofitas demum ægræ corticem omnino refpuentis, nauseæ perpetuæ, & maxime alvus jam pultis instar, & naturalis fœtoris, usui corticis supersedere suadebant; & tentatis nonnullis, quæ gluten, quod copiosum cum alvo, vomituque prodibat, inciderent, eliminarentque, tandem sequens formula adco profuit, ut & diu continuaverit candem, & alia ultra non indiguerit. R. Sap. Venet. Gum. amm. Terræ fol. tart. Maffæ pil. Ruffi å dr. j. Balfam. peruv. q. s. m. f. pil. gr. IV. quarum omni trihorio tres fumfit. Paulatim exinde Icterus & symptomata morbi disparuerunt, & somnus, appetitus, respiratio, alvus, nitida lingua, urina vix ultra fusca, nisi diu stetisset, futuram propediem sanitatem augurabantur. Ipsaque mulier die 19. Aug. Nosocomio egressa est, me invito, frustraque hortante, ut potius

#### DE COLICA PICTONUM.

tius per unam, alteramve septimanam suam obfirmaret sanitatem, ne domi, bono regimine carens, recidivam pateretur.

6. V. Famulum aulicum Colica Pictonum, cum alvo pertinacifime claufa, vomituque non compescendo, anno 1763. corripuerat, & Ileus morbus tunc audiens, ut talis curata erat. Anno 1764. adorta eundem secundo est. In tertiam Septimanam æger periculoso cum morbo luctatus, me vocat. Enemata oleosa frequenter, purgantia, & opiata, alternatim data, Epithemata & Cataplalmata, quæ Ventrem integrum, universosque Lumbos, involverent, Emplastrum opiatum ad ventriculi regionem, dataque in potum Emulía, hominem intra octiduum, citra Paralyfin, reddidere fanitati : cura poftmodum religiole habita, ut in cunctis ab hoc morbo refurgentibus habenda est, ut quopiam remedio, v. g. casus prioris pilulis, alvus perpetuo libera fervetur, ne malum cito recrudescat; & ut plurimo lactis usu exfuccæ partes renutriantur, & rigidæ humectentur.

6. VI. Adam G. annorum 18. patre tinctore genitus, etiam a sexennio tinctoriæ arti addictus, pigmentorum cum plumbo confectioni sæpe affistens, fanus hucusque, nec multis ab annis lecto addictus, nifi ob crus ante triennium ab equo calcitrante commolitum; cepit tandem elapío adhinc anni spatio crudeli hoc morbo affligi, tertioque obstinatæ alvi die, ex datis fibi a Chirurgo militari pilulis quatuor, vehementer furfum deorfumque purgatus eft; exinde autem dextræ manus extenforum musculorum Paralyfis, deinde & humeri, cum crescente in diem hujus artus marcore, secuta est. Interea temporis levis aliquando recidiva adfuit, fenfimque brachium finistrum codem, quo dextrum, malo affici cepit. Quindecies Thermis Badensibus citra levamen usus est. Quin & Hydropis minæ, qui morbus quandoque

Unable to display this page

## DE COLICA PICTONUM.

173

ceos tuffi fubita correptus, dolorem validum ad Ilium dextrum experiebatur, quem cataplasma continuo adhibitum spatio octidui sugavit. Hyeme adultiore corpus ceptum est languescere, imminui appetitus, alvus fieri segnis. Lagenam vini Burgundiaci, (adulterati forsitan) quotidie tunc, idque longo tempore, solebat ad vesperas bibere, ut corpus suum, quod alimentis nutrire prostratus vetabat appetitus, hoc vino roboraret.

Languore in Majum mensem sensim crescente, subito, coque vehementi dolore Ventris, duobus, tribusve pollicibus infra umbilicum, dextrorsum, tum & crurum gravitate amborum, ignarus a qua causa, corripitur. Subsequitur sebris quotidiana, a Cortice peruviano, per integros 12. dies, præmiss præmittendis, dato, vix mitigata.

Urinam fuam infpexerat nunquam; jam vero in febre illam affervare a Medico juffus, & rubram effe vidit, & arenofam: idemque cum fæpius ipfe, tum deinde in Nofocomio nos, obfervavimus. Nunquam tamen in eadem reddenda doluit, aut incommode habuit; tantum experitur eam a copiofiore fabulo tardiorem, & mictum arenofum, prægreffa urina pallidiore, præfagire novit.

Menfe Junio iterato in Ventre dolens, evomuit purgantia, & vomitu dein continuo, ac febre laboravit. Vena tunc tufa eft. Triduo poft V. S. tertius, isque omnium ferociffimus, Colicæ Pictavienfis Paroxyfmus eum prehendit, cum manifefta dolentis in ventre plagæ pulfatione, cum crurum gravitate, cum articulorum genu, & malleoli, dolore. Eodemque tempore artus fuperiores graves facti, dolentesque, 'a cubitu autem ad extremos ufque digitos paralytici, cum Deltoidum emarcefcentia, & tanta omnium mufculorum humeri, ac brachii utriusque

### DE COLICA PICTONUM.

que flacciditate, ut nullo modo carnem, sed mollem potius pulpam, referrent.

Elaptis inde diebus novem, cruribus iterum potuit integris uti, brachiis neutiquam; fanitate corporis fenfim redeunte. Præstantistimi Medici multa interna, externaque auxilia, ipsi admoverunt, corumque confilio Thermas *Badenses* adivit; quorum usu principio levari visus, brevi pejorari cepit, Icteroque corripi, quem secum, licet debiliorem, in Nofocomium tulit. Ex eo tempore, qui nullus suerat appetitus, aliquoties, ac veluti per saltus, ivit, redivitque, & quinquies parvum calculum cum urina, citra vel minimum dolorem, minxit.

Die 5. Nov. intulerunt hominem in Nofocomium meum. Morbus manifesto Colica Pictonum erat; Nephritis calculosa alius morbus nihil cum Colica illa commune habebat. Indicabatur Colicæ ablatio, mente ad Nephritidem attenta, utrum hæc sub cura illius mitigaretur, an vero curam sui peculiarem posceret.

Indicata hic eadem erant, quæ prioribus ægris contulerant, caque ctiam in hoc homine adhibita tanti fuere usus, ut symptomata Nephritica fere omnino conticuerint, & ut Colica Pictonum cum fua Paralyfi fere evanuerit. Ergo nec Nephritico Machina electrica obfuit ; quandoquidem ulque ad 17. Junii, quo die Nofocomio exivit, vix minimam perceperit Nephritidis calculofie admonitionem; quamvis a principio ad finem ulque, spatio scilicet octo fere menfium, paucos dies fi exceperis, ad Machinam fuerit admotus. Cæterum ad Paralyfin vis electrica optime conduxit, una cum frictione cum pannis laneis, aromatico fumo penetratis, bis die facta, corporis quidem universi, potissimum vero Spinæ Vertebrarum totius, & Ventris. Profuit ad Co-

Colicæ reliquias, ejusdemque aliquot rariores levioresque recidivas, panis comestus cum copioso nostro recenti, infulsoque butyro, jentaculi more semper, nonnunquam & co merendarum, assume.

Porro has leviores, quas dixi, Recidivas, animadvertimus semper cum alvo retardante, & parvis, durisque scybalis referta, contigisse: eodemque tempore conquerebatur lumborum, crurumque dolores, & præsertim dolorem quendam plus, minusve acutum, nonnunquam molestum, modo & anxium, in Hypogastrio dextro, versus inguen, cristam Ilei, & lumbi dextri principium. Ex hoc dolore præf. gire solebat colicæ pictonicæ recidivam : & dum Colica hæc, a datis remediis, per alvum scybalosam folvenda effet, experiebatur dicto mox loco, ac fi obstaculum quoddam impetuoso fibilo referaretur. An fabricæ inteftinalis degeneratio quædam in hoc homine, ut femper in se gerat causam morbi proëgumenam? an vero ex iis eft, quibus Inteffinum, foluto Paroxysmo, non ultra contractum manet?

Cum jam dudum effet a Paroxyfmo liber, cepit ad vires reftaurandas, ac Paralyfin efficacius emendandam, in Conferva Menthæ unciam mediam Peruviani corticis quotidie fumere, cui deinde dragma addebatur ferri limaturæ.

Menfe Junio incunte, cum gluten primarum viarum abundaret, optimo cum effectu fumfit quovis trihorio pilulas quatuor, fingulas granorum quatuor, compofitas ex dr. iij. Sap. Ven. & dr. j. Gummi Styracis Calamitæ, Tartari vitriolati, Maffæ pilul. Ruffi. Contulit etiam dubio procul ad reftaurandam brachiorum, manuum, digitorumque motum, Serræ ad ligna molliora dividenda ufus, quo bis die tum ille, tum alii cum illo paralytici, primo leniffime, tandem ftrenue, fefe debuerunt exercere, ubi remediis prioribus motum quendam paralyticæ par-

tes

### DE COLICA PICTONUM.

tes recuperaverant. Thermometrum notavit ejus calorem paulo majorem naturali.

Exivit itaque die 17. Junii ex Nofocomio, de reflituta valetudine lætus, robuftus, torofus, carne brachiorum, ac humerorum firma gaudens, motum brachiorum exercens expeditiffime, in extendenda duntaxat manu nonnihil difficultatis ad carpum expertus. I ubercula exigua, mobilia, manuum dorfo adhuc aliquatenus infidebant.

Furor tunc Viennenses, præprimis Nobiles, invaferat, ut ad morbos quoscunque five curandos, five averruncandos, affatim haurirent aquam, quam Ecclefiafticus quispiam Agyrta, cum Croco Metallorum, & Borace Venetorum, uti postea rescivimus, paraverat. Nobilium multorum exemplo infaniente tandem & Plebecula, homo noster quoque usus hac aqua est. Audio eum Augusto mense male admodum se inde habere; quemadmodum multi alii vel pessime fe ab hac aqua habuerunt, vel jam Reverendi Agyrtæ manibus perierunt.

§. VIII. Monachus Linzenfis 42. annorum, convenit me die 16. Julii proxime elapsi, qui ante elapfum abhine triennium, ignarus, ut ait, a qua causa, in Colicam hanc inciderat, alvo nonnisi post diem quartum moveri cepta; iterumque ante annum : utraque autem vice absque ullo pravo symptomate a paroxysmo superstite. Tertium autem paroxysmum adulta æstate anni 1764. priori, alteroque, multo graviorem perpessus erat, in nullo horum Paroxyfmorum Dyfuria, vel Ischuria affuerat. Mitescente ultimo infultu, jussus erat uti Danubii balneo tepido: quorum sub usu adverterat artus superiores nonnunquam convelli, fierique paralyticos. Emendatio porro paralyseos, cum se mihi primum exhiberet, talis crat, ut hæc solas manus, æque in flexoribus, quam in extensoribus, perfecte occuparet. Præ-

## DE COLICA PICTONUM.

177

Præscripsi ipsi hæc remedia:  $\mathfrak{R}$ . Sap. Ven. dr. vj. Gum. Styracis dr. j.  $\beta$ . Castorei dr.  $\beta$ . Terr. fol. Tart. Mass. Pil. Russi a dr. j. Thereb. q. s. ut f. pil. gr. IV. &  $\mathfrak{R}$ . Tinct. Myrr. Succin. à dr. vj. Olei stil. Menthæ, Pulegii, Rutæ, Carui, à. gtt. ij. Redigantur cum iij. dragmis facchari albi in Elæofacharum, cui adde Syrupi Menthæ unc j. Aquæ Rutæ & Rorismarini à unc. vj. Ut quovis trihorio fumeret pilulas tres cum uncia Misturæ. Dein fritio ipsi adhibita est bis die ad Spinam Vertebrarum universam, ad humeros, ad brachia, manus, ventremque, cum pannis laneis, imbutis sumo paratoex Massiches, Succini flavi, Gummi styracis à part. j. & Baccarum Juniperi partibus tribus.

Ab ipio autem die, quo his medicamentis uti inchoavit, fimul quoque ictus electricos expertus est, principio tres quotidie, sensim ad 50. auctos.

Octiduo ab inchoata cura elapío, digitorum cepit edere motum : elapsis tribus septimanis, manum cepit belle claudere & aperire, extendereque carpum, & digitos. Semel contigit, ut & appetitu destitueretur, & doloris antiqui perciperet admonitionem : unciæ autem quinque Aquæ Laxativæ Viennensis hæc incommoda unico die abstulerunt. Cepitque brevi post scribere posse. Tunc aliorum suafu voluit Thermas adire Badenses. Equidem necdum curatos his Thermis Colica Pictonum affectos videram : frustra enim ægri §. 1. 2. 6. & 7. iis usi fuerant: at vero, cum hi curam debitam non experti has Thermas adiissent, hic vero curam probe expertus effet, pertinax obfistere nolui, visurus num sic faltem conferrent? Adiit itaque ad Thermas, iisque menfis spatio usus, rediit fere integre curatus. Gratias mihi acturus tandem accessit, meque hortante spopondit, se cum interna remedia, tum frictiones, semianni spatio Linzii continuaturum.

C. IX.

\$78

14

§. IX. Adamus D. figulus, a XV. abhinc annis primum Colicæ Pictonum paroxyfmum expertus eft, cumque adhuc ter postea spatio VII. annorum. Hoc elapso incidit in quintum, qui vehementissimus, paralysin brachiorum post se reliquit pertinacem. Tandem & hanc iteratis purgantibus, aliisque remediis, eo usque superavit, ut insequente septembio laborem suum utcumque potuerit prosequi. At vero Mense Septembri 1764. paroxysmo valido correptus, brachiorum amisit motum. Unde 15. Martii 1765. ad Machinam nostram accessit, triumque mensium spatio ejus virtute, ut & frictione, ac pilulis Sap. Ven. & Gum. amm. cum insulo Rorismarini, suis iterum laboribus aptus factus est.

あどんぶ かどんぶ ぶろうみ ひどうみ ひどうみ ひどうみ ひどうみ かどんぶ

# C A P U T VIII.

# Pathologica Priorum Anacephaleosis.

§. I. Ex novem nostris Ægris Colica hac afflictis, septem eam a plumbo habuerunt. Estque bæc causa frequens: 1<sup>mo,</sup> quia tot sunt bujus Metalli Fossores, 2<sup>do</sup> tot, qui eo utuntur Artifices, 3<sup>tio</sup> tot Pharmacopæi, qui cum Plumbo emplastra parant. 400 quia Vina saturninis adulterantur. 5to quia saturninorum usus multiplex in Arthritide, in Gonorrbæa, Pollutione, Phthifi, Hæmoptoë, Diarrbæa, Sudore nimio. Ratio, cur saturnina plus deglutita noceant, quam inspirata? S. II. Prognosis Colicæ Pictonum ex ipsa natura causa sua proxima incerta effe demonstratur. Ignoramus an prava conformatio partium, quam morbus genuit, invincibilis jam sit, ut sæpe est; an vincibilis? Cœcum, Colon, Rectum, Ileum, Duodenum, male conformari 133

### ANACEPHAL ÆOSIS.

in boc morbo, Anatome docet. Cur ovillorum inflar excrementa? Et cur qui curati talia excernunt. supponantur invincibilem eousque habere malam Coli conformationem, adeoque morbi remotam causam? Tumorum in Metacarpo Diagnofis & Prognofis incerta. Nonnulla in quorundam jastantiam. S. III. Morbi Symptomatum miranda varietas. Paralyfis & in morbi principio, & in decur/u, & in fine, imo eodem diu curato, invadit, nec ipsa in fingulis eadem, nec Critica: eademque omnia affirmanda, ac neganda de Istero; Ischuria, Hydrope, Aphonia, Amaurofi, in hoc morbo observatis. Plura Phenomena morbi inexplicabilia. S. IV. Post Opium, & purgantia, opus Oleofa absolvunt. S. V. Electricitatis in Paralysi, ab boc morbe superstite curanda, laudes eximiæ. Proficua tamen magis illa cum, vel fine, cæteris auxiliis Artis. Non omnes quidem curat; sed id neque præstantissima Artis auxilia præstant. Nec laudi ejus deperit guid, si vel nonnulli ultimam electricitatis potentiam tristi eventu temerarie, casuve, experti sint; vel si alis majores ipst, quam possideat, vires adscripserint. Et si homo post admotam vim electricam moveretur, bæc ideo non magis vituperanda esset, quam aut Venæ sectio, aut remedium purgans, diaphoreticum, paregoricum, emolliens, refrigerans, vituperandum foret; si bomo post tale quid assumptum, fato suo occumberet. S. VI. Necessitas Anatomes ad digno-Scendas morborum causas. S. VII. Problema circa effectus Arsenici.

S. I. Dedi præcedenti capite numero Novem hominum, Colica Pictavensi afflictorum, historiam, quorum tres curati quidem visi sunt, & nihilominus perierunt; sex vero *bucusque* apparent curati. Addidique trium ipsorum, qui perierint, M 3 exa-

exactam Anatomen. Facile quisque cernit, hæc omnia nobis multam fuppeditare differendi copiam. Ordine progreffurus, examinabo primum quænam potifiimum caufa dirum hunc morbum, in horum fingulis, genuerit.

Plumbum accufavit Cap. VII. §. I. Pictor, §. II. Tinctor, §. III. Pharmacopæus, §. IV. Uxor Tinctoris, §. VI. Tinctor alter. Etiam Joannes V. . . §. VII. & Figulus §. IX. ex Plumbo fibi morbum contraxiffe videntur. Quod autem ex novem hominibus feptem morbum fuum Plumbo debeant, confirmat abunde id, quod olim fuper hac Colicæ Pictonum caufa in peculiari Tractatu, & in Tom I. Rat. Med. Cap. IX. & Cap. XXIV. fufius disferui : fi autem latum, ac crebrum, plumbi apud mortales ufum, penitus introfpiciamus, caufam hujus morbi frequenter ctiam plumbo adferibemus, quamvis id ab ægris, medicisve, minus accufetur.

Est quippe prime innumera hominum multitudo, qui nostris in Regnis atque Provinciis Plumbi mineram effodiunt, tractant, igneque transmittunt. Endemicam autem Colicam bine nasci Tom. I. luculento exemplo patuit.

Secundo est quoque ingens Opificum numerus, qui faturnina varia parent, commisceantque aliis cum rebus; unde corum halitibus, seu vaporibus, frequenter exponuntur: qualis Pictor erat, Infector, Infectoris uxor, Infector alter, & Figulus. Cujusmodi & Figuli erant, quos sepius ad Machinam electricam a paralysi curatos superioribus Partibus hujus Operis retuli: vasis quippe terreis, amalgamate saturnino incrustandis, operam dant.

Tertio Saturnino Vapori Pharmacopæos frequenter exponi contingit, occupatos fcilicet sepe diu in terendo plumbo, codemque cum oleis coquendo, ad multas Emplastrorum species conficiendas, quarum

#### ANACEPHALÆOSIS.

Viennense Dispensatorium solum tres & viginti numerat. Huic causæ etiam Pharmacopæus g. III. suum imputabat infortunium.

Quarto fatalis ars, olim in Germania frequens, Vina levia, acidaque, plumbi ope gratiora, ac prætiofiora reddendi, prorfum extincta necdum videtur. Quam frequenter inde hæc Colica orta fit, optimus Boerhaave in Lectionibus fuis de Morbis nervorum, (quas folers & industrius Vir, clariffimus Van Heems, ex fuis, aliorumque Viri immortalis auditorum feriptis, edidit) docuiffe, expertusque este, legitur. Probe novi necdum extinctum hoe artificium este; adeoque nequeo, quin ex Actorum Haarlemensium Tomo primo, anno 1754 edito, hie quid interferam, quod fraudem possit detegere.

In his actis celeberrimus, nec fine reverentia unquam nominandus Gaubius, candide exponit caufas, ob quas varii Viri clari & eruditi crederent, a luftris propemodum quinque, Colicam Pictonum adeo. apud suos populares invaluisse : quarum causarum majorem minoremve valorem in præsentiarum minime moratus, id neutiquam saltem assert negare se posse, quod Vini aut Rhenani aut Mosellani, fa-Eta cum varia plumbi præparatione Adulteratio. multam huc fymbolam contulerit : equidem ejusmodi ægros novisse se, qui quamvis vinis hisce non usi, quamvis sobrii, imo abstemii, in hunc morbum nihilosecius incidissent; alios e contrario, qui quamvis ejusmodi vinis effent intemperanter uli, viverent tamen ab eodem morbo immunes: nihilominus id a nemine inficias iri poste, quod Colica pictonica ab ejusmodi vino nascatur: posse se inde testatiffima exempla proferre : vina quoque hoc modo. adulterata prostare venalia, se propria experiencia noffe. Transit Vir Celeb. inde ad variorum sucum M 4 hunc

hunc detegendi conamina, multusque est in demonstranda incertitudine, ac vanitate, tentamenti facti cum Spiritu falis, cum Oleo Vitrioli rectificato, cum Alcalinis salibus &c. laudatque demum, approbat, & commendat, Atramentum Sympatheticum, five liquorem Vini probatorium dictum nonnullis, a Neumanno descriptum, cujus en compositionem : R. Auripigmenti unc. j. Calcis vivæ unc. ij. feorfim fingulum tere in pulverem, misce, affunde illi in Phiala Chemica unc. xij. aq. pluvialis puræ : obturato Phialæ collo, digere 24. hor. spat. calore moderato, Phialam quovis bihorio agitando. Refrigeretur, &, ubi subsederit, decanta, probe autem obturata lagena conserva. Qui loco diuturnioris digeftionis coctionem dimidiæ horæ præfert, liquorem obtinebit eundem. Si hujus guttulas aliquot Aceto plumbi seu lithargyrii affuderis, moxque nigrescat id, & turbetur; liquoris tui præstantiam habes. Necesse porro este ait lagenam probe obtures, nec crebro aperias, ne vis debilitetur liquoris : præstare proinde in parvis admodum lagenis confervetur, ne vilescat totum. Vinum porro exploraturus, instillet aliquot guttulas in purum vitrum vino semiplenum : si vinum mox coloris fiat ex flavo rubri, fusci, nigrescentisve, unaque turbetur; pro majore, minoreve ejusmodi mutatione, major erit, minorve facta saturno adulteratio; cum vinum minime adulteratum pallide duntaxat turbe-Cum aliquot elapfis abhine annis Butyrum, tur. quod in Belgio non quotidie recens, fed magnis in doliis, cum fale affervatum, venale prostat, præ terribili Boum mortalitate cari admodum pretii esfet, eique Cerussam, quo pondus augeretur, rustici nonnulli admifcuiffent, Clariffimus Vir liquore suo eidem admisto videbat fuscum id, & subnigrum, ac

182

La ...

### ANACEPHALEOSIS,

ac veluti cœnofum fieri; interea dum liquor idem, Butyro non adulterato additus, nullam conciliaret coloris mutationem.

Quinto Usus Saturninorum internus, turbam hac Colica affectorum immane quantum poffit debeatque augere! Est enim internus horum longe frequentior usus, quam vulgo creditur. Videatur modo quæ Schröderus in Thesauro Pharmacologico de Saccharo Saturni, ejusque Magisterio, de Spiritu Saturni, de Nitro Saturnino, de Sale plumbi volatili, deque variæ ex hoc Metallo compositionis Tincturis, referat, laudetque. Empiricus apud Fernelium Cap. 7. de L. V. Arthriticos faccharo Saturni curare fe posse gloriatus, Arthritico id dedit: ille vero primum in Dysenteriam, postmodum in immanem Colicam, in Alvum obstructam, in Icterum tandem, incidit. Ecquis non horret detestandam Gonorrhœas quascunque plumbo curandi methodum? Antiqua Methodus eft, eamque Dispensatorium Viennense anno 1729. editum adoptavit, in pilularum ad Gonorrhæam compositione; Dosi quidem parca; fed quam Medici & Chirurgi pro lubitu augent. Vidi formulam eorum compositam ex Saccharo Saturni Scrup. j. Cerussa dr. j. Aquæ unc. vj. qua unica mistura, cochleatim sumta, homo ab inveterata Gonorrhœa liber quidem fuit, fed brevi polt diriffima, ac pene letali Colica Pictonum, una cum excrementorum vomitu, miserrime conflictatus est, morbique illius reliquias trislissimas etiamnum, in tertium annum, experitur, & luget.

Sed & ad alia, quam ad Gonorrhœam, adhibetur. In codem nostro Dispensatorio pag. 264. Sacchari Saturni usus internus laudatur, quia refrigerat, & exsiccat, semen extinguit, & Venerem flaccescentem inducit. Præsens in Confilio fui, apud Religiosum Juvenem, quem pollutiones nocturnæ in tabem dor-M 5

falem conjicere ceptæ erant, audivique Medicum. dum viveret, famofum, Saccharum Saturni, veluti unicum, quod superesset, remedium, audacter, acriterque propugnantem, & suas admirandas hoc remedio patratas curas vehementer gloriantem. Fugiebat fane Virum hunc lugubris apud Hoffmannum in Disf. de pass. iliaca historia Juvenis, qui, ad sistendas crebriores Pollutiones, Saturni Saccharo ufus, alvo corriperetur quatuordecim dies fic obftipata, ut ne prodire quidem flatus possent, ac tandem miserrime periret. Fugiebat, inquam, ipsum hæc historia: sin minus, & si revera plumbo suo tot homines a pollutione curaffet, vel floccifecit corundem ex plumbo natas calamitates; vel has easdem non a plumbo, sed fortuito, aliundeve ortas effe, stulte credidit.

Profecto dum video quantæ autoritatis apud plurimos Medicos ii commentarii, vel notæ fint, quas in dispensatorio nostro formulis adjectas legimus; dum ipsam multorum praxin intueor; digito forte causam tango, cur Monasteriorum felices incolæ diro hoc morbo nonnunquam impetantur.

Et quid demum dicam de Tinctura nostri Dispenfatorii Antiphthisica, quam uncia una & dimidia salis Saturni, uncia una Vitrioli Martis, dragma una Terræ fol. Tart. cum Spiritus Vini & Aceti à libra dimidia, componunt? utique si legant Medicastri in Nota ad hanc Tincturam, Eam sperato cum successu adhiberi, in Phthis, Hæmoptysi, Diarrhæa & consimilibus affectibus, ut & in sudore nimio; Colicam Pictonum prosecto vehementer propagare debent, cum hisce mox recensitis morbis turba hominum innumerabilis laboret.

Antequam hunc articulum relinquam, respondebo quæstioni, quam in scriptis proponi video, cur nempe halitus seu Vapor plumbi vias primas assiciat,

### ANACEPHALÆOSIS.

ciat, non vero Pulmonem? Dico ipfos etiam Pulmones inde affectos multis exemplis probari. Quid enim aliud docet Vox in multis meorum perpetuo rauca? Quid in aliis aphonia? Quid tuffis, glutinisque frequens excretio, aliud docent, quam haud inculpate infpirari venenum? Fatendum tamen eft, idem nocere potentius, dum cum Saliva deglutitum, acido forte primarum viarum, codemque cibi potusque more ingefto, folvitur, & tunc potiffimum conftringendo folida, fluidaque infpiffando, nervos præterea incomprehenfibili modo afficiundo, hunc morbum generat.

§. II. Prognofin incertam effe, Anatome docet. Licet enim multi integre curentur, nemo tamen, cessante penitus paroxysmo, ita morbum sublatum esse affirmare poteft, ut ea non sit facta partium depravatio, quæ causam morbi proegumenam, eamque perennem, faciat. Revocemus nobis in mentem causam morbi proximam ! Compressionem scilicet Inteflinorum internam, & externam, qua & fuo in cavo vehementer arctentur, & validifimo musculorum abdominalium Tetano arctiffime inter fefe comprimantur; interea dum Antiperistalticus motus cuncta sursum pellat sic, ut medicamenta, ut alimenta, ut gluten, bilis, succus pancreaticus, entericus, gattricus, imo nonnunquam ipfa excrementa, ore reddantur. Hoc ultimum fi contingat, -vel in ipfo Ileo inteftino stercora generari, haud liquida modo, sed & compacta, quod pluries in Nosocomio demonstravi, concludimus; fin minus, tunc Baubini Valvulæ vim superatam effe; quod salva quidem vita tolerari ab homine posse, periculosum tamen esse, prioribus hujus Operis partibus evici.

Jam non unum, sed omnia intestina posse in hoc morbo depravari, & forma sua degenerare; abunde docuere Cadavera. Vidimus enormem Duodeni de-

gene-

generationem, in alio Ilei, in omnibus Coli, in multis Cœci, in uno etiam Inteflini Recti. In degeneri hac fabrica animadvertimus amplificationes, & coarctationes miras, in eodem Inteflino, unde contenta in eorum cavo mire retardentur oportet, colicamque refufcitent: quin & in eadem coli contracta parte ligamenta peculiariter fic contrahi, ut inteflinum cellulas quasdam formet, in quibus moram trahentes fæces, demum non prodeant, nifi ovillorum, aut caprarum fimiles.

Hunc nunc Tetanum, hanc Inteffinorum contratetionem, novimus posse penitus solvit, ut curati ab hoc morbo, in eundem recidant nunquam, ni novam ponant ejusdem causam. Sed novimus quoque manere quandoque perpetuo has contractiones Tetani in modum, in vita hominum; a morte autem vel solvi, ut aliis in Tetanis vidimus, & ut in Tinctore §. II. Cap. VII. patuit; vel pertinaciter permanere, ut alias biduo, triduoque a morte, plus semel observavimus: tandem novimus non modo Tetani perseverantis more Intessina contracta manere, verum etiam mutatione naturalis fabricæ sue, in ligamentosam cartilagineamque naturam, nulla amplius arte mutabilem, degenerare; quemadmodum in Pictore §. I. & Pharmacopæo §. III.

Manifestum inde fit cos, qui postquam ab hoc morbo curati sint, crebroque in colicos dolores leviores incidentes, parvos ejusmodi globulos fæcales deponant, nos aut de perseverante, aut de facile redintegrante Coli Intestini contractione, cum certiores reddere, tum in prognosi cautos; hos vero quibus, consequentibus deinde annis, naturalem maxime in modum, fæces alvinæ figuratæ deponantur, spem dare maximam fore ut talis causa proëgumena superstes in illis non st.

At vero quid in dorso manuum, ante Carpum, tuber-

#### ANACEPHALEOSIS.

tubercula illa ad Prognofin ? Id mihi ab annis propemodum triginta conftitit, ut licet dentur, qui citra hunc morbum confimilia tubercula gerant, attamen illa cunctis, quos Colica hæc affligit, oboriantur, recidivamque, ni cum paroxysmo dispareant, minentur. Cum sedem habeant immobilem, mobilemve, prout vel in cellulofitate, vel in vagina unius Extenforum Digitorum tendinis, vel in Periosteo, ipfove Offis in corpore locentur; certum est mobilitatem præstare præ immobilitate, præstare quoque si post paroxysmum sensim dispareant, quam si perseverent. Dixi si sensim dispareant, observatio enim a Clariffimo Massuet in Rat. Med. Tom. I. Cap. XXIV. communicata, subitum tuberculorum recessum funestissimum esse probavit. Sed quam ista habent cum morbo relationem ? Cur omnibus Colica pictonum laborantibus, saltem quos ego vidi numerosos, hæc adsunt? Et cur non eadem in omnibus sede ? An diuturna mora eam contrahat corundem materia malignitatem, ut subito resorpta interimat hominem?

Si nostram prognosin Observata indubitata', tot ac tanta, difficilem incertamque reddant, quid demum de eorum affertione cogitandum, qui drasticis suis remediis hunc morbum se fic curare glorientur, ut spatio 23. annorum, ex 1200. ægris paulo tantum plus, quam 20., scilicet ex quinquaginta vix unus, perierint ? Suspicor vel morbum, multis phænomenus confimilem, pro Colica pictonum tractatum esser vel paroxysmo in hominibus robustioribus methodo illa sublato, postiliminio vero redeunte, ægros, priori Methodo diffisos, aliis se curandos tradidisse; horum autem periisse complures, quorum ab hoc morbo numerum determinare, non potuerint.

§. III.

Unable to display this page

tassent paralyseos inchoamenta, nullatenus me vocasset.

Paralyfis porro hæc phænomenis miris, vixque explicandis, adoritur ægros. Vidi, ac demonstravi in Nofocomio, Deltoidis utroque in latere fic evanuisse carnem, ut ejus loco nihil, nisi membranaceum quid, tactu perciperetur; dum interea omnes humeri, cubitique mulculi, haud quidem periisse viderentur, sed in ejusmodi potius mutati substantiam, idque una cum adipe, & cute, ut sæpe eis, qui circumstarent, Medicis, & Medicinæ studiosis, fassus fuerim, valdopere me hærere ancipitem, quo demum nomine eandem appellarem. Ad offa enim usque non aliud quid percipere erat, quam mollis faccus æquabili pulmento plenus, ac fi moles tota carnis musculosæ, tendinum, aponeuroseon, nervorumque, in ejusmodi pultem colliquefacta effet. Sed & codem tempore ceteri, qui hoc morbo laborantes in Nofocomio erant, brachiorumque patiebantur paralysin, hi minus, illi parum admodum, flaccidam carnem habebant: juvenemque mirabundi conspiciebamus, qui paralysi simili motoriorum brachii nervorum, ex apoplexia nata, laborabat, cum torofa omnium musculorum firmitudine.

Ex dictis itaque patet, Incompletam effe hanc Paralyfin, ita ut fenfus fuperfit, & in plerisque motus obscurior musculorum flexorum, in paucis omnis omnino motus privatio. Calor quoque, & arteriarum superest pulsus.

Itterum in multis vidi, cumque in vigore, in incremento morbi, natum; videtur, fystemate biliofo, una cum reliquo ventre vehementer contracto, bilis in fanguinem retrofluere. Nunquam autem, quod alii asserunt, icterum vidi hujus morbi criticum. Saltem in femina §. IV. Cap. VII. & in viro §. VII. talis non fuit.

Ischu-

Ischuriam olim non adverti, in hoc morbo, quamobrem in Tractatu, 20. abhinc annis edito, nullam feci ejusdem mentionem. Ex illo vero tempore eandem in nonnullis obfervavi, haud tamen quovis in paroxysmo: eamque his veram, illis fpuriam, ut Catheter docuit. Contractio Tetanoidea universi abdominis causam utriusque Ischuriæ facit intellectu facilem; ut miremur potius abesse, quam adesse candem.

Nondum in Hydropem nisi inchoantem, levique opera dispellendum, lapsos ab hoc morbo vidi. Solidorum debilitas & inertia fluidorum, a Colica Pictonum ortæ, in Hydropem facile possinnt disponere corpus. In plerisque Methodo nostra illum prævenisse nos reor : Amaurosin Pictor, Infector Amblyopiam, ultimo, coque letali in paroxysmo, passi funt. Magni Winslow annosæ de origine Nervi intercostalis demonstrationes, quas Tom. III. cap. II. ut explicationis meæ basin assume assume ani hujus causam.

Vocem raucam, sæpe vix Intelligibilem, haud raro adverti. Ad Num. primum hujus capitis exposui causam.

Atque ita mirabilis morbi mirabilia quædam phænomena utcumque explicantur. Pluraque in iis, quæ fuper hoc morbo publici juris feci, exponere conatus fum, fed quam ibidem plurima explicandi difficultatem faffus fum, eandem hac occafione ingemino. Qui enim Paralyfin explicem hominis §. VII.? Si quis pultis craffioris & æquabilis fimilitudinem in carne, in tendonibus, in adipe, in cute ipfa, a denegato nervorum influxu, actioneque, intelligere fe opinetur, explicet fimul, cur in juvene ab apoplexia paralytico, adeffet fimilis humeri, brachii, manus, digitorumque Paralyfis, cum artus totius folidiffima torofitate ? Si quis fanguinis arteriofi in-

### ANACEPHALÆOSIS.

influxum defiderari autumet, calor profecto partis, naturali ad Thermometron auctior potius, quam imminutior, pulsusque arteriæ axillaris & Carpi plenus, fortis, æqualis, defectum non innuunt arteriofi cruoris. Et tandem musculi in hoc homine Flexores, cur eadem cum flacciditate motus reliquias poffident ? exercent ? Si quisquam forte non Nervum, non Arteriam sed ipfarum Musculi, Tendinisque, fibrarum atoniam accuset, ob quam licet Nervus & Arteria sua præstarent, inertes tamen hæ fibræ ab iisdem animari non possent; cur tunc musculi flexores, qui inertiæ ejusdem funt, non, æque quam erectores, ad agendum inepti funt? Fateamur potius ingenui, in tota Oeconomia animali nimis multa nos latere; nimisque arbitrarium; atque defectuosum, quodeunque Nervorum actionis explicandæ systema esse, quam ut & ejusmodi, & centenorum aliorum Phænomenon, tolerabilem proferamus explicationem.

J. IV. Quantum ad morbi curam spectat, arbitror me in Opusculis meis prioribus sufficientia experimenta attulisse, ut quam nunc secutus Methodum fuerim, eam omnium aptissimam esse judicem. Vel enim restitutos inde vidimus nonnullos, qui hucusque & a morbo liberati videntur, & ab ejusdem fequelis; vel Colicam cum ejus fequelis abstulimus, fanitate temporaria succedente : quos cosdem aut iterata morbi caufa, aut degener facta a prioribus infultibus corporis fabrica vita privavit. Olcum autem, & quidquid oleosum vocatur, post Opium, & Purgantia, primas agere partes, effectus demonstrant. Crispas vias primas relaxat, involvit Toxicum, ne noceat; infinuandoque sele sua, quam aqua majorem habet, penetrabilitate, inter Intestina, & coactos globulos fæcales, eosdem solvit, redditque ad excundum mobiles. Butyrum, quod primo Pi-N ctor.

Igr

ctor, deinde reliqui ægri mane ac fero copiofum sumserunt, eundem cum oleo præstitit effectum, præcavitque, ne denuo fimiles colligerentur fæces. Monui jam antea P. Milonem desperatam alias Matronam oleo, Butyroque solis, diu continuatis, ab hoc morbo curasse. Jamque ad Prophylaxin co nihil præstantius esse, demonstravit exemplum fodinæ Styriensis Tom. I. cap. VIII. Numquid Empyricus ille, hujus salutaris consilii Autor, vidiffet in Agricola effigiem hominis, qui ne fibi, in separando plumbo de argento, vapor noceret, butyrum comedit? Aut apud Stockbusium lardi hoc in casu legisset encomium? Est utique confilium, quod cunctis Pictoribus, Tinctoribus, Figulis, componentibus faturnina Emplastra Pharmacopæis, Deauratoribus, foleo inculcare, ne Plumbi, ne Mercurii, ne aliorum Metallorum, aut Semimetallorum vapor, ipfis detrimento fit.

§. V. Electricitatem omnibus admotam effe, quos in Colica Pictonum Paralysis invasisset, docuit cujusque historia. Et olim in Hollandia, & jam in XII. annum Viennæ, ejusmodi morbos, haud exiguo fane cum successu, ad Machinam electricam admovi. Habet equidem Ars medica auxilia multa, caque egregia, atque efficacia, ad curandam Paralyfin quamcunque præsertimque ad eam, quam aut Saturnus genuit, aut Mercurius: at vero comparato numero corum, qui fine Electricitate a Paralyfi convaluerint, cum illorum numero, quibus fimul Ele-Etrica vis adhibita fuerit; utique hic illum longe luperat. Ea de re multos hujus urbis Medicos convictos effe vel inde colligo, quod illos Paralyticos, quos deprehenderint curatu difficiles, ad Machinam meam mittant; quorum haud paucos aut integre curatos, aut multum sublevatos, læti recipiunt. Sicque responsum illorum objectioni est, qui cæteris potius 67023

## ANACEPHAL EOSIS.

101

potius artis auxiliis, quam vi electricæ una adhibitæ, has curas adferibant. Si enim inito calculo conftat plures cum Machina electrina curari, quam absque eadem, fponte objectio ruit. Sed cur non tentemus vi Machinæ unica Paralyticos curare? Evidentior enim ejus potentia redderetur. Tentatum & hoc: Calculo autem iterato fubducto evictum eft, virtutem Electricam cum cæteris artis præfidiis, quæ folida, fluidaque ad eandem aptent, paralyfin expediditius curare, quam absque illis.

Haud tamen vel fola, vel juncta cæteris fuppetiis Electricitate, curari omnes, imo potius incurabiles hucusque non paucos effe, ultro fateor: fed quod in aliis morbis artis præftantiffima auxilia haud omnes ex æquo curent, id laudi ipforum minime detrahit, adeoque idem nihil Electricitatis detrahit laudibus. Et cunctarum gentium experimentis id evidens fit, ut fi multos non juvet, iisdem faltem non noceat. Loquor autem perpetuo, ut ex ægrorum hiftoriis patet, de Electricitate fimplici, in corona multorum fibi mutuo, fine fubftrato pavimento refinofo, affidentium adplicata: nunquam enim vi fortiore, nunquam ictu Muffchenbroeckiano, fimilibusve, utimur. Hanc dico fimplicem electricitatem nullo unquam exemplo cuiquam nocuiffe.

Si itaque, eoquod a temeraria Electricitatis applicatione, coactisve nimium ejusdem viribus, unus, alterve male haberet, imo etiam periret, Medicus forfan exifteret, qui ob id ipfum Electricitatem e foro medico proferibendam cenferet; an hunc eo fapientiorem exiftimares, qui vellet focietatem hnmanam igne penitus privare, coquod multa incendia producat, perimatque homines ? quod fi quis Electricitatem ideo ex Medicina exulem effe juberet, quod viri nonnulli, maxime *Itali*, vires eidem, quas non poffidet, adferipfiffent; nonne hunc rogaremus, to-N 2

tam Materiem Medicam in ignem conjiceret, eoquod plures Medicamentis vires tribuat, quam quibus revera polleant? Certe dum vitant Stulti vitia in contraria ruunt.

Possibilis tamen res est, hominem post adplicitam Electricitatem mori; quæ tamen eadem res ideo non docet, eundem effe ab illa enectum. Revocemus nobis in mentem, quam tradidi historiam Rat. Med. Tom. I. pag. 326. hominis, qui ad Paralyfin ex mærore, terrore, ira, natam, annum integrum quotidie ad Machinam noftram admotus, demum subitanea Apoplexia periit : causis chronicæ Paralyfeos & acutifimæ Apoplexiæ, abunde in Cadavere detectis. Si quis hunc dicat vi electrica periisse, nullum profecto artis auxilium datur, cui similem non inuras infamiam. Ecquis Practicorum eft, qui cum omni prudentia aut Vena secta, aut admoto Vesicante, aut injecto Enemate, aut datis vel Emetico, vel Purgante, vel Hidragogo, vel Diurctico, vel Expectorante; hominem quandoque brevi non viderit percuntem, absque co tamen, quod mortis præ foris adstantis præsagia aut notasset, aut notare potuisset ? Utique subdolæ, latibuloque absconditæ Leti causæ, ex improviso, ac veluti proditorie, hommem infiliunt quandoque, & conficiunt. Sed an ob idipfum omnia mox enarrata Artis præfidia proscripserit quis? Profecto vel nulla unquam Medicina juxta Montagniana principia facienda eft; vel ejusmodi infortunitatis in cafibus auxilia artis suum sibi debitum servabunt honorem, morsque non illis, sed immutabili hominis fato, adscribunda erit.

§. IV. In recentendis illis, quæ nos docuit Anatome, non immorabor: fuo enim loco & ea, quæ præfertim ad Colicam Pictonum pertinent, & quæ ad univerfam Pathologiam, Capite VII. enarravi: dein attuli præcipua paulo ante, de Prognofi verba faciens z

### ANACEPHALEOSIS.

ciens: denique explicatio Tabulis fingulis adjungenda, hæc omnia enucleatius dabit. Hoc unice hic notaverim, quod fectio anatomica hominum, hoc morbo denatorum, talem degenerem partium fabricam nobis exhibeat, ut parem fibi ingenio fingere nemo mortalium poffet; quodque eandem ob caufam impoffibile fit tolerabilem utcunque morbi ideam citra Anatomen formare. Cum igitur hujus morbi rara admodum Anatome deferibatur, mirarine oportet Autores plerosque, qui penetrare in morbi naturam moliti fint, adeo inter fefe diverfa, adeo contraria, adeo aliquoties abfona, & intolerabilia congeffiffe, & effutiiffe?

§. VII. Notare juvat Pictorem Cap. VII. §. I. Crurum ac pedum ardorem, pruritumque intolerabilem, fpatio decem feptimanarum paffum fuiffe, eumque a Badensi balneo auctiorem : quem utique reliqui, qui Colica eadem laborantes hic exhibentur, experti non funt. An Cobalto, Arfenicæ mineræ, quo usum illum sua in arte Anamnesis refert, hoc symptoma adscribendum? Forte. Mulier enim Rat. Med. Part. 9. pag. 114. quæ Arsenicum sumserat, intolerabilem quoque crurum, pedumque pruritum, longo tempore, sine levamine, conquesta est.

## CAPUT IX.

## De Tetano.

S.I. Historia Tetani hominem perimentis, qui Colica Saturnina quondam laboraverat, & in Tetano morbo symptomata bujus Colicæ gravia passes; Ventris nempe contractionem tetanoidæam; excrementa ovillorum instar; urinæ tam Incontinentiam, quam N 3

#### DE TETANO.

Impotentiam ; Amaurofin ; & qui a morte etiam malam Coli Inteflini conformationem oftendit. Tetanus bie febrem fociam babuit, fuitque Maxille primum, tum Dorft, dein Ventris, & tandem Crurum; brachiis perpetuo immunibus. Libræ 12. fanguinis semper instammatisfimi detracte, pulsum moderari non potuere. Sudor perpetuus. Urinæ fere bonæ, plerumque arenam ruffam, nonnunquam (picula spiendentia, babuerunt. Mors 20. die. Rigor non Cadaveris, sed convulsivus. Quid in dubia morte agendum? Serum probabiliter inter P. M. 8 Cerebrum collectum. Repetitur admonitio cautelæ in collocanda sede tumoris ac doloris, ne imaginario viscerum situ fallamur. Quædam de Intestinorum Susceptione. Cor utroque in Thalamo perfeste vacuum, onustis interim sanguine pulmonibus. §. 11. Historie due Tetani, multis phenomenis nostro consimilis.

S. I. A ger, qui nobis de Tetano agendi occafionem fuppeditavit, in Capite VII. de Colica Pictonum referendus fuisset: verum quia Tabula IV., adjectæque eidem notæ, ea, quæ ad Colicam illam pertineant, explicabunt abunde; & præterea letalis hominis Tetanus magis, quam Colica, senam ultimam claussit; malui tristem casum titulo Tetani recensere.

Egi de Tetano pluribus Part. VI. Probl. IX. Cum autem dies diem doceat, pluraque ex eo tempore observaverim, quibus priora mea emendari, perficique queant, notabilem hic dabo ejusdem historiam.

Simon M. annos 30. natus, figulino labore victum quondam quæritans, Colica pictonum, abeunte, ac redeunte, adeo misere conflictabatur, ut operi huic de-

795

- 11/-

demum valediceret, & a triennio Fornacum Cæmentarium ceperit agere.

Die 28. Aprilis hujus anni frequentem ac moleftam experiebatur Ofcitationem, vagumque finiftri maxillæ articuli dolorem: Die fequenti facram Peregrinationem cum uxore fuscepturus, in Templo quodam Tetano correptus est. Venamque ilico fectus, ingreffu difficiliore domum reversus est.

Die 2. Maii, adeoque die 6. morbi, in Nofocomio me inter pauperes convenit, cum Maxillæ Tetano, ejusdemque leviore dolore, dorfi præterea inchoante rigiditate, ac deglutitione incommoda; pulsu interim magno, æquali, parum febrili; alvo deficiente.

Suafi Clyfma ilico injicerent, fecarent in pede Venam, Cataplafma calentis fimi equini Maxillæ, Genis, Temporibusque obvolverent, & uteretur Emulfo camphorato paregorico.

Die 3. Maii, morbi feptima, melius fibi effe ajebat, nos vero id haud ita deprehendebamus. Suafi ipfi in Nofocomio maneret, cum is ejus morbus non effet, qui itum, reditumque, in Nofocomium admitteret. Manfit. Animus fuiffet autoritate & exemplo Doctifiimi Viri Watfon, in Epift. ad Soc. Reg. Angl., electrinas experiri virtutes: verum morbi mutata facies aliud agendum juffit, quinque Electricitatis ictibus tantum adplicitis.

Febris enim maxima finiente die septima se Tetano adjunxit, &, post dorsi enormes dolores, Opisthotonos. Exinde usque ad completos viginti morbi dies, hominem hunc ceu Circes incantamentis, in rigidam statuam mutatum vidimus, dolentem, inquietum, seque vel continuo agitantem, vel ab aliis moveri, centies lecto eximi, in eumque remitti, flagitantem. Frequentissime percipiebat primo in infimo Ventre, deinde in Ventre superiore, tandem

S144

N 4

in

in Dorso, ceu unico de puncto, dolorem oriri; qui actutum corporis cum inferiorem, tum superiorem partem, in ligneam duritiem, dolentiffimo cum fubfultu, tenderet. Deglutitio toto illo tempore raro impoffibilis, plerumque plus minus difficilis. Per omnem fere morbum pullus plenus, vibrans fortiter, durus plerumque, ac celer; post 12. Libras fanguinis semper inflammatissimi, in octo V.S. detractas, vix unquam moderatior. Alvus ipfi fæpe globulofa, ovillorum stercorum instar, fapius tamen pulmento fimilis. Venter quoque asseris inftar durus, rigidus, & introtractus. Perque totam ægritudinem fere sudor, paucior, profusiorque, perpetuus, sub mortem viscidus. Urinæ nunquam refpondentes, aut inflammatoriis morbis, aut spasmodicis; erant enim semper coloris aut flavi, aut fufci, cum bono passim enzoremate, & plerumque cum arenulis five in fundo, five in pellicula fupernatante, five ad vitri latera, five aliquando ubique. Arenula hæc haud quidem ab initio confpicua fuit, verum ubi 3. 4. 6. 10., & sub finem vitæ, ubi 20., & ultra, horas conquieverant urinæ; copiofior ac citior die morbi 14.; postmodum præter arenulam spiculas multas, splendidasque lotium gessit, cum levi hypostasi : pridieque mortis urina, qua æger aut sola, aut fæcibus mista, se se, lectumque conspurcaverat, jam denuo in vitrum micta, arenas trihorio post ostendere cepit. In morbo toto fomnus paucus, isque a paregorico tantum, fæpius tamen ne cum illo quidem. Respiratio non valde mala, post 15. diem autem admodum anhelosa, quando fimul subdelirium incepit, deinde delirium, primum inconstans, deinde perpetuum, furibundumque aliquando. Sæpius etiam contigit, ut in deliramento anhelofius respirans, mox blandius respiraret, si ips: aut loqueremur, aut aliquid ingerere

#### DE TETANO.

rere tentaremus: ita ut phantafia terrifico occupari objecto videretur, quod non fic, fi parum refipifceret. Convulfiones clonicas feu alternantes, paffus nunquam eft, neque fub mortem; fed validum, univertumque, tendinum fubfultum. Horis 26. ante mortem oculi fixi, pupillæ dilatatæ, & ne ad admotam quidem candelam vel minimum fe contrahentes. Calor a die feptimo, quo in Nofocomium venit, ad mortem ufque, 101. 102. 103. grad. Remedia externa, internaque, fere ea omnia fuere, quæ mox in recenfenda omnium Sæculorum in hoc morbo medicina, enarrabuntur. Obiit morbi completis 20. diebus.

Totus fuit a morte rigidus, etiam brachiis: quæ tamen fola fere femper fervaverant flexilitatem : non rigiditate cadaveris, fed inflexilitate omnino infuperabili. Verane ego mors nondum adeffet? Cum nuperrime in Siciliæ Regno de certa morte, ob summam hanc rigiditatem, dubitatum sit; utpote minus morti, quam convultioni tribuendam; multa tentavimus spirituum, pulverumque acrium, in nares inflatione; continua frictione; Electricitatis applicatione; thoracis palpatione, ut ejus inde figura mutaretur; Venæ sectione; aeris per os insufflatione; Clysterum, eorumque etiam ex fumo tabaci paratorum, immissione; uno verbo ea, quæ Magni Viri Morgagni & Sanctorini in dubia feminæ morte instituerant, imo his plura, ordine instituimus: cumque fexta a morte hora eadem rigiditas infuperabilis perfisteret, Cadaver in loco admodum frigido horas 48. fervavimus.

Tunc demum Cadaver aperui. Rigor jam multo minor, nec eo multorum Cadaverum superior, dorsum si excipias: maxilla autem diduci, sine plurima vi vectis, non potuit.

Olla Cranii refecta, & fanguinis effluxit tantil-N 5 lum2

#### DE TETANO,

lum, & una alteraque uncia aquæ. Dura mater bona. Pia Mater supra lobum Cerebri posteriorem utrumque quidem, magis vero supra finistrum, infarcta sanguine fic, ut purpurasceret universa. Sub Pia Matre humor effusus, qui lentus, albidusque, videbatur, idque ad lobos utrosque ubique; eadem vero perscissa, tenui sero similis liquor apparuit. An ferum id, quod in Olla Cranii auferenda effluxit, sub Pia Matre quoque hæserat? Certe inter utramque Meningem hæfisse nulla vestigia docebant, neque figna aderant, id cranium inter ac duram locatam fuisse meningem: hæc enim adeo fortiter quovis in puncto cum Cranio cohæfit, ut cranium majori cum vi nunquam viderim avelli: & imprudentia aliqua Serra utramque Membranam propinqua in plaga vulneraverat, ut liquor inde facile elabi potuerit. Certius hoc affirmare potuissem, fi in Chartis meis, in quibus vel mox a sectione, vel & sub cadem, vila reperta noto, invenirem notatam a me Piæ Matris a Cortice Cerebri separationem, in qua copiofior Lympha potuisset locari : cum autem id ibidem non inveniam notatum, nec memoria luggerit, hanc quæftionem in medio relinquo.

Ventriculi Cerebri fuperiores vacui omnino; proceffus Choroidæi pallidi, posteriore parte hydatici. Ventriculus tertius, & quartus, pariter vacui. In Occipite sub Cerebello cochleare plenum seri rubelli. In abdomine lente ac prudenter aperto, fitus Viscerum nostram attentionem primam fixit. Omensum bonum, medium Ventrem tegens, adeoque ineptum ad Epiplocelen. Hepar dextro in latere fitum sic, ut lobus ejusdem minor vix digiti lati spatium in finistro latere occuparet. Idem vero finister lobus sub cartilagine scutiformi trium fere pollicum altitudine ac latitudine confpicuus crat: dexter autem lobus sub Costarum margini-

## DE TETANO.

ginibus prorfum delituit. Id quod iterum adnotan dum, pro morbis ex viscerum situ dignoscendis, commendabam Auditoribus; ne quis semper quærat dextris sub costis eminens Hepar, inque medio Epigastrio sub Sterno Ventriculum: maxime cum hæe iterum sic visa suerint, clauso thorace, quando viscera abdominis a coercente Peritonæo liberata, descendendi nanciscuntur occasionem.

Ventriculus, pedis præter propter magnitudine, exacte finistrum Hypochondrium explebat.

Lienis fitus post Ventriculum, plus in dorso, quam in latere, parvusque idem, & infra octavam Costam vix eminens; fic, ut, in suspicione morbi splenici, frustra quis cum finistris sub costis quæsivisset. Cæterum & ipse, & Hepar, fanum utrumque. Vesseula gerebat Bilem non multam, non spissam, colore flavam.

Cœci Intestini faccus in pelvi crat, ad digitum latum ab inguine dextro. Colon adscendens inde recondebat se post Costas, pergens usque ad Costam nonam; unde paulum reflexum juxta crepidinem Jecinoris, mox in finistro latere quinque latorum digitorum profunditate descendebat, anguloque ibidem facto, adscendebat oblique ad altitudinem octavæ Costæ; flexu autem ibidem facto, descendit tam profunde in Ileum, ut inguini incumbens facile veram Coli herniam, data occasione, generare potuisset : porro vergens inde ad mediam pelvim, reflexit se digiti longitudine valde amplificatum, atque ilico plurimum angustatum : reflexum iterum inde versus pelvis medium, in amplum valde antrum abibat, denuoque angustatum demum Rectum formabat. Vid. Tab. 4.

In medio abdomine invenimus Intestini Ilei Introsusceptionem, longitudine geometrici pollicis, superiore parte ab inferiore suscepta, cujus signa in vita vita nunquam affuerant. Frequenter introfusceptiones observamus ejusmodi, convulsione forsitan ante mortem natas, quandoque numero plures, leves, facileque explicabiles; sed etiam nonnunquam fortes adeo, ut vix videantur subita convulsione nasci: cujusmodi unam descripsi, *Tom. I. in init.* Absonam non judico eorum sententiam esse, qui inveteratas ejusmodi, indissolubiles que Introsus ferences, falva vita tolerari posse credant; licet semper caufæ proegumenæ sint Ilei morbi.

Ren sinister dextro triplo major, durus admodum in substantia dicta corticali; dexter autem mollis.

Cor bonum, utroque thalamo perfecte vacuum.

In Cavo Thoracis finistro aquæ rubellæ unciæ duæ, in dextro unciæ quatuor.

Pulmones anteriore ac laterali superficie obscure grisei, ac variegati, qua autem Dorso, ac Diaphragmati accumbebant, lividi toti; intus vero plurimo sanguine rubicundi, & turgidi; accreti nullibi.

§. II. Hiftoriam Tetani, in quo fudor perennis; aquæ aliquot unciæ in Cavo Thoracis; pulmo uterque multo fanguine refertus, præfertim ad dorfum; feri copia pauca in Encephalo, adeoque noftræ hiftoriæ in multis fimilem, Valfalva notaverat, referente Cl Morgagno Ep. X. Miles quoque, qui, quod ebrius integram noctem humi cubaffet, Opifthotono affectus moreretur, inventus a Bontio fuit, Obfervat. I. Tract. ult. cum vitalibus ac naturalibus Visceribus integris, habere in Cerebri Ventriculis viscidam materiem, glutinosam, luteam, vitello ovorum perquam smilem, sed admodum settidam; Meningum quoque vasa valde turgida fanguine bilioso.

and suggest through a sector of a state of

CA

ZOZ

4ST

## CAPUT X.

1 THE . 174

Disfertatio de Tetano, Ejusque Speciebus, nec non de Curandi Eum Methodo, a Primis Medicinæ Sæculis, in Nostra Usque Tempora, Observata.

§. I. Præcipuorum Scriptorum, qui de Tetano egerunt. Catalogus. S. II. Genus & Species ejus. S. III. Multiplices ejus cause. S. IV. Symptomata morbi numerofa, cum continui, tum remittentis, tum intermittentis. S. V. Prognofis mala, primo ex Hippocrate, deinde ex reliquis Autoribus. §. VI. Sedecimarticulis enarratur curatio, & Hippocratica, & reliquorum Autorum. In borum septima cura Hippocratis, per aque frigide affusionem, explicatur. In articulo undecimo expenduntur Opii in Tetano vires. In decimo quarto quaritur, an Tetani curam liceat exsuscitata febre tentare? & in sequenti, an sudoribus? Tandem articulo post decimum sexto, occasione Quastionis, Num Tetanus aliquando urina judicetur? disseritur primo de vera mente Hippocratis circa urinam genituræ fimilem , oftenditurque, illum, bac appellatione utentem, genitalem liquorem neutiquam intellexisse : disseritur deinde de Arenosa urina, tam in Tetano, quam in omnibus morbis Acutis, diversisque Chronicis. Saltus fanguinis ex sauciata Arteria prosilientis, conspicitur aliquando in eo, qui ex secta tantummodo vena, jactu violento, profluit. §. VII. Subjunguntur Historiæ septem propriæ Observationis.

BULL ST THE

J. I.

### DE TETANO,

S. I. Morbus hic inter fumme periculofos numerandus, a primis Medicinæ temporibus exercuit multum, torfitque Medentium animos, tam in intellectu pathologico, quam in fuscipienda curatione.

Exorfi namque ab Hippocrate, invenimus eum morbum graphice descriptifie variis operum suorum locis. Libro de Vict. Acut. pag. apud Foesium 402. 403. Libro de Morbis primo, pag. 449. Libro de Morbis tertio, pag. 491. Libro de Internis affectibus, pag. 561. Libro de diebus Judicatoriis, pag. 57. Coacarum n. 361.362. Aphorism. Sect. 5. n.6. qui Textus recensetur quoque Libro de Cristbus: & sect. 5. n. 17. 20. 21. 22. Epidem 5. pag. 1159. Epidem 7. p. 1220.

Deinde Galenus in variis horum Hippocratis textuum Commentariis plura adjecit.

Aretæus Cappadox, de Caus. & Sign. Acut. Lib. I. Cap. 6. & de Curat. Acut. Lib. I. Cap. 6.

Cælius Aurelianus, lib. de Acut. Lib. III. Cap. 6. 7. 8.

Petrus Forestus Lib. 10. Obs. 111. 112. 113. una cum Scholiis.

Hollerius in Coac. n. 361. 362. in cosdemque textus Jacotius.

Duretus in Enarr. fuper Cap. 2. Holl. de Morb. intern. Prosper Alpinus, Med. Method. Lib. 10. cap. 8. Schenckius referens observata Mathiæ Cornacis, Viennensis ante 220. abhine annos Medicinæ Professoris, Fernelii, Benedisti, Cardani, Jacchini, Avicennæ, Benivenii, Valeriolæ, & tandem sua propria. Heurnius in Aphor. Sect. 6. n. 39. & Sect. 2. n. 26. Paræus Lib. 9. cap. 8. Capivaccius Prax. Med. pag. 219. H. Cardanus de adm. cur. n. 15. & de subtil. lib. 2. Bontius de Met. Med. in Ind. Orient. Hildanus Cent. 5. n. 9. Riverius lib. I. Cap. 6. de Conv.

# EJUSQUE SPECIEBUS, ETC. 205

Conv. Helmontius Libr. de flatibus pag. 401. & de Febr. pag. 129. Stalpart van der Wiel Tom. 2. obf. 27. Wepferus Libr. de aff. Cap. pag. 497. 537. Petrus Bayrus Pract. Libr. 2. Cap. 20. Paulus Sorbait Prax. I. pag. 222 Joannes Chr. Langius Tom. 2. p. 140. Heyflerus Obf. 372. In Burneti Thefauro, Puerarius part. I. pag. 332. Sennertus Libr. 1. part. 2. cap. 28. Morgagni Epift. Anat. n. 10. Ill. Prafes L. B. van Swieten Comm. Tom. I. §. 230. 234. Tom. 2. §. 704. 712. 787. 817.

Augere in immenium Catalogum poffem, omnes Autores, qui fuper hoc morbo icripierint, referendo: fed cum animus fit, recenfere duntaxat cos, qui ad Morbi caufas, ad Phæncmena, ad Prognofin, & ad Curationem, aliquid præ cæteris attulerint; cumque, qui id præftiterint, plures, quam nunc recentui, me hucufque lateant; ulteriori Autorum recentioni non immorabor.

S. II. Confultis omnibus his Autoribus, Tetanus primo est nomen morbi generale, quod cunctas complectatur species. Deinde est nomen, quo species morbi prima appellatur, in qua corpus recta convellitur, seu tenditur, indurescitque. Altera morbi species Emprostbotonos est, si in priora; & tertia species est Opistbotonos, si in posteriora flectitur corpus. Datur & Pleurothotonos quarta species, quam quidem Mercurialis, & Sorbaitius negarunt, Valsalva vidit, utrum in latus non notans, meusque æger aliquoties finistrum in latus contractus fuit: jamque Nosocomium meum mulierem habet, quæ a violenta colli contorfione obstipo capite laborans, per intervalla in lævum latus fic incurvatur, ut Romanam Litteram C. referat. Homo quoque apud Fernelium Lib. 5. cap. 3. Pleurothotonicus fuit. Differt Tetanus a convulsione, quod Tetanus sit contractio perseverans; convulsio autem Tetanus Fredun-

## DE TETANO;

duntaxat fulmineus, minusque fortis, ita ut a partium naturalium five vi, five pondere, fuperetur: unde haud immerito hanc *Clonicam* vocant a zhóvew; zhovéoµa, concutio, agito; illam vero a reivo, tendo, conftringo, *Tonicam*.

Defcribitur hic Tetanus ut universi corporis, vel. ejusdem tantummodo partium: Maxillæ inferioris, ejusque five alterutro in latere, five in utroque: Brachii, Pedis, Oculi, an Strabismi species? Penis, an Satyrias? Linguæ.

§. III. Caufas ejus describunt a Repletione, Evacuatione, Exficcatione, Acrimonia: præterea a Capite dum febres supervenerint; a Vulneribus, Contufionibus, Ulceribus, in loco tendinofo, nervofo, musculoso; ex Abortu; a Cervicis vehementi ictu, a contorfione, contufione, & percuffione tendinum ejusdem; a graviore onere Colli tendinibus diutius imposito; a jugi tendinum decubitu super durum stratum; ab asperrimo frigore; a potu meraco; a decubitu sub Jove post vini, spirituumve, usum copiofum ; a vino copiofo tempore vulnerum fumto; a gelidæ aquæ potu, eo tempore quo vulnera mundari, confolidarique videntur; ab ichore intus retento; a febre; a puncto in Venæ sectione nervo; a vomitu valido; a nimia alvo; a suppresso febrili sudore; a lue Celtica; a carie antri Higmori; ab abundante Pituita; a punctura Draconis marini, Pieterman dicti, piscis; ab Utero; ab affecto ore Ventriculi biliofa & æruginofa materia; a Fungis; a materia latitante Podagrica; ab Angina Cynanche, Synanche, Parafynanche; a sanguine pituitofo, biliofo; a monstroso Verme Schenckius proprii filii tetanum describit : a Vermibus Duodeni, ac finistri Ventriculi orificii, numerofis, teretibus, magnis, Heysterus Ancillæ cujusdam Tetanum vidit: Riverius a vermibus communibus: a Tuberculo 111 +1:3D

## Ejusque Speciebus, etc. 207

in gena dextra mulieris, furunculi inftar, dimidii ovi magnitudine, per scalpellum ablato. &c.

Harum caufarum nonnullas prædifponentes confiderant, alias excitantes, plures denique ad caufam morbi proximam conflituendam per sele sufficientes. Caufam autem proximam, vel acre statuunt, vel irritans quoddam, Nervis, sive in origine, sive in itinere, adplicatum.

J. IV. Symptomata morbi ordine sequente recenfent. In principio Oscitatio adest, quam solum Calium Aurelianum notare reperio, quamque noster æger crebram, molestamque, passus est. Maxilla inferior ad superiorem constringitur, his alterutro in latere, illis in utroque: Trismum vocant: & quidem in nonnullis cum musculorum Gelasinorum una ex parte, quem Spasmum Cynicum; in aliis utraque ex parte, quem Risum appellitant Sardonicum; ceteris vero nihil hujus. Quibusdam a principio febris adest, aliis in decursu morbi, major, minor, nonnunquam prægrandis, pluribus vero nulla. Oculi lacrymantur multis, rotantur, contrahuntur. Dor-fum, Collum, Artusve, flectere nequeunt. Vox difficilis, Aphonia quibusdam. Dolor dorfi fæpe tantus, ut ægri ejulent amare. Suntque nonnunquam ejusmodi Convultiones momentaneæ, seu subfultus potius, in rigido corpore, ut ni ægri detinerentur, lecto exfilirent. Deglutitio difficilis eft, & aliquando impossibilis, fitque tunc deglutiendorum per nares reditus. Remittente quandoque per horas tetano, adsunt intolerabiles præ dolore Crampi. Vigiliæ ad Opiata passim rebelles, & fi dormitur, somni sunt pauci, breves, terrifici, cum rigidorum tendinum subsultu. Sudores multi, fortes, in multis continui fere. Quibusdam ab initio, aliis ad finem, delirium mite, aut ferox, multis nullum. Aliis urina rite fluit, alii ejusdem aut incontinen-Le la tiam

tiam patiuntur, aut stimulum perpetuum, aut suppressionem. Miri, vagi, inguina quandoque quasi dilacerantes, variosque in corpus affectus edentes, dolores in ventre percipiuntur.

Porro non omnes eodem modo hæc fyptomata affligunt. Nonnullos enim, ut jam monitum eft, in principio invadunt, alios in decurfu morbi, alios ad finem; multaque funt quæ non eundem hominem impetunt; multa, quæ non fæviunt furore continuo. Sæpius in noftro homine dolor mitis, maxillæ relaxatio ad duarum linearum hiatum, deglutitio longe expeditior, vox intelligibilior, tetanus mitior. Imo quibusdam conftanti lege Maxillæ tetanus ut vigili pertinax, fic dormienti refolvitur. Quandoque fymptomata tetani remittunt penitus, ægro exinde aut fanefcente, aut moriente.

Aut moriente inquam. Eft enim Tetanus Morbus continuus vel continuo remittens, vel plane intermittens. Vidit Hippocrates tetanum fic euntem, redeuntemque, ut æger intermedio tempore obambularet; resque perageret fuas. Obfervavit Fernelius paroxysmum Opifthotoni, bis, ter, quotidie invadentis, idque non æftate, fed hyeme; non unica hyeme, fed quotannis. Wepferus in Sanctimoniali notavit quinque Paroxysmos, quinque horarum fingulos. Et alius ille Wepferi Tetanus trium menfium; isque integri anni Valisnerii, an non ad hanc classem referendi funt? Imo Aretæus, & Forestus, adeo chronicos Tetanos referunt, ut per totam ægrorum vitam non curentur.

§, V. Prognosin dedit Hippocrates in Aphor. Sect. 5. n. 6. & Libro de Crisibus, sic ut quarto die mors adsit, utque hunc diem effugientes sancfcant. Quam solam Hippocratis prædictionem, alias ita accuratus Celsus, hoc loco negligenter recenset, ac si aliam non dedisset Hippocrates. Etenim Libro III.

#### Ejusque Speciëbus, ETC. 205

III. de morbis, tetano affectos perire ait 3. aut 5. aut 7. aut 14. die, quos si effugerint, sanescunt. Epid. 5. & 7. Telephanus die 3., & magnæ navis Prafectus die 13. aut 14. obiit. Libro autem de internis affectibus ait hos ægros longistime ad 40. diem vitam trahere.

Obiter hic notemus iterum, quod alibi notavi toties, doctrinam Hippocratis omnium imperfectissime fæpe tradi in Aphorismis; in cæteris vero ejus fcriptis exponi, limari, limitari, extendi. An evidentius exemplum datur hoc de Tetano Aphorismo? Ut profecto manibus, pedibusque, corum in sententiam abeam, qui censeant Aphorismos, saltem multos, ex magni Viri pugillaribus desumptos esse, in quibus, quæ obiter hinc inde vidiffet, ne mente exciderent, scripto mandaverit, per otium, ulterioresque observationes recudenda, & explicanda. Sed ad rem.

Benivenius, Forestus, Bontius, Heysterus, Morgagni, alique notaverunt cum Hippocrate, fanitate aut morte intra diem quartum Tetanum terminari, id eft, intra horas paucas, diemque unum, alterum, tertium, quartumque : sed & cum illo observarunt quovis die aut mori, aut convalescere ægros hos, usque ad 20. 30. 40. diem. Homo, cujus historiam Part. 6. probl. 9. dedi, obiit die nono. Hic noster die 20. & femina apud Ill. Prasidem non diu post 30. morbi totius, 24. autem Tetani diem, convaluisse videtur.

Sed neque cum ultima Hippocratis, multorumque Autorum, diei quadragefimæ observatione, vitæ, mortisque ultima meta terminatur. Monuerat Hippocrates, artem longam esse, vitamque brevem : unde quæ necdum illi vifa funt, vifa funt deinceps aliis. Puerarius pluribus mensibus affectum & perdurantem vidit, & curavit. Valisnerius apud Celeb? Mer-

#### DE TETANO; 210

Morgagni hominem demum post annum fanavit. Wepferus Tetanum ultra 63. dies perseverantem eurasse legitur. Imo rariores dari Tetanos, qui nec perimant, nec tota hominis vita curentur, Aretæus & Forestus scripto reliquerunt. Atque hæc de Prognosi quoad tempus.

Morbum semper admodum periculosum esse, sive fine ulla remissione aut intermissione decurrat, sive cum illis, uno omnes ore Autores fatentur. De priore quæstio non est; de posteriore exempla innumera prostant. Foresti puerperæ tetanus remiserat sic, ut Medicus immisso digito fauces posset explorare; attamen periit. Ipse Hippocrates, experientia edo-Etus, intermittentem Tetanum minus quidem continuo periculofum pronuntiavit, minime tamen periculo expertem. Et noster, cum aliqua Tetani maxillæ inferioris remissione, ac notabiliore adhuc totius corporis, Vocisque ac Deglutitionis integra fere restitutione, mortuus est. Imo rem ab ipso Medico teneo, qui præsens præsentem vidit hominem, qui Tetano universo affectus, dum e balneo aquæ calidæ educeretur, Balneum omnem pepulisfe morbum exclamaret; fic quidem ut integram curationem adstantibus demonstraturus, per cubile incedere, progredique inciperet : qui tamen vix momento elapío humi procumberet, ac moreretur. Febris præsens, absensve, prognosin Tetani non mutat. Hippocrates Aph. Sect. 4. n. 57. discrte notat febrim non esse de natura Tetani, sed illi epigenomenam. Notanturque in Scriptis Medicorum plurimi fine febre Tetani : unde multos morbi curam febre artificiosa instituere voluisse mox in curatione tradenda patebit.

§. VI. Curatio hæc ex iisdem Autoribus ordine nunc tradenda est. Indicans omnibus idem, scilicet Tetanus. Eadem cunctis Indicatio; auferendus enim mor-

Anana

### Ejusque Speciebus, ETC. 211

morbus est. Indicata vero multis eadem sunt, multis iterum diversa, & opposita.

Ac 1<sup>mo</sup> quidem ab ipfo *Hippocrate*, in nostra usque tempora, fere omnes venam secant, idque iterato; quoties cum vis morbi id peteret, tum vitæ concederent vires.

- 2. Nec differunt multum in frequenti usu Encmatum emollientium, imo mere oleoforum; usuque laxantium per alvum, stimulantiumque, & suppofitoriorum.

3. Multi co scopo purgantia laudarunt, ut a capite, collo, artubusque, revelleretur materies.

4. Solemnius autem apud plerosque nihil inunctione rigidarum partium cum oleo, oleo rofaceo, laurino; oleo Caftorei, Macis, Caryophyllorum aromaticorum, Anethi, Terebinthinæ; cum Spiritu vini aut Tincturis, Spiritibusque medicatis, cum unguento Martiato, Althææ, Agrippæ; cum unguentis & linimentis paratis pinguedine Vulpium, Canum, Felium, Daxarum, Cervorum, Urforum, Luporum, Leonum, quæ pinguedines effent inferendæ Anferi, Anferque tunc veru torrendus, ac diffluens inde pinguedo in ufum foret affervanda: fic tamen, ut primam pinguedinem abjicerent, ultimamque in vas aceto femiplenum exciperent, & cum hoc ita comparato corpus fricarent.

5. Vesicantia, & Sinapismi, nonnullis laudantur. 6. Balnea aquæ calidæ, etiam integra; integra olei balnea, curarunt multos. Celsus jam commendaverat. Guillandinus apud Heurnium ad 26. Aphor. Sect. 2. Virum Tetano affectum curavit, immergendo in cadum olei totum. Albertinus vocatus ad Chemicum, nefarium hominem, qui fracta infortunato lagena, in qua diuturnos post labores venenum præsentifiimum perficiebat, vidit illum convulsione tonica instar serpentis contorquere se, oculis & lingua

Q 3

prog

# 212 DETETANO,

protrusis: cum pleraque auxilia nihil opitularentur, Albertinus dimisit hominem totum in tepidum oleum, eo cum successu, ut cessaret Tetanus. Fomenta oleofa, quæ hominem integrum involverent, multi laudarunt. Et olei Embroche Bayrus Sereniss. Pedemonti Principem cito ab Opifthotono liberavit.

7. Frigida Balnea, Gelidæ aquæ affusionem, multi laudarunt, autore Hippocrate Aphor. fect. 5. n. 21. & Libr. III. de morbis.

Curam ejusmodi aggrediebatur nunquam, nisi debitis cum cautelis: ut nempe Tetanus ab ulcere non oriretur; ut juvenem bene carnofum morbus invaferit, mediaque æstas sit. Nec universalis fuit ipsi Methodus curandi. Cæteris enim operum fuorum locis jubet ægrum calefacere balneo, foco, linimentis, fomentis, utere aut vesica contentis, actu potentiave, calidis, Vino &c. imo post calidæ aquæ affusionem homines obvolvere linteo, obvolutosque in lecto detinere. Itaque apparet evidenter magnum Virum distinxisse accurate & ægrorum naturam, & diversam morbi cum materiam, tum symptomata; curamque ex oppositis remediis præscripsisse fapienter. Unde Cælius Aurelianus, Paulus Ægineta, multique sequentium sæculorum Medici, Hippocratem injuste criminati sunt, Aphorismi doctrinam per reliqua ejusdem opera non explicando.

Cæterum hanc ipfam Gelidæ affusionem debito in calu factam, fapientes practici laudarunt Schenckius refert Avicennam scripfiffe : " Ex his, quæ juvant , habentem Spasmum communem, qui nominatur , Tetanus, & Tensio, facta a materia frigida, est , ut subito in aqua demergatur frigida, secundum " quod dixit Hippocrates. Nam corporis exteriora " inspissantur, & innatus calor interioribus quasi confortatur, & resolvitur materies. Non enim , tamen omne corpus tolerans hoc, a timore tutum, 23 fed

### EJUSQUE SPECIEBUS, ETC. 113

, fed corpus forte, juvenile, carnofum, quod ul-, cera non habet, & in æstate. Plures enim per boc , jam evaserunt. "

Valescus de Taranta Lib. I. Cap. 21. De Morb. Cerebri. " Isto modo curavi juvenem 20. anno-», rum, de quo desperabatur in Morlanis, quamvis » non multum erat carnofus. Habui fere 24. urceos », plenos aquæ, & quatuor viri ipfum ægrum ere-" ctum tenuerunt. Ego autem omnes urceos eva-" cuavi fupra colla, & omnia inferiora membra ejus, " & Itatim posui cum ante ignem, & post horam », unam & dimidiam unxi iptum a collo usque ad » postremum spondilem, ac tibias & brachia, cum " Dialthæa, & Martiato, & Agrippæ, cum oleo , Caftorei, & dedi fibi brodium puliæ, & fere ni-, hil amplius feci, & in eadem nocte curatus fuit, , cum Dei auxilio. Alium curavi in Burdigalis, " qui erat Anglicus, sed iste fuit corpulentus, per " modum superius dictum. "

Sennertus Lib. I. part. 2. Cap. 28. ad quæftionem, an aquæ frigidæ affufio?, Ita ex Hippocrate, , & Galeno inquit, debitis conditionibus. Ita enim , calor nativus, claufis poris cutis intus cogitur, & , per accidens abfumitur morbi materies, feu a , fubita aquæ frigidæ affufione corpus frigore con-, cutitur, & materies nervis adhærens excutitur. , Etfi vero P. Æginetæ hoc remedium improbatum , effe fcribit a polteris, quod & ipfe rejecit, tamen , reperti funt, qui post eum id ufurparunt; inter , quos eft Valefcus.

8. Cucurbitæ tam ficcæ, quam fcarificatæ, a multis medicis eventu fæpe fortunato adhibitæ funt; at vero cum id, quod avellendorum humorum gratia fit, nonnunquam tenfos nimium nervos irritare queat, eventum aliquando finistrum fortitæ funt.

9. Medicamenta acria, aromatica, ac maxime virofa, 0 4 ab

# DE TETANO,

ab ipfo Hippocrate, & Areteo, in noftra ulque tempor ra, Autores adhibuerunt tantum non omnes; quæ ore affumenda, Clystere injicienda, naribus aut infufflanda, aut attrahenda, ulceribus, quo reforberentur, affricanda, cuti tandem admovenda essent. " Caftoreum, ait Aretæus, trium obolorum ponde-" re affidue bibere expedit. . . Cæterum fi ægri , nihil deglutiant, Castoreum cum oleo in anum " immittendum eft. " Multi post Arabes Castoreum ore affumendum dederunt a dosi scrupulorum duorum, ad dragmas duas, in Melicrato, vel Aqua nervina. Castoreum intus & extus dare jubet Prosper Alpinus : Hollerius, & Duretus confirmant. Curam fuam fortunatam Viri Patricii, ad 40. diem cum Opisthotono conflictati, Benedictus præsertim Castoreo acceptam refert: a quo tune lacteus humor cum urina prodibat.

10. Oleum multi bibendum dederunt fummo cum effectu. Valisnerius, loco coenæ oleo amygdalino dato, annolum Viri patricii tetanum vicit. Multi Autores oleo ore & ano immisso corpus totum perluendum jubent; imo ore, & gutture, placide continere, quo strictæ fauces laxarentur.

11. Ad Opium & Narcotica multi confugerunt. Hippocrates fomenta parabat ex Semine Hyofciami cocto cum olco, eique tunc addito Vino. Aretæus oleo Crocino partes rigidas involvebat. Schenckius Theriacam, Mithridatium Cardanus, ore data laudaverunt. Memorabilis Bontii textus eft, quem ne quid contrahendo perdat, exferibam totum; ex Libello 2. de Method. med. qua in Indiis Oriental. uti oportet. Cap. de Spaſmo, Inprimis vero habenda eft , ratio, inquit, fæviffimi Symptomatis, doloris nimirum, cui, omiffa tantifper caufa principali, fæpe cogimur occurrere. Quod commode fiet Laudano Quercetani, Philanio, five Euphorbio, fed 21 Præz

### Ejusque Speciebus, etc. 217

præcipue extracto Croci, quod infra describemus. "Fortaffe Sciolus quispiam negabit his remediis, " propter vim stupefactivam, ac narcoticam, ner-", visque inimicam, esse utendum. Speciosa quidem " hæc prima fronte videntur, fed tamen vana funt: , nam præterquam quod calidifima hujus climatis , temperies hoc requirat, certissimum est in tali ne-, cessitate fine bis ægrum evadere non posse. " Meretur certe Medicus hic fidem haud modicam, co quod majorem forte experientiam hujus morbi, quam Europæus quisque Medicus unquam habere poffit, ipie habuerit: videte modo, quomodo hoc caput inchoet. " Qui apud nos in Hollandia rarus est Spasmus, hic , in Indiis tam familiaris est affectus, ut merito in-., ter Endemios, ac Populares morbos numeretur. 12. Fimus equinus partibus tetano affectis summopere laudatus Ambrofio Parco fuit. Ter cum illo adhibito felix, ut postmodum enarrabo, nihil fere in hoc homine, de quo agitur, lucratus sum.

14. Curam excitata febre moliti nonnulli funt, id fibi ab Hippocrate præceptum effe arbitrati in Apho-OS

## 216 DE TETANO,

rifmo 70. Sett. 5. , A quartanis correpti, convul-, fione non admodum corripiuntur, fi vero prius " corripiantur, & postea quartana supervenerit, li-30 berantur. Et Sect. 2. nº 26. Febrim convulsioni " supervenire melius est, quam convulsionem Fe-" bri." Et maxime Sect. 4. Nº. 57. " A cony vultione, & Tetano detento, febris superveniens , folvit morbum " Hierophylum & Afclepiadem febre excitata Tetanum curandum esse voluisse, Cælius Aurelianus accusat : invehiturque acriter in Hippocratem, veluti idem diferte præcipientem in his Aphorismis; a qua sententia se esse alienissimum profitetur. Profecto fi sedato animo Hippocratem pervolvimus, pluribus Operum suorum locis de Tetano agentem, non est, quod idem prorsus negemus. Quid enim aliud ex textu Libri de vist. acut. colligemus? Si enim a natura febris non excitetur, fomnusque, atque urinæ concoctæ, sudoresque judicatorii non contigerint, Vinum creticum vinofum, una cum internis, externisque emollientibus, & calidæ aquæ affusione, exhibendum esse docet: & Libro de intern. aff. Absinthium, Lauri folia, Hyofciamum, Thus, in vino albo cocta, admisto oleo valde calefacta, corpori & capiti adhiberi; postea vero disponere in lecto ægrum ut sudet vehementer. Igitur videtur deficiente febre, febrem excitare voluiffe. Convenitque idem cum ejusdem monitis fapientifiimis, quibus præcepit nobis attentionem ad ca, quæ natura quandoque per le facit in morborum curatione, ne hujus ignari candem suo in opere turbemus, neve defectu attentionis illam imitari negligamus. Eodem profecto modo, quo febrem in Apoplexia producendam effe Schola Medica juber, quia Natura spontanea febre Apoplexiam curasse observata est. Fatendum tamen est, fimilia præcepta quandoque hoc principio folummodo inniti, 217

### EJUSQUE SPECIEBUS, ETC. 217

ut extremis in morbis extrema tententur auxilia, ut habet Aphor. 6. sect. 1.

Ut enim extrema auxilia prodesse aliquando apparent mirifice, fic quoque eadem nocere non ignoramus. Et ejusdem Scholæ doctrina, qua febrim nonnunquam excitare jubemur, discimus etiam humores lentos hominem occidere, fi in vehementiores excitentur motus. Imo enarrandorum ad finem hujus Capitis casuum alter, Tetanum, superveniente valida febre, letalem redditum docebit. Hinc hanc sententiam cum Schola Arabica moderari conatus Avicenna, Ephemeram duntaxat febrim producere suadet. Sed quis febrim producturus, adeo arbiter rerum, versatusque in arte est, ut non plus febris generet, quam voluerit? Quotidie animadvertimus eodem anni tempore, ab iisdem omnino caufis, alios tertiana febre corripi, alios ephemera, alios acuta, vel etiam inflammatoria; prout vis adplicatæ causæ in peculiarem cujusque Diathesin agere possit. Novimus, si candide loquamur, nos tantos in Tetano, & Apoplexia, moderatores non effe; præterquam quod etiam moderata febris posit nocere. Nonne levi febre, a natura genita, Apople-Eticum Numeni filium periisse candidus tradiderit Hippocrates? Ea itaque omnia, quæ, ni juvent, occidunt, nunquam temere, sed & circumspecte, & fi poffibile, nunquam nisi convocato Sapientium Virorum confilio, bene perpensa, & trutinata, admoveantur.

15. Sudoribus curandi Methodum laudarunt hi, illi condemnarunt. Dixerat Hipp. Lib. de Vict. acut. de Tetano agens, ut fupra vidimus: "Huic nifi "febris accefferit, & fomnus, & quæ confequun-"tur urinæ coctæ, fudoresque judicatorii &c." & paulo post deficiente natura, ægrum fic a Medico disponi jubet, ut exsudet vehementer. Bontius fu-

.

# ZIS DE TETANO,

fudores cum maxime hie laudavit: hæc ab una parte: fed ab altera veridicus ubique Hippocrates narrat Magnæ navis Præfectum in Opifthotonum, tertio a contufione die, incidiffe cum fudoribus, obiiffe tamen fexto ab illine die. Scripfit Coacar. N. 361. Funestum est etiam sudare in Opisthotono. Imo Aretæus justit cohibere sudores: Cælius abstergere cosdem, ne noceant frigefacti.

Numquid igitur ad Problematis explicationem facit id, quod habet magnus Morgagni Epift. anar. med. N. X. §. 3., ubi fcilicet, poltquam retuliffet Valfalvæ Juvenem die Tetani quinto obiiffe cum fudore plurimo, toto morbo profluente, hæc judiciofe fubjunxit: "Porro multus fudor, qui per-"petuo perfluxit in co juvene, num id levaminis "attulit, ut manus, pedesque, nonnihil movere "ceperit? Sane Bontius... inter cætera commen-"dat, quæ fudorem moveant. Sed hic fortaffe "utilior eft, cum affectio frigori fucceffit, cui te-"mere calefactum corpus expolitum fuerit."

Hinc intelligeremus faltem ab Hippocrate, & laudatos fudores, & damnatos fuisse, prout Tetani causa cosdem aut posceret, aut repudiaret; candemque ob causam Aretaum, ac Calium, co modo scripsisse. Sane noster homo, qui a refrigerato corpore prius calesacto in Tetanum non incidit, cum perpetuis sudoribus mortuus est.

16. Urinarum excretiones Medicorum plures in Tetano confuluerunt, præcunte Hippocrate Coac. text. 362. πυρετώδεα όπιοθοιοιώδεα γοιαίδεες κρήσιες λύκσι. Opifthotonum, fi ad eum febris accefferit, urinæ genitales, urinæ genituræ fimiles, folvunt. Nondum in Medicina definitum eft, quid fignificet το γοιωείδες Hippocratis in urinis. Ad hoc nihil aptius, ac convenientius crit, quam ipfum Autorem cunctis

#### Ejusque Speciebus, etc. 215

consulere in locis, in quibus de hac urina verba fecit.

Epid. Libr. 3. pag. 1066. Qui in Dealcis horto decumbebat, priusquam redderet urinas turbatas, reddidit urinam, quæ habebat evandoppuæ olov nelpvæ yovoerdéa. Hic nonnifi 40. die post multas ærumnas judicatus est. Foësius reddidit totum textum sic. , Urinæ tenues, in quibus varia inerant suspensa , quædam, in medio innatantia, hordei tosti, non , exacte moliti, crassioribus frustulis, fere similia, , genitaleque semen referentia." An ergo in hac urina. enæorema, & quid simile genitali semini habebat, & quid crassius moliti hordei tosti simile? hic notemus to yovoeides enæorema fuisse.

Philistis Epid. Lib. 3. pag. 1070. die secundo habet sege renda, diaquéa eixer evanioppua yoroeides: die 5. moritur. Est iterum hic, genituræ simile illud, enæorema.

Epid. 6. pag. 1170. in Perintho to yoveedes, to toistov ot neloupov. "In Perintho genitale idipfum "quia criticum." Hic hypostafin formasse videtur, quia judicatorium dixit.

Theodori conjugi die quinto seg sevovà, ôaoéidea, sense tñ enty èv vorli, ôrlyov. to sesuficor tw raeod eire neto, yrlagov, yovoeides. "Die quinto urinæ acer-, bæ, fucco herbarum fimiles. Sexto die minxit , paucum in nocte, in quo quid, quod dum feftu-, ca trahebatur, glutinofum, & genitali fimile erat." Ergo to yovoeides in urinis Hippocrati fuit vel enæorema, vel fedimen, quod feftuca ex urina elevatum, mucofum quid & genituræ fimile, referret: in Philifco & Theodori conjuge, non laudabile, nam ambo mortui funt: in eo, qui in Dealcis horto decumbebat laboriofo & diuturno cum judicio fuit: in Perintho criticum. Semen autem ipfum genitale non fuit; nam & in urina Conjugis Theodori crat.

Con

### T 220 DE TETANO,

Consulamus Commentatores, antequam pergamus ultra. Hollerius in hunc textum: " Tales urinæ "genituræ fimiles, albam, tenacem substantiam " referentes, in febre Ardente cum Convulfione, , malas effe, quod ab eliquatione fiant: fed fi a , copia pituitæ craffæ ac viscidæ convulsio, cum , febre, materia illa pituitofa coqui poteft, excer-" nique."

Et Jacotius to spor yovoerdes ait ab Erotiano intellectum effe to spor Adinov, ig Taxo, urinam albam & craffam. Videatur Erotianus ad Litteram T. Laudat autem ille hunc textum Hippocratis, ac fi eundem legisset in Libro de locis in homine, qui hoc tempore in illo non legitur. Periiffetne igitur quid de hoc libro post Erotiani tempora? An vero lapsus Erotiani memoriæ eft? Textum autem Facotius explicat fic. " Consentaneum est ergo Opisthoto-, non, cujus causa est frigida, crassa, lentaque pi-, tuita, nervos implens, urinis ejusmodi, quæ re-» pente, & affatim funduntur, aliquando solvi, , humore per calorem febrilem attenuato, & ad ", renes atque ureteres converfo."

Atque hæc de co, quod genituræ fimile in fola urina: verum descripsit Hippocrates idem quoque in materia alvo excreta. Sic faltem colligendum est ex Textu Coac. 186. To yovoerdes dientor: porro dientor de urina dici apud Hippocratem non folet, sed de alvo. Evidentifime autem Coac. n. 455. Koihin Taegχώδης, διαθίδεσα σμικρά, γονώδεα, μυξώδεα. " Alvus " turbata, exhibens pauca genituræ fimilia mucofa." Quæ Duretus ibi explicat de "Colliquamento te-, nuium Inteffinorum, quorum adeps liquitur, ac " dejectiones edit veluti opimas, id est, albas & », leves. Liquitur autem adeps a vi tabifica, tum , ardoris Hepatici, tum Bilis, abradendo Intesti-, nis molefta."

Foe-

### Ejusque Speciebus, erc. 221

Foëfius in hunc textum commentando, fic eum exponit, ut hac appellatione defignetur materies alba, pituitofa, albuminea, five per alvum, five per urinas, excreta. Imo Hippocrates Prorrhet. pag. 35. apud Foëfium (non in textu, nam in co Foëfius cum Charterio legit τόνφ ἐίκολον, in fua vero œconomia Hippocratica γόνφ ἐίκολον.) Hippocrates, inquam, γόνψ ἐίκολον vocat flatus crebros, qui fimul mucofam educerent materiem. Galenus textum hunc per τόνφ & γονφ, utraque feilicet lectione, explicuit.

Tandem & vomitu reddita materies a Filiolo Hegesipolis Upid. 7. pag. 1225. hac appellatione describitur. έτελέυτησεν, έμέσας μιαχον, βεσχυ, Φλεsματώdes, ώσε δόξη όιον γονίω. "Moriebatur, postquam vo-"muisse materiem paucam, brevem, pituitosam, "genituræ similem."

Patere igitur videtur voce hac antiquorum intelligi materiem albam, mucofam, crassam, adeoque femini genitali fimilem, five urinis, five alvi depofitione, five moleftis cum flatibus, five etiam vomitu, emissam: in urinis vero eam peculiariter defignare vel enzorema, vel hypoftafin, albam, mucolam, craffam, quæ, ut cæteræ urinæ bonæ, cum aliis bonis fignis, falutem; fine iisdem nihil boni, nihil nifi zerospor un zervor fignificet. Adeoque haud incongruum Erotiani, Hollerii, Jacotii sententiam esse, de tali alba, mucosa, atque Tetanum solvente urina, id exponentium: de genitura autem admista ne cogitandum quidem esse, cum quod Hippocrates id æque Feminarum, quam Virorum in urinis obfervaverit, tum quod idem non minus in alvo, vomituque, excretis, quam in urinis, sæpius adnotaverit. Numquid viri Patricii apud Benedittum urina alba lactea, qua judicatus videtur, huc referenda? Vide supra ad No. 10.

Tc-

## DE TETANO;

あむま

Tetanodeus noster homo nunquam in urinis hoć album, mucosum, crassum, sive enæorematis, sive hypostaseos in modum, exhibuit, adeoque neque inde spem nobis fallacem dedit: arenosam vero ejus urinam, supra descriptam, me non leviter decepisse ultro fateor. Dudum quippe erat quod advertissem, monente Boneti sepulcreto, arenulas corum sæpe urinas gerere: quos aut Calculi aut Nephritidis calculosæ signa, nunquam concomitata essent; sæpiusque ejusmodi arenulas bono sane omine sive sebribus jam absolutis, sive eisdem declinantibus, sive etiam vigentibus, comparuisse notassen.

Ex quo Viennam appuli, attentionem meam ad hoc Phænomenon excitabat Præses illustrissimus, occasione cujusdam numerosæ familiæ, in qua constans idem observaretur; salutemque præ foribus adstare, ex tali urinarum arena, mihi certus prædiceret.

Elapso abhine quadriennio, cum lucem videret immortalis Morgagni immortale Opus, vidi demum observationibus ejusdem clinicis hanc observationem statuminari fic, ut in regulam practicam converti debeat. Etenim in Epist. Anat. Med. VIII. S. 10. ægri cujusquam morbum referens " Eo res, in-, quit, intra quinque, haud amplius dies, deducta " erat, ut loquendi etiam facultate amissa, pro de-" posito, & jam jam morituro, ab omnibus habe-, retur. Mihi vero, quantulumcunque in præci-», piti casu liceret, neque antea, neque tunc omit-" tenti, urinarum quæ fluere pergebant copia ali-, quid spiculæ relinquebat: quam mox nonnihil " auxere animadversæ perminutæ quasi arenulæ, " quæ confertissimæ universa vitrearum matularum " interna latera propemodum operiebant: hoc enim , mihi in ægris pluribus adnotatum felicis morbo-2) rum

#### EJUSQUE SPECIEBUS, ETC. 223

, rum folutionis indicium, nunquam fallax ad id , tempus deprehenderam. Et fane æger paulo minus " male habere, & jam loqui &c." Epistola autem XLIX. J. 21. affeverat clarus ille Autor, ne in unica quidem febre, cujuscumque demum Clasfis, generis, aut speciei esset, ne in ullo quidem fexu, aut ætate; quin præterea nec in capitis doloribus acerbis, & apoplecticis quibusdam affectibus, nonnunquam etiam senilibus, Prognosticum unquam tefellisse, nisi forfan semel; quando vel in fine morbi, vel in declinatione, vel etiam vigore, adparerent in lotio, præclara luce confpecto, arenulæ tenues, vitreæ matulæ lateribus adhærentes, nonnunquam tamen in urinæ superficie natantes, subruffæ ut plurimum, subalbæ perraro, quales semel in juvene conspexerat.

Porro æger nofter arenulas subrufas vel ad vafis latera, vel ad urinæ superficiem, vel ad fundum, fæpe etiam in omnibus his locis fimul, in una, duabus, tribus, pluribusve de die emissis urinis, hoc ordine minxit: die 6. quo mansit in Nosocomio, urina unica rufas arenulas ad latera vafis vitrei deposuit. Die 7. quatuor vasa urinaria adhibita hodie, habent leve albumque sedimen, & arenulas rufas, in pellicula splendida supernatante. Die 8. urinæ omnes colore, odore, copia, bonæ; leve quoddam sedimen paucas intra horas ponentes, & ad latera valis arenam rufam, inque fundo, gerentes. Die 9. urinæ per omnia naturales, fingulæ & sediminis quidquam, & tenuem arenam multam habent. Die 10. ipfissimæ quæ heri, urinæ. Die 11. urinæ depositæ sexies, solito paulo coloratiores; prior, & altera, paucifimas gerunt arenulas; reliquæ omnes leve, atque subalbidum, sedimen habent ad fundum: attamen & hæ 24. horis servatæ, arenulas ceperunt hinc inde formare. Die 12. se-

5

mel

mel sciens comminxit sese; vespere, & bis nocte, minxit in vitrum. Hæ tres urinæ coloratiores leve enzorema ad fundum dimittunt, arenasque gerunt rufas, prioribus craffiores. Die 13. ut pridie: enæorema verfus fundum gerunt, & arenæ quid habent omnes: arenam autem non monstrant, nisi hæ 15., illæ 20. horas, conquieverint. Die 14. urinæ omni dote bonæ, omnes brevi enæorema formant, deponunt : jamque intra tres quatuorve horas copiofiorem, quam unquam, arenam, & ad fundum, & ad parietes vitri, demittunt. Die 15. omnes quatuor urinæ hodiernæ boni odoris, & coloris, cum enæoremate, quod & album, & spiculis splendidiffimis, plenissimum erat. Etiam ad vitri latera talia spicula: inest autem multa cunctis arena. No-Eturnæ ut diurnæ. Die 16. colore, odore, copia, bonæ urinæ omnes, multum & arenofæ, & splendidæ, & leviter hypostaticæ. Die 17. omnia eadem. Die 18. comminxit se nocte. Die 19. in excipulum urinam una cum alvo emifit; fed ad 4. pomeridianam libram mediam urinæ reddidit, quæ trihorio post jam arenam exhibebat; sequentes pariter. Die 20. suo letali urinas in lectum dimisit.

Quandoquidem itaque arenularum copiam, per omnem propemodum morbum conftantiorem, obfervaveram nunquam, fpei nonnihil, fateor, mecum tacitus alebam: quamvis fecundum regulas artis ex urina, alvoque laudabilibus, nihil unquam augurari meis Auditoribus folcam, cæteris fignis cum illis non correfpondentibus, imo funesta quæque prænunciantibus. Eventus quoque docuit hujus ultimæ observationis veritatem. Quapropter mortuo homine, qui nulla calculos, aut arenos Diathesios vestigia in cadavere monstrando, spem salutis ex sua urina, constanter, & abunde arenos, facere potuisfet, Auditores serio monui hunc casum bene adno-

ta=

tarent, utpote nullam dari, citra exceptionem, regulam, aperte docentem.

Nec eft, quod quis vel ideo hanc urinam arenofam, minoris faciendam in nostro ægro fuisse, existimet, quia spicula splendida salina sæpius in eadem comparuere : etenim hæc spicula in urinis acute laborantium, quocunque in morbi stadio, non illaudabilia esse, constanti observatione experimur.

Absolvi sic omnia, quæ de cura Tetani omnium Medicinæ fæculorum promiseram; superest, ut quænam nostro in ægro instituta fuerit, paucis enarrem. Profecto horum enarratorum plurima ipfi adplicavimus. Venam ipfi fecuimus octies, fumma femper urgente necessitate; & ultimo quidem 12. morbi die; sanguine semper inflammatissimo, semel iterumque tanto jactus subsultu, ut non venam, fed arteriam pertusam csic, quis suspicatus fuisset, qui ad arteriam immediate venæ subjectam, impetuoseque pulsantem, non attendisset. Ultimo morbi octiduo, licet celer adhuc effet, magnusque pulfus, cruorem ultra emittere non aufus, reliquis artis auxiliis usus sum. Aquæ frigidæ affundendæ casus non extabat, quoniam nec valde carnofus erat, nec media æstas, sed frigore, varietateque, Martio fimilis, Majus: quin nec cafus erat, in quo ipfe, fi adfuisser, Hippocrates, frigidam affudisset, ut paulo ante vidimus. Præterea auxiliis ad febrim generandam, proliciendumque sudorem, in febre perpetua, perpetuoque sudore, opus non fuit. Cæterum Castoreum, Moschus, Camphora, Opium, Oleum copiosum ore assumtum, & in anum injectum; Fimus equinus; Cataplasmata ex rebus emollientifimis, adjecta copia multa flor. Chamom. parata; Aqua calida forma balnei crurum integrorum, forma fomentorum Ventri, dorfo, collo, maxillis, admota perpetuo; Potus subacidi, blandaque emul-P 2 12:

226 DE TETANO,

fa; Vesicantia, & Epispastica; Peruviani corticis vires in nervos explorandi tentamen, adhibita funt.

Si fimilem ægrum Nofocomium deinceps fulciperet, an Vena, si id indicaretur, secta, ac corpore emollientibus cujuscumque generis involuto; tuta cura tentari non posset plurimo Castoreo, usu Opii prudente, Cortice peruviano multo; ut scilicet motu humorum moderato, ut mitigatis doloribus, ut humectatis emollitisque undique nervis, Cortex peruvianus, quo facilius in Nervos, atque Tendines ageret, aptaretur? Neque enim lubenter iis concederem, qui in casu, quo cuncta emollienda sunt, vim corticis peruviani indicationi adversam crederent: ignota nobis ca illius vis est, atque facultas, qua & in rigidis fibris & in flaccidis, & in humore fpiffiore, & in tenuiore, inordinato's nervorum in febribus motus, & tensionem relaxet, compescat, hominemque reddat fanitati.

Cætera, quæ ad Anatomen spectant, Tabula 4. exponet, unaque docebit ex degeneri Coli fabrica; cum historia anamnestica collata, hominem hunc vera Pictonum Colica quondam laborafie.

§. VII. Subjungam nunc, quas promiferam, proprias meas Tetani observationes.

1 mo Annos 20. natus, anginam passus sum, quæ neglecta in suppurationem abivit, cum perfecto maxillæ Tetano. Cum fummas angustias ad 14. diem sufferrem, alius Medicus advocabatur, qui illico largam venæ sectionem instituit; deinde, co jubente, Chirurgus, Trochlea tenui inducta, maxillam magno cum labore sensim diduxit, donec tandem strepitum in faucibus perciperem, rumpereturque abscessus, unde copia ingens puris putridiffimi ore profiliit, & nonnihil quoque in gulam illapfum eft. Purgante iterato dato, intra paucos dies convalui. Hic ipfe ille ab Hippocrate supra notatus casus est. 2 do

Unable to display this page

#### 128 DE TETANO,

quabilis, bonus, plenior longe, fortiorque, quam pridie in ædibus meis fuerat.

Sed cum tanta rerum emendatione Tetanus idem. eademque deglutitorum per nares reversio. Amicisfimus Velse curam, me hortante, suscepit mecum. Medicinam internam, externamque, in magis neuroticam mutavimus.

Die 11. Aprilis post infomnem pene noctem, summo cum labore deglutivit quædam. 12. Aprilis Nox infomnis. Deglutitio fere impoffibilis, Pulfus æquabilis, sed debilior. Enemata nutrientia absorbentur tota, sapiusque repetuntur.

Aprilis 13. clonicæ convulsiones per noctem frequentes, quibus durantibus maxilla relaxata cum magno oris hiatu fuit; clonica vero convultione cesfante, rediit mox tonica colli, dorfique. Pulsus debilis jam & inæqualis. Frigus extremorum. Mentis. jugis præsentia. Ad horam 10. diei suæ 8. mente præsens expiravit ore sponte aperto; ita enim quotquot morti affuerant, nobis testati sunt. Negabatur nobis Anatome. Vidimus in cadavere, octo a morte horis elapsis, fic clausam maxillam, ut aperire illam, nifi fumma cum vi, nequiremus. Ore fic vi aperto, mali nihil adspeximus in faucibus. Lingua tumebat. Exterius ad Cartilaginem scutiformem & ad os yoidis comparebat tumor. Sed ultra examinare vetabamur.

3. Faber lignarius 22. annorum, procerus admodum juvenis, mense Decembri 1741. me vocabat, Tetano corporis universali afflictus. Narrabat febre tertiana pertinaciore laborantem, cortice peruviano se ab ca, elapsis paucis abinde septimanis, liberatum esse. Continua febre se nunc, validaque Diarrhœa, & universo torqueri tetano. Epidemica Diarrhœa illo tempore cum febre graffabatur, quæ poftulabat

Unable to display this page

### DE TETANO,

4. Anno 1756. fusceperam in Nosocomium juvenem, gallico morbo fic laborantem, ut pessima ulcera in corpore, potissimum vero in Capite, prostarent. Haud diu eum in cura Mercurii sublimati habueram, quin ab acri materia nervos, tendinesque, in ulceribus rodente, in completum maxillæ tetanum incideret. Dabam emulsum cum Opio & Camphora; de quo tamen multum sumere, in principio saltem, deglutitio fere impossibilis vetut. Maxillas autem & tempora fimo equino calente, sæpe renovato, involvi. Die altera deglutitio melior, die tertia tetanus curatus. Mercurio codem possibac curatus est.

5. Anno 1757. mense Novembri, suscepi in Nosocomium juvenculam 28. annorum, quæ a duobus cum dimidio annis cariem patiebatur Antri Higmori, quæ sane multum nobis facessit negotii. Cum variis auxiliis internis, externisque, totum hunc finum depurassemus, ac patiens belle haberet, incepit anni 1758. die 8. Martii, denuo in codem dolere; die autem sequenti adeo vehementer, ut perfectus maxillæ Tetanus nasceretur, sic ut neque loqui, nec deglutire vel minimum posset. Cataplasma emolliens adplicabatur ea vespera. Decimo vero Martii, cum Tetanus 28. horis jam persisteret, fimum equinum circumpofui. Opium lubenter a principio cum Castoreo dedissem; deglutiendi autem impotentia id vetuit. Opio tamen agendum ratus, elutis primo communi Clystere Intestinis, injici cum unciis sex juris carnium grana Opii duo curavi. Obdormivit inde, evigilanti autem rigor mulculorum paulo remissior erat, nonnihilque cepit deglutire posse. Tertio die enemate repetito folvebatur Tetanus. Opiône an fimo? An auxilio alterum alteri fuit?

Ex illo tempore finum maxillarem magis depuravimus, magisque, Cariem autem ejus metuendam Cor-

#### LJUSQUE SPECIEBUS, ETC. 231

Corticis poruviani copiolo, diuturnoque ulu, five abegimus five averruncavimus. Dolorum recrudefcentiam opium interea fedabat. Tandem craffa, & obefa facta, exivit 1758. die Julii nona. Refeivimus diu post ipsam rusticano labore se egregie exercere.

6. Anno 1757. die 7. Decembris veipere, in plena sanitate, deprehendor subita vertigine, cum momentanea mentis absentia, momento post iterum faniffimus, nisi quod ad præcordia nauseosum quid obfervarem, levioresque ventris dolores. Venam mihi tundi curavi, & cubitum petens purgans sumsi, quod sequenti die egregie operabatur. Die hac, nempe 8. Decembris, multis Convivis gaudens, sobrie tamen comedi & bibi. Nocte vero infequente incido in Dyfenteriam crudelem, fanguineo-mucofam, cum universi corporis Tetano. Convenit summo mane die 9. Decembr. optimus, dum viveret, Medicus Erndl, qui gravem valde morbum ratus, mox Ill. Præsidem adiit. Hic autem brevi post sua visitatione me honorans, una cum Claro Viro Erndl, fuspicabatur an non forte podagrica aliqua materies; Podagra enim leviori aliquotics decubueram; vertiginem oberrando excitaffet, eademque purgante irritata, Dysenteriam, Tetanumque generafiet ? Sin minus; an primis in viis hærens corrupta materies ejus abundantiæ effet, ut post actionem purgantis multa adhuc superstes, atque mota, hunc morbum generaffet?' Porro tetanus crat non maxillæ, fed colli, dorfique rigidiffimus, lumborum paulo minus rigidus; fic ut aliquid alimenti, aut medicamenti affumturus, statuæ instar, erigendus essem, lumbis nonnihil se flecti parentibus.

Utrique suspicioni satisfaciebant (purgans enim prægressum erat) primo acrioribus ad pedes, & crura, admotis Epispasticis, quæ eo versus, si qua podagrica materies oberraret, illam allicerent. Se-

PS

cun-

## 232 DE FESRE MILIARI,

cundo Decoctis & Emulfis oblinientibus, atque involventibus, tum ore tum enematum ope, affumtis; quæ cum adhibito prudenter Opio, dolores fopirent, tenfa laxarent, acria involverent, nervosque ab acrium irritatione defenderent. D. O. M. his conatibus opitulante, Tetanus 12. horarum spatio ceffavit, & intra septem dies, citra ullam Podagram, perfecte convalui.

7. Casum notabilem gravissimi Tetani in Nosocomio visum, retuli Part. VI. probl. 9.

あおかど たみかど たみかど たみかど たみかど たみかど たなかど たななど

## CAPUT XI.

# De Febre Miliari, ac Petechiali.

§. I. Pro more iterum non vidimus boc anno Petechias aut Miliaria. Idem & alii Medici testantur Viennæ, in Hungaria, in Silefia. Ex sentententia Ill. Trallefii Milliaria & multum factitia (unt, & nunquam critica. Idem evincunt Clarissimi Kölderer observata. §. II. Nº. 1. in Exanthematum materie Cl. Pringle nimis sero me aggreditur. Enarratio rerum, que putatitiam banc Crisin mibi primo dubiam, tandem falsam esse, demonstrarunt. Nº. 2. Morbi Carcerum, & Nosocomiorum, cum morbis Exanthematicis malignis, maxime cum malignis Miliaribus, plurimum conveniunt; iidem tamen minime funt. Nº. 3. Exanthemata non semper evitari possunt, quia impurus, infectusque aër, non semper potest evitari. Nº. 4. Laus Tractatus Cl. Pringlæi de Morbis Castrensibus. No. 5. Male Cl. Pringle intellexit, que Wratislavienses, egoque, de Camphora notaveramus. Nº. 6. Petechiarum sedem in sola Epidermide me collocasse injuste accu-1010

### AC PETECHIALI. 233

for. Nº. 7. Vindiciæ manium Diemerbroekii. Gangræna nonnunguam citra separationem. sanescit. Diemerbroekiana confirmantur Trallesianis. No. 8. Argumenta quinque adversus Clarissimi Pringle systema, de differentia Petechiarum ab omni alio morbo exanthematico. Nº. 9. Non disputandi pruritu, sed inevitabili praxeos docendæ necessitate, a Cl. Viri opinione recessi. Demonstratur diversitatem, in morbis observatam, non morborum Naturæ, sed diversæ Methodo, deberi. Ostenditur bæc diversitas, eaque occasione illud Turgere Hippocratis examinatur, quod tantam in praxi diversitatem non induxisset, si a solo Hippocrate legitimus hujus significationis sensus petitus fuisset: sensu quippe Hippocratico raro turget materies; non Hippocratico, turget semper, Vomitoria Acutorum principio dari Hippocraticum non est; & frustra quidam id ex ejus operibus probare nituntur. Solum Studium Hippocraticum aptum est, quod in viam devios reducat.

§. I. Transiit cum Bono DEO iterum, pro more, Annus academicus fine Miliaribus, aut Petechiis; cum in Nosocomio, tum in urbe, & suburbiis; apud ægros, qui mihi, ad confilia vocato, obtemperarunt in toto regimine, in abstinentia a Medicina, *Cl. Trallesso* pulverulenta dicta, & præfertim in quotidiana lecti refectione. Vidi quidem Pulicum morsus, quos Petechias; vidi sudamina, quæ Miliares pustulas; sive Collegæ expertissimi, sive Medicinæ Tirones, salutarunt : tales autem minime fuisse, nisi in regimine, vel in medicamentis peccaretur, rerum eventu intellexerunt.

Igitur hæc medicæ artis prudentia effecit, ut id, quod a tot retro annis cum scripsi, tum publice docui, undique confirmaretur, ac demonstraretur abunde:

#### DE FEBRE MILIARI, 234

unde: Utque me, ægros fic gubernantem, propria experientia de hisce Exanthematibus ultra scribere vetat; ita & mecum Medici complures, candem Methodum secuti, eorundem in morbis Exanthematum, aut sua in praxi raritatem testantur, aut omnimodam absentiam. Nominare in hac urbe Medicos poffum, qui in multa, eaque honeftiore, praxi versantes, ne semel quidem suis acutis in morbis hæc Exanthemata viderint.

In Hungaria fi ullibi, hæc Exanthemata famofa funt, & quidem, fic, ut multa praxi exercitati Medici candide mihi fassi sint ad illa promovenda se cogi: fiquidem cos officio defuisse suo plebs clamitet, ægro ex acuta ægritudine citra efflorescentias percunte; Petechias, ac Miliaria, ut falutaria naturæ molimina ad vindicandum a morte ægrum, arbitrata. Interim clariffimi in Hungaria Viri, qui Hippocratice edocti, magnam praxin, spreta vulgi opinione exercent, testantur mihi æque raras sele suis in ægris hasce efflorescentias observare, quam ego cas observo in meis. Cum evictum fit Mortalium millenos ab acutis morbis quotannis perire, qui primario morbo suftinendo apti, secundario illi perferendo inepti fint; Medici profecto illi, de quibus loquor, Medicinam in Beato illo Regno sic facientes, subditos quotannis millenos, alioqui perituros, AUGUSTIS-SIMÆ IMPERATRICI REGINÆ confervabunt.

Sed & Potentifimus Borufforum Rex, quod hac de causa gaudeat, habebit. En quæ Perillustris, & in Medicina practica versatisfimus Tralles, ad me nuper scipserit 14. Aug. " Triginta jam anni elapsi , funt, cum Hirselberga, urbe Silesia, amoena, & 27 montana, fita ad Bohemiæ confinia. morarer, uno , omnes ore mihi affeverarunt Miliaria in urbe, » ejusque confiniis, Endemicum morbum effe, quo-» tan-

#### AC PETECHIALI, 235

, tannis sternentem, & perimentem magnam homi-, num catervam.' Hujus fane caufam tunc temporis , in Medicos referre non ausus, eam potius refudi , in propinquam urbi paludem, potifimum Lancifii , de noxiis Paludis effluviis scribentis, autoritate. " Verumtamen aliquot deinceps annis fymbolam , huc Medicos conferre suspicari cepi; quippe cer-, tior factus, quod urbis illius Medici medicamen-, ta calida ægris offerrent; quod ægrorum, ut fu-, dores prolicerentur, calefacerent conclavia, eum-, que in finem ægros altero fuper alterum pulvi-, nari contegerent, quod demum iisdem non propi-, narent alios, quam calefacientes potus. Caufam , igitur prædisponentem credidi quidem Paludis , effluvia effe; calidam autem Methodum excitan-, tis causæ vice fungi. Ast vero haud ita pridem , eadem in urbe degenti mihi, afferuerunt egregii , duo ibidem Medici, Antiphlogisticæ Methodi Pa-, troni, Ludwig, & Hausleutner, Miliarem morbum, , quo toto tempore praxin ibidem exercuiffent, , fibi penitus effe ignotum : suos proinde Prædecesso-, res morbi Miliaris veros artifices, fabrosque fuis-, ie, plusquam demonstratum effe. "

Sed audiamus magnum Trallessum in Tractatu in Quarto de Terreis remediis, quem quinquennio abhine edidit, pag. 356. & feq. "Quid, quod fatis pa-"radoxon multis lecturorum videbitur, fine omni "hæssitantia, contra vulgares, & ad hunc diem va-"lentes medendi regulas, præstracte assero, postu-"lare boni Medici officium, ut, quantum fieri "possit, prudenter exanthematum genessin arte sua ca-"veat, aut si id fieri salvis ægrorum rebus nequit, "ut quam parcissimam saltem eorum effloressentiam "sagaci auxilio reddere allaboret. Quod assertum "pugnans cum plerorumque Medentum praxi, ut "verum effe nihilominus clarissime perspiciatur, "prag-

### 236 DE FEBRE MILIARI,

" pragmaticam quæstionem injicere liceat, an exan-, themata in ulla febre sint salutifera? Clamant omnes, , audio, utique sape! cum iis exclusis tot ægri red-", dantur fanitati priftinæ. Sed pace rogata, & pau-, co obstrepentium, inque me hæreticum debac-" chantium filentio impetrato, adhuc femel quæro: " An cruoris inspissationes, an vasorum obstructio-, nes, an capillarium canaliculorum inflammatio-, nes, an sanguinis putrilaginosæ corruptiones, an , tenuisimorum vasculorum erosiones, & disruptio-, nes, ulla in febre salutiferæ ? . . Insto igitur » porro : si obstructiones, inflammationes cana-, lium &c. in febribus non salutiferæ, etiam id de " exanthematibus non poterit prædicari, cum fem-» per ea obstructiones inflammationes &c. suppo-» nant : atque quando Medici quidam minus recte " afferunt, Multos mori cum febre neminem a febre; » ego rectissime affirmaturus sum, multos equidem sal-», vari cum Exanthematibus, neminem ab Exanthema->> tibus. "

Si Austria, fi Hungaria, fi Silesia, unde gaudeant, habent; habebunt etiam aliæ Romani Imperii Provinciæ. Part. IX. pag. 45. 46. cum publico communicavi testimonium viri eruditi & clarissimi Kölderer, Memmingæ in Suevia Phyfici fenioris, & Confistorialis, quo patuit & miliaria nunquam critica ipfi visa esse, & bona Methodo evitari. Beavit me idem dignisfimus Vir Epistola, Dissertationis in forma, data anni, quem vivimus, 11. Maji, digna profecto, quam, ni in longius devolutum opus me brevem effe juberet, hic infererem totam. Exordio miratus ille, pravæ doctrinæ, methodique, tot inveniri Patronos, quos Viennæ, nonnisi inter Barbitonsores aut expectasset, aut quæsivisset, in hæc demum verba erumpit : " Profecto in tam clara », luce magis mirari quorundam Medicorum cæcita-, tem,

### AC PETECHIALI.

, tem, quam fanare eandem præstaret ; ni mentis " æquitas sperare juberet falsam Theoriam, ejusque , Culpam, non tam pertinaciæ, sed incuriæ potius, " & commisso errori in dignoscendis morborum , caufis, ortum debere suum. " Longus ideo est in certo quopiam Miliarium genere describundo, quod vel morbum auferendo criticum nuncupari debeat, vel quod morbo dudum devicto demum efflorescat; verum idem hoc genus totum ad Miliaria vera non esse referendum, multis demonstrat exemplis: præcipue cum nullam febrem comitem fibi habeat, adeoque tertium veluti genus morbi constituat, quod vel, neque Criticum, neque Symptomaticum fit, vel fi fic velis, ut Cl. Hoffmannus docuit, Criticum in quopiam Chronico duntaxat morbo. Dolet autem vehementer Clarus Vir hoc ultimum genus a nonnullis Medicis ad vera Miliaria transferri, quæ ipst regimine, aut methodo, aut utrisque pravis, in morbis acutis, inflammatoriisque, generant. Describit mihi quoque plures historias Miliarium ejusmodi, quæ ego pluribus hujus Operis Partibus olim oftendi, dudum fanato acuto morbo prodeuntia, veluti suscepti olim, aut domi, aut in aliis Nosocomiis, contagii reliquias effe; ille vero cuidam Lymphæ Itagnationi adscribit.

», Sed quis, inquit, nunc Medicus hæc Exanthemata, filente etiam experientia, diceret Critica? "fanæ nullus mentis compos. Quis porro Pete-"chias inprimis, quæ non raro Peripneumoniæ, & "Pleuritidi, aliisque apertis inflammatoriis morbis, "junguntur? Quis Miliaria puerperarum alba, ubi febrem adeffe inflammatoriam omnia docent fymptomata, & ubi quo copiofiora, & faciliora exanthemata prorumpunt, co proximores Leto funt "ægræ? Aphthæ infantum apud nos morbus eft meters, multos in tenerrima ætate perimens: "hunc

### DE FEBRE MILIARI,

, hunc semper multo deteriorem sum expertus, fi " fimul, quod fæpius contingit (idemque fæpius " in Anglia contingere Huxbamus fidem facit) Miliaria apparent. Quis ergo & hæc? Et quale tan-33 , dem in omnibus recensitis his morbis inflammato-, riis venenatum Miasma, quod expellere debemus, " accusandum venit, si, ut experientia docet, Mi-, liaria & Petechiæ perpetui inflammationis fint co-" mites, hæcque eo pejor fiat, quo largior eorum , numerus? Et cur non cadem omnibus istis febri-, bus ratio, quæ tam frequenter æque exanthemati-, bus (fi morbus finistra; aut plane omissa cura, in » pejus ruit) ac reliquis symptomatibus, inflamma-», tionibus propriis stipatæ sunt? Nonne satis apud , cos constat, a soluto partium sanguinis nexu & " ferosa ejus parte a ceteris inde segregata, suam , hæc exanthemata trahere originem ? Quid aliud , nisi hoc sibi vult Diabetes, tam sæpe in his mor-, bis infaulto omine accidens? Fugitne quosdam , his morbis, præcipue Puerperarum Miliaribus, , demum ab co tempore nostros comprehendi cæ-" pisse homines, quo lautiores vivunt, & diæta ca-"lidiore utuntur? Qui ergo ista regimine calido, , tanquam falutifera, expellere fatagunt, quid hi » aliud faciunt, nifi ut studio dissolvant nexum fan-», guinis partium ; inflammationes peflimas creent ; , oleum infundant igni, & fic morbum necessario " adaugeant? " Tandem me in adversis contolatus, " Nova quævis doctrina " inquit (quam hujus Epistolæ initio justo nomine Nov-antiquam appellat),, omni ævo adverfarios habuit comites: at , fortem Harvæi mallem tamen ego experiri, quam , cum cæcis per omnem vitam cœcutire, famæ », enim mendacia derisit semper conscia mens recti, » veritasque triumphavit hucusque.

S. II. Sufficerent hæc omnia ad demonstrandam, quam

#### AC PETECHIALI.

quam clamo a tot annis, propugnoque, veritatem, adeoque ad hoc ipfum caput terminandum, nifi adversus eandem Claristimum Pringle, Virum, quem magni semper & feci, & facio, dudum insurrexisse intellexissem; & ad cujus Animadversiones dudum respondissem, nisi ille, more inter eruditos repudiando, vernacula scilicet lingua sua, in altera, & tertia editione sui, a me sæpius laudati Operis de Morbis Castrensibus, contra me scripsifiet : jam vero cum Vir quispiam doctifiimus, ipfius, meusque amicus, hæc mihi ex Anglico fermone gallica fecerit, respondebo illi hoc Capite, fiquidem præcipua ejus contra me gravamina circa Miliaria versantur.

Ac primum quidem cum Viri, in Arte tanti, venia id mihi afferere licear, quod in hac disceptatione nimis fero me adgrediatur : utpote qui & ad hanc materiem, & ad illa, quæ præterea hac occafione mihi objicit, in fingulo fere novem de Rat. Med. Partium; in antecessum, satis respondi, abundeque. Multo fane labori peperciflet has omnes Partes pervolvendo, non patrio, sed latino, ut inter Eruditos decet, fermone exaratos; quarum suspicor nullam post Tertiam ipsum legisse, neque etiam præter Theses de Febribus, alia Opusculorum meorum, in quibus tamen omnibus ea dudum refutavi, quæcunque ipfe contra me postliminio edit, & repetivit.

Dignetur itaque Vir dignifimus id attendere præprimis', quod quæcunque ille, ex confuetudine recentiore suæ patriæ, de Miliaribus atque Petechiis, cenfet, nullo modo queant id falfum reddere, id negare, id quominus centies visum sit efficere, quod Medici Hippocratis, Sydenhami, Boerhaavii principiis imbuti, in Austria, in Hungaria, in Silesia, in Imperio, in Italia, hæc exanthemata aut nihil omnino, aut vix faltem, observent. Neque quod credat ipse Miliaria fere critica ese, id meam assertionem, qua primo vix, Q

dein-

#### 240 DE FEBRE MILIARI,

deinde nullos, in Nosocomio ægros, cum iisdem Exanthematibus, habuisse me testatus sum, ullo modo infirmare, ullo modo non veram, non existentem, reddere potest. Acta refero, Facta enarro, quorum multis ab annis millenos testes numero, cosque inter nonnullos Anglos, quos ipse de hisce, si lubeat, percunctetur: Acta, inquam, quæ nullius contraria infirmet opinio, quæ nullius contraria obscuret observatio; contra quæ nulla Scholarum commenta, nulla Patriæ præjudicia, præscribent unquam.

Hæc igitur, cum ita se habeant, Vir clarus id male interpretari non poteft, quod ita de veritate earum, quas narro, rerum convictus, ut effe convictior nequeam, cum ipsum, tum quotquot cum ipfo sentiant, minus recte opinari credam. Quod autem alii minus recte opinentur, ut ego faltem credo, aliunde proficifci non arbitror, quam quod, quæ in Scholis principia hauserunt, nondum ad severas artis regulas, seu ad Lapidem lydium, probaverint. Profecto fola Observationum frequentia primam mihi fuspicionem formavit, ne res fic, ut credebatur, fe haberet. Suspicio hæc reddidit me propriæ opinioni diffidentem : diffidentia ad maturius compulit exa-Videbam quippe, idque in Civitate magis, men. quam in Nofocomio, die quopiam Critico Miliaria oriri, morbum levari, & hæc eadem Miliaria die vere critico cum febris cessatione ficcari, fanitatemque hinc confequi perfectam. Sed 2do. videbam hæc exanthemata sæpius die non critico, quam critico nalci, & nihilominus alio bono die critico morbum cum exficcatione exanthematis perfecte judicari: id quod intellectu mihi paulo difficilius videbatur; non ideo quod plane infolitum effet, verum co, quod nonnihil cum confuctis observationibus repugnaret. Videbam 310 idque frequentius, five die bona, five ma-

## AC PETECHIALI.

mala, exortum exanthema cum morbi, cousque benigni, incremento tanto, ut æger vel fummopere periclitaretur, vel ad plures abiret. Saltem nunc excretionem Miliarium, utut falubrem aliquando mihi creditam, & criticam, longe crebrius vidi symptomaticam fieri, ac letiferam; idque frequenter in iis, qui morbum primarium ad ulque excretionem Exanthematis fic tulissent, ut spem perferendi, emergendique, probabilem facerent. Itaque ad omnia attentior, inque cæteras morbi excretiones animum advertens, vehementer dubitare cepi, utrum iis in morbis, quos co usque Miliaribus judicari credideram, judicium Miliaribus, an aliis evacuationibus, adscriberem. Quippe semper in ejusmodi Crifi, aut urina hypoftatica erat, aut erat flava, ac pulti fimilis alvus, aut hæmorrhagia quælibet, aut perspicuus observabatur sudor, aut plura horum simul. Sin vero minus; aut recidiva erat febris, novæ Crifeos indiga, aut peribat æger.

His ita obfervatis, & cum frequenti morte ægrorum, quam Miliaria illa, quæ omnium ore fymptomatica erant, inducebant, collatis, in eam fententiam facile abivi, quod confuetæ Evacuationes criticæ, non vero Miliaria, morbum folverent; quodque, fi non perpetuo, paffim faltem Miliaria fymptomatica effent, tum in illis, qui fervarentur, tum præfertim in his, qui perirent. Confirmavere autem hanc fententiam obfervata confertiffima.

Verum me aliud torquebat. Viennam appuleram, de horum exanthematum frequentia perfuafus; nec me opinio fefellerat, fiquidem in quovis fere acuto morbo aut adeffe exanthemata viderem, aut a Medicis expectari: meque etiam utpote Climatis ignarum, de hac critica excretione endemica, ad quam promovendam, nutriendamque quivis Medicus intendere animum deberet, Medici perhumaniter commonefaciebant. In-

QI

te-

terim ego ægros acutos in Nolocomio publico tractare orfus, haud inveniebam hanc crifin ita endemiam effe, quandoquidem inter centum priores ægros unicus modo afficiebatur Miliaribus, qui per imprudentiam meam eadem cum duobus aliis ægris. communicabat. Quo nunc acutos morbos in Nofosomio frequentiores demonstrabam, co pauciores, quibus exanthemata prorumperent, observabam; & fi quandoque uni, alterive prorumpebant, quos Regimen, & Medendi methodus, antea ad illa dispofuerant, hi nullam in observatione mutationem inferebant. Quid porro inde concluderem? Nisi, cum alibi tot homines, apud me vix ulli, exanthemata acquirerent, Regiminis ac Medicamentorum tam aliorum, quam meorum, exactam inter sele comparandam effe rationem.

Constitit tunc luce clarius, bonos complures, imo optimos Medicos, patria opinione abreptos, regimen, ac medicamenta fic dirigere, ut ægri Acutorum exordio in sudorem, ejusque opera in exanthema prorumperent; alios vero, quibus meliora finxerat præcordia Titan, haud ita numerofa, numerofiora tamen, quam apud me, in suis acute laborantibus exanthemata habere. Sollicite & hujus caufam rimatus, detexi 1<sup>mo</sup> contra Medicorum mentem, imo clam illis, ægros ex præjudicata opinione operofe cooperiri; id quod & mihi in ægris urbanis, inexpectato quandoque intranti, observare contigit. 2<sup>do</sup>. Pulverum testaceorum creberrimum usum, methodo antiphlogisticæ præponi. 3tio Viennæ nullatenus laudabilem obtinere morem ægros quotidie, femel faltem, vel reponendi in lecticam, lecto fic admotam, ut ægri debiliores videantur tantummodo in codem lecto loco moveri, vel, fi id vires ferant, in sedili collocandi; & sordida indusia nitidis tepefactisque aliquoties permutandi: quæ profecto omnia 20

243

ad exanthemata averruncanda inevitabilis effe neceffitatis, certa experientia affirmo. Tandem 4<sup>10</sup> Petechias & Miliaria, quandoque contagiola reperta, poffe cum ægris, nolente ea Medico, communicari ab advenientibus ad fe amicis, Neceffariis, Conteffariis, Medicis; dum ab his, qui pravo exanthematum genere laborant redeuntes, ægros alios necdum affectos conveniant. Adeoque quamdiu noftra Methodus non fiet ea cunctorum, mirari minime oportere aut me, aut alios, exanthemata nonnunquam in ægris obfervare: præterquam quod in Regione, quæ iisdem ita fcatet, ægri illi, in quibus jam magna adeft humorum corruptio, in Petechias, vel Miliaria, facile incidere ante mortem poffint.

Atque hæc sufficiant, ut Dignissimus Pringle cur ita scripterim, ac scribere debuerim, clare intelligat. Transferat animo sefe Londino Viennam, cogitetque attentionem in res meam, totque annorum experientiam, cum propriam, tum corum qui, quo ego modo, medicinam faciunt: an non clare perspicit rem illius mihi evidentiæ esse, ut asserere intrepidus aufim, errare cos, qui Petechias, qui Miliaria, & inevitabilia, & critica elle, statuminent? Errare proinde quoque, qui cum ipfis sentiat, Cl. Pringle? Animadvertat Vir fincerus non levem, non hefternam, non precario afiumtam, quam tucar, fententiam esse; sed potius talem, quæ oppositiones non metuat; cogitet quantæ evidentiæ hæc mihi debuerit sententia esse, quod primum contra omnes folus, quod unicus, quod homo inermis, promere candem ausus fuerim ; egregiorum Medicorum oppositiones, ineruditorum calumnias, ingratorum discipulorum deliramenta, omniumque tardiorem, ac meæ, ad senium jam vergentis, vitæ tempore vix sperabilem convictionem, animo

Q3

præ-

prælago bene auguratus: concludat potius falutem populi, quam tueri, promovereque munus id, quod Augustissima nostra incomparabilis mihi imponere, quòque me honorare dignata est, & mentem veri consciam, co me impulsse: quo prosecto modo non eum in publicum prodire posse per se novit, qui vaga opinionum commenta, quæ dies deleat; qui Cerebella hominum & potentes nugas, quas Veritas vix exortas dispellat; mundo obtrudere satageret.

Respondere præterea debeo ad peculiares quasdam Viri Clarissimi ejusdem acculationes. Primo inducit me veluti Anglos suspis conciliando, incuro, sereno, renovato, suis ægris conciliando, incurios. Profecto nec scripsi talia, nec cogitavi. Provoco Virum Celeberrimum, ut mihi vel Verbulum, quo id infinuassem, monstret: si vero quæ de prava Germaniæ consuetudine notavi, hæc veluti de Anglia dicta ipse putet, proprio id tribuat, non meo errori.

2<sup>do</sup> Acculat me Vir doctiffimus, quod Miliaria & Morbos dictos Carcerales, Morbos ex ipfius fententia maxime a se mutuo dislimiles, turpe confuderim. Negare profecto iple non potett morbos carcerales, ab hominum multitudine angulto in carcere, diuturno in tempore, in sua spurcitie, inclufa natos, multam cum illis Petechiis & Miliaribus gerere similitudinem, quæ ab aëre non renovato, multorum hominum, arctiore spatio inclusorum, propria transpiratione fere pestifero, gignuntur: neque ego paritatem produxi ultra. Quod vero eundem effe morbum hunc utrumque non credam, potuerat ex Tractatu de Febribus, ex Ratione medendi, ex Vindiciis meis adversus Ill. Halleri Apologiam, intelligere; utpote qui ibidem Miliarium in Europa nativitatis Epocham five ad medium, five paulo ante medium XVII. Sæculum fixerim; Epo-

Unable to display this page

bent nos ab codem recedere quandoque : ideone iniquum de ejusdem operibus judicium ferimus?

5. Stomachari in me Vir egregius videtur ob verba mea ejusdem tertiæ Partis quæ habentur vol. I. pag. 150. "Quantisne effertur laudibus in Malignis "Camphora, veluti collapías vires blande rettau-"rans, & fomnum ipfo opio tutius adducens? Con-"fulite modo egregios Viros Huxbam, & Pringle. "Aliud tamen experti in Epidemia anni 1699. eru-"diti Medici Vratislavienses" acfi illum vel erroris incufassem, vel alienam affricassem doctrinam. Profecto horum me neutrum intendisse, ex ipso eodem contextu palam fit.

Primo enim si Clariss. Pringlæum laudassem unicum, possem videri tale quid ipsi affricasse; sed cum & ipsum laudarim, & Cl. Huxbamum, quorum hic postremum de Camphora, ille primum docuerit, prosecto debuisset duntaxat ex textu meo arripuisse id, quod suum esset, quodque esset Huxbami Huxbamo relinguere.

Sed secundo, Camphoram hac virtute pollere, & cruditus Pringle, & clarus Huxham, & ego cum illis, & nobiscum ipsi Breslavienses Medici supra laudati, firmiter, nisi me animus fallit, credunt omnes. Quapropter quando Medici Breslavienses in fua graffante Malignitate plus a Camphora detrimenti, quam emolumenti, observassent, me profecto alio fine hasce corum querelas non attulifie, quam stupendæ malignorum morborum varietatis oftendendæ gratia, omnes æqui lectores judicabunt, qui ibidem pag. 152. vident me suas Camphoræ vindicasse laudes, adscriptasque eidem tum a Pringlæo, tum ab Huxbamo, nec non a me, cunftisque per orbem Medicis, vires blande reflaurantes, atque pacantes, malignis in morbis; qui maligni morbi ab illis Vratislavienfium indicati anni 1699.

247

1699. omnino differrent: æque atque ibidem vindico Venæ fectionem frequentem in ea Pleuritide, quæ omnino ab illa differret, quam anno 1676. Sydenbamus obfervaverat: æque ac eodem loco Hæmorrhagias varias laudo in morbis illis, qui effent ab iis diffimiles, in quibus Tolofates, & Lugdunenfes, easdem effent experti letales. Itaque non Camphoræ laudibus quid detrahendi, non eos, qui eadem in Malignitate uterentur, vituperandi, animus mihi aut fuit, aut effe potuit; fed unice id demonftrandi, quod morbi fic nonnunquam varient, ut quibus remediis alias obtemperarant, jam iisdem potius exafperarentur. An Viri Clariffimi fententia alia a mea eft? Cur ergo ob eandem me male habet?

6. Est quoque novæ accusationi respondendum: Nec sola macularum (Petechialium) scribit vir cl fedes cuticula est, ait Haenius, nihil ad cutim adtendens, acti cutis non esset, sed cuticula, vera Petechiarum sedes: miror id vehementer: quandoquidem nec cellulis, nec vasculis, quod feiam, cuticula gaudens, rubicunda ab inflammatione reddi nequit: neque potest essure, quiinter cutemque cruor has maculas gignere, quibus epidermis elevetur, id, quod in hac eruptionis specie videre mibi contigit nunquam."

Raptim nimis mea Virum Cl. legifie eft quod doleam. Si fic fcripfifiem "Nec fola macularum "fedes cuticula cft. *Pontius*, *Fernelius*, *Morellus*, "fedem quoque in *cute*, in adipe, & carnibus, "imo in ipfo detexere Periofteo;" fi, inquam, fic fcripfifiem, jure meritifimo me carpere debuisfet, fedem morbi nonnunquam in fola Epidermide flatuentem: verum cum, nulla cutis in fequentibus mentione facta, fic pergo: "Nec fola macula-"rum fedes cuticula eft. *Pontius*, *Fernelius*, *Mor* 

», rellus, fedem quoque in adipe, & carnibus, imo », in iplo detexere Periosteo; "utique Vir egregius concludere debuisset, me cutem cum cuticula intellexisse, cum deinceps nullam amplius cutis mentionem faciam, quam ceteroquin inevitabiliter facere debuissem. Cum sententia itaque mea clara est, genuina est, eademque cum ea Cl. Viri est, an gravem adeo Virum decuit, ob unicam sorte grammaticalem, quæ irrepsisset, mendam, mihi seriam adeo litem intendere?

7. Non approbat Vir Cl. quod iis adstipuler Scriptoribus, qui sedem Petechiarum in adipe quoque ac carne quærant; quodque alienus non videar a Diemerbroeckii sententia, qui sibi imaginatus effet, easdem ulque ad Periosteum prosequi se posse, atque a Periosteo, seu de basi lata, illas paulatim verjus cutem extenuari: ", Si itaque Diemerbroeckius " viderit, inquit doctifiimus Pringle, hasce fub-, stantias pyramidales, sic gangrænosas; quantane ", earundem gangræna ad bafim fuerit neceffe eft, , dum earum apices integram fere cutem conte-39 gant! Quid, quod etiam tunc æger fanescere po-, teft? Neque hoc modo, verum etiam fanefcere " citra gangrænofarum partium separationem, id " quod tamen in gangræna fieri consuevit? Evi-, dens igitur eft, aut erraffe Diemerbroeckium, aut 37 discrepasse Petechias ejus tum a meis, tum ab " Haemanis."

Refpondeo primo, quamquam cadaverum Petechiis mortuorum anatomen, veluti utcunque forfitan temerariam, nunquam inftituerim, me nihilominus cum fupra laudatis Scriptoribus, tum præfertim Diemerbroeckio, Anatomico fane audacifiimo, plenam femper fidem adhibuiffe: maxime cum hic rei licet apprime gnarus, in gratiam tamen increduli Chirurgi nova inftituta demonstratione, conviz

vicerit Chirurgum. Nulla itaque ratio exigebat Claro huic cum Anatomico, tum Practico, imaginationem in re, erroremve, adferibere. Si enim ea quæ vel nos latent, vel captu difficilia cenfemus, ob id ipfum, fine contrariis experimentis, aliorum imaginationi, aut errori, tribuamus; de Autoritate in Medicina actum est, fortemque propriis nostris demonstrationibus expectemus candem.

Secundo dico, ni cavillare velimus, eousque faltem geometram fuisse Diemerbroeckium, ut si in quovis cutis puncto Petechiæ extarent, saltem ab earundem singula, seu ab apice, singula pyramis duci non posset, cujus insideret Periosteo basis: adeoque observationem hanc sæpius ab eo sactam fuisse videri in Petechiis, quæ in cute rariores, quæ a se mutuo comparebant remotiores.

Tertio ajo Petechias adeo profundas a Diemerbroeckio nonnifi in Cadaveribus effe observatas, ideoque inde concludi id non posse, quod etiam in reconvalescentibus tantæ fuerint profunditatis: ut proinde illa, circa defectum separationis gangrænæ facta difficultas, sponte cadat.

Sed Quarto & in reconvalescentibus Gangrænam adeffe posse notabilem, & citra ejusdem separationem posse curari, expertus affirmo. Ex multis, quibus id edoctus sim, unicum memorabor exemplum. Sclopeto manu vulnerata, & gangrænosa, digitisque hinc inde semipendulis, homo in meum Nosocomium ducebatur, a viro clarissimo Jaus, Chirurgiæ, dum viveret, Professore dexterrimo; qui mecum curam constanter ad finem prosequutus est. Epoto decocto Corticis peruviani, sistebatur pars gangrænæ præcipua. Sumtibus Nosocomii parciturus, Corticis pulverem dedi; ass brevi, quæ antea sanæ comparuerant, purpurascebant nunc partes, livebantque. Aucta pulverum dosi, crevit livor,

vor, gangræna proferpfit. Reddito decocto Corticis, intra triduum livor disparuit omnis, cute, adipe, carne, fanis. Repeto tamen experimentum cum magna copia Extracti corticis, at vero livor mox varia vulnera defœdabat, proferpebatque confestim: Decocto reddito, Gangræna stabat, ac fine separatione mutabantur lividæ partes, etiam quædam a vulneribus remotiores, in fanam confittentiam & colorem. Ter, quater, spatio fex septimanarum hoc experimento repetito, eventus idem femper fuit. Igitur præterquam quod inde difcamus, folo experientiæ tentamine modum corticis variis ægris exhibendi constare ; abunde patet homines, ut a lividis, purpureisve in cute Petechiis, aliquando citra cutis separationem, epidermide forfan in squammas hinc inde fatiscente, perfecte fanantur; ita pariter a Petechiis ejusmodi profundioribus, citra partium gangrænofarum separationem, fanitati reddi posse. Puto fimilia hisce observata in 3. & 7. Parte hujus operis, circa desperatum Ileum morbum me communicafie.

Denique Quinto si egregius Pringle dignetur lectu digniffimum opus de terreis Medicamentis Clariffimi Tralles consulere, arbitror ex factis ibidem demonstrationibus, minus eum alienum fore a Petechiis, præter cutem etiam in intimioribus corporis partibus, copiofe reperiundis, ac Diemerbroeckiana egregie confirmantibus.

8. Clariffimi Viri Pringle sententia est, quemadmodum Variolæ, Morbilli, Scarlatinæ, Eryfipelas, & Miliaria; utpote omnia generis inflammatorii, animofiore humorum circulo pulcrius prodeunt, extantque, versus mortem autem magis concidunt; Petechias e contrario, ut putrefactionis prolem, lentiore ac debiliore circulatione erumpere foras; hincque haud raro easdem sub mortem, ima

into post mortem, prorumpere : nec unquam vidisse diffe se a regimine calido, datisque sudatoriis, petechias communibus in acutis prorupisse; Petechias ergo a Miliaribus *essentialiter* differre : eandemque ob causam se Sydenhamo adstipulari non posse, qui Petechias sponte sua raro efflorescentes, in Pesse tamen & Variolis confluentibus, ex vehementissima fanguinis inflammatione prodeuntes descripsit.

Multa hic respondenda habeo. Primo quod Vir Cl. folas excipiat Petechias, ut quæ calido regimine & medela in acutis non prodirent, an hinc faltem tacite cum Sydenhamo non concedat plerasque Miliarium eruptiones, posito tali regimine, contingere?

Secundo, vidit Autor existumatissimus supra, testimonio Viri Cl. Kölderer, Miliaria eo copiosiora prorumpere, quo major adsit in corpore putresactio, quo homo interitui proximior. Quod hic Vir ille expertissimus testatur in Suevia fieri, id in Austria frequentissimum fit. Ergo neque hinc a Petechiis differunt Miliaria.

Tertio nihil in Germania, in Austria, nihil Vienne crebrius, quam hominem utraque hac eruptione, eodem tempore ipfum invadente, in fummo periculo verfari, morique: ita ut, fi nonnulli inde convalescant, plebs, ac præcipue Matronæ, illos Medicos Æsculapio pares clament, qui exanthema utrumque generando, promovendoque, malignum quodcunque de corpore eliminarint: fin vero moriantur, Medicos nihilominus culpa quavis absolvant; utpote qui & unam & alteram excretionem promovendo, nihil eorum, quæ ad falutem potuissent conferre, intentatum reliquerint.

Quid, quod Huxbamo teste, uno, codemque Epidemiæ tempore, & Petechiæ malignæ, & malignæ Miliaria, & malignæ Aphthæ, una quandoque prodeant?

deant? Imo codem in homine, fic ut Petechiis Miliaria fuccedant? Huxhami profecto observationibus junctis cum iis, quæ in Germania observari mox dixi, non diversissimam Petechiarum, Miliariumque naturam esse, sed idem corruptionis, idem circulationis vitium, aperte evincitur.

Et quid aliud evincunt Eruditiffimorum Virorum Donckers, Glafs, & Allioni experimenta; quibus bic Miliaria, illi Petechias, purgantibus præverti & posse, & deberi, demonstrarint? Sane nullus video, hoc Cl. Pringlei, de essentiali horum binorum exanthematum differentia systema defendi posse, eo faltem modo, quo ipse defendere id, atque propugnare, fatagit.

Hucusque tacite præterii ea, quæ Cl. Pringle, & alii eruditi Viri, de fanguine putride diffoiuto in morbis malignis, deque codem in Inflammatoriis phlogiftice spisso, differuerint: verum hæc experientiæ refragari docuerunt experimenta numeroia, quæ retuli Tomo I. Capite VI. XI. XXV. & XXXIV. Parte V. Cap. I. pag. 2 & 3. & Part. IX. a pag. 32 ad 36.

Inde scilicet constitit in Febribus malignis, in Petechiis, in Miliaribus, in maligniss Variolis, in Ægris, qui uno eodemque tempore & Petechias haberent, & Miliaria, sæpius sanguinem de Vena secta prodiisse five concretum, sive inflammatorium; & aliquando inflammatorium quidem sic, ut crustæ moles eam rubræ insulæ aut æquaret, aut superaret: constitit præterea, per eadem experimenta, sanguinem eodem in morbo nunc dissolutum prodire, nunc inflammatorium; imo eadem in Venæ sectione illum uno in vasculo dissolutum, phlogisticum in alio, conspici: Epidemias prætetea dari, in quibus ægri non prius sebre liberentur,

tur, quam, ubi post densum antea sanguinem, demum is diffolutus prodeat; ut testis oculatus vidi: imo in Angina, Peripneumonia, Rheumatismo, inflammatoriis, qui morbi anno 1747. & 1748. grasfarentur, sanguinem in quacumque ejusdem Missione pelliculam tenuem habuisse, mollemque eandem, & subalbidam, pellucidam fere, & gelatinosam, sub qua puls atro-rubra, non cohærens, serum vix ullum a sesse serveras, inventa sive Sanguis talis in multis stillabat de vena potius, quam fluebat: in non paucis tamen bono jactu exsiliens, nihilominus sub tenui illa pellicula dissolutus erat; haud raro tamen alio atque alio in vase dissolutior.

Si dignetur Cl. Pringle ad hæc omnia adjungere Clarissimorum Valfalvæ, & Morgagni Observationes in Epist. anat. med. 49. videbit ca, quæ a 12. sere annis Viennæ docui, & demonstravi, a magnorum illorum Virorum observatis consirmari.

Constat enim ex iis omnibus 1<sup>mo</sup> Sanguinem crasfum & phlogisticum sæpe esse in febribus malignis; in malignis adeo Variolis, ut maculæ rubræ, ut sputum sanguinis, ut mictus cruentus, ses iisdem jungant; denique æque in Petechiis, quam in Miliaribus.

2<sup>do</sup>. In febribus epidemicis, cum vehementi vifcerum inflammatione, fanguinem a principio ad finem diffolutum apparuisse.

3<sup>tio</sup>. In morbis omnium confensu inflammatoriis, fanguinem uno die inflammatoriam spissitudinem exhibuisse; paucis autem horis, dieve, elapsis, summam dissolutionem: inflammatione interim crescente.

4<sup>to</sup>. Imo morbos acutos dari, qui non judicentur, nifi fanguis in ultima V. S. diffolutus appareat.

5<sup>to</sup>. Miliaria & Petechias eodem tempore corpus oblidere, adeoque non ex diversa sanguinis conditione oriri.

 $\delta_{to}$ . Æque putridis, quam inflammatoriis in mors bis, in eadem Venæ fectione, fanguinem æquali vi excuntem, in vafa ejusdem formæ, & capacitatis exceptum, uno in vafe vere pleuriticum, in alio penitus prodire folutum; idemque phænomenon in pluribus V. S. codem in morbo fenfim augescente factis, observari.

7<sup>mo</sup>. Homines fanos bene multos effe, quibus fanguis ex confuetudine quotannis miffus, craffitiem phlogisticam perpetuo referat; pluribusque gravidis, Venam ex prophylaxi sectis, apparere similem.

Quæ fi ita fe habeant, ecquis demum eft, qui, ex foluto, denfove cruore; aut morbi naturam definiat, aut methodum condat medendi? Numquid *Hippocra*tes hanc de fanguine judicandi incertitudinem fubolfeciffet? Miramur faltem eum in Urinæ, in Alvi, in Sudoris varietate notanda, adeo accuratum, & fcrupulofum, tam altum circa Varietatem fanguinis obfervare filentium.

Sunt profecto pulcra nonnulla, quæ Phyfiologi, & Pathologi, de nostro vitali liquore commentati fint; expeditque ejusdem in morbis naturam, variationemque contemplari, an forsitan aut ex multorum Medicorum observatione annosiore, caque chartis, ne memoria excidat, mandata, ad Diagnofin, Prognofin, & Curam, certius quidquam adornari; aut faltem an ab erroneis principiis avocari Medicina poffet? Postremum hoc mihi hucusque videtur priore sperabilius. Ex quo enim memorata experimenta publici juris feci, fateri non erubesco me, indies quamvis ad omnia attentiorem, vix tamen in iisdem quidquam profecisse, &, ut unquam proficiscar, vereri; eoquod clare videam naturam humoris, quem noffe gestio, ab omnibus notis in rerum natura liquidis alieniflimum, eundemque in omni, cui a tot annis infudavi, examine, potius quid non effet, quam quid

quid effet; mihi indicantem : examine tandem Chemico; in quo maximi Viri exercuerint se toties, liquorem nostrum vitalem fic inverti, mutarique, ut id, quod fuerit, evanescat; id vero, quod nunquam fuerit, aut effe potuerit, substituatur. Et quid liquidum memorem ? Admirandæ Machinæ, hoc ipfum liquidum ex rebus alienissimis conficiuntis, confervantis, reparantis, natura nos latet, structura intima nos fugit, idque unice nobis, fi aures audiendi habeamus, occlamat, OMNIPOTENTEM AR-TIFICEM, arcana & imperferutabili lege, fic Machinam nostram, solidis, fluidisque constantem, condidisse, ut talis sit, qualem ipse velit, solusque intelligat; haud vero talis, qualem limitatifimum ingenium humanum ex paucis, iisque imperfectis, principiis fibi conctur fabricare, & in fabricando suam fateatur, velit, nolit, imbecillitatem.

Quarto etiam Generalis nimium fententia illa Viri Cl. est, quam hac occasione de necessitate circulationis majoris ad Variolarum eruptionem necessitaria, protulit. Profecto & Sydenham, & Boerhaave, & omnes mecum Practici observarunt, vel ob id ipsum non prodire Variolas, quod circulus humorum sat moderatus non esset. Deinde vidisse me homines a Variolis mortuos, papulis pulcerrime extantibus, Rat. Med. Tom. I. cap. 10. testatus sum; Vienna & Miliaria a morte pulcre extantia plus simplici vice vidi. Unde etiam sponte concidit, quod de modo generationis Petechiarum, ab eo Variolarum, & Miliarium diverso, inde conatur concludere.

Quinto Sydenhami sententia, quam amplecti se posse cruditus Pringle negat, videtur tamen cum ab ipso Sydenhamo sufficienter adstructa esse, tum omnibus, quæ hic scripsi, confirmari: Nasci scilicet Petechias, quando expulsis crudo in morbo sudoribus, sanguis inspissatur, Febris vim auget, sensimque demum R core

corrumpitur; ut etiam hinc petechias majori cruoris inflammatione generari evincatur, quod autem ea in parte ultra Sydenhamum fe progredi dicat, ne in Pefte quidem Petechias Criticas effe credendo, eadem fane in parte, fi tamen conftat petechias in Pefte vere criticas Sydenhamo vifas effe, ab ipfo Pringlæo diffentire vix aufim: cenfeoque fi, relieta in Pefte altera Sydenhami methodo, alteram abundantiffimæ Venæ fectionis fequeremur, atque in fumma ejusdem malignitate Corticis Peruviani locupletem ufum faceremus, nos in Peftis curatione, DEO dante, fore fortunatiores.

Sexto. Longus Vir Doctifiimus eft in proferenda Methodo, quam in Petechiis, Miliaribus, Febribus malignis, communibus Febribus, obfervat, ejusdemque egregios effectus laudat. Inde vero concludere ipfi placuit, quæ adverfus ipfius methodum protuliffem ego, five fimplicem Theoriam, five coactam aliis cum febribus, quæ tota natura inter fe differunt, Analogiam, five præcepta tantum quædam generalia, tum *Hippocratis*, tum *Sydenbami*; bæc omnia aptiora effe ad Scholarum difputationes formandas, quam ad Medicinæ Tyrones in praxi erudiendos.

Cum Viri præclari venia refpondeo primo, ex illis, qui æque, atque ille, tum in caftris, tum in urbibus obteffis, medicinam in Nofocomio feciffent, me convenientiam inter fefe magnam morborum Nofocomiorum, communiumque malignorum, didicisfe: deinde cam horum differentiam; quam Pringleut ita urget, haud ita Huxhamo vifam effe: Tandem Petechias & Miliaria plurima inter fefe confimilia habere, nec in multis ab his ad malignitatem converfis, differre morbos Carcerum, Navium magnarum, Nofocomiorum, fupra fatis, abundeque probatum. Similitudo hæc aut probata, aut negata, Methodum

257

in omnibus aut confimilem rogat, aut abfimilem. Ergo quæ contra Viri doctiflimi peculiarem de tanta horum morborum differentia fententiam attuli, non tricas, non Scholarum difputationes fapiunt, fed ad Medicinæ Tirones in praxi erudiendos faciunt fummopere.

Verum acrior hæc in me animadversio clariorem responsionem urget, ad quam adornandam Operæ precium erit, nostram utriusque praxin intueri; & inquirere, an demum inventa in eadem diversitas, in Morborum quoque Phænomenis aliquam inducat forte diversitatem?

Ut itaque, quæ animo cogito, libere proferam, certissimum esse judico, Regiones esse, quæ pravis hisce exanthematibus plus minus perpetuo scatebunt; quasdam rarius; alias rarislime : quamdiu certa morbos acutos tractandi Methodus, fingulis in Regionibus aut confueta, aut cum effectu nunc inducta, obtinebit principatum. A magno meo præceptore Boerhaavio studium Hippocraticum & Sydenhamianum edoctus fum ; edocti eodem tempore mecum idem studium Beatarum Brittanniæ Infularum medici numerofi funt. Horum multi acriter, laudabiliterque, hoc studium prosequuti, cum iis tamen, quæ in Schola Boerbaaviana didicerant, patrium medendi morem, quem in Mortono, Leystero, aliisque, non approbaverat Sydenbamus; rectene, an fecus, postea constabit; plurimum commiscuerunt. Hoc qui fecerint, forsitan inde alia observant febrium phænomena, quam puri puti Boerbaaviani: Boerbaavium presse secutus ego in praxi, Sydenhamum legi. perpetuo, consuluique, præprimis vero Hippocratem. Ea, quæ ad aerem tum purum, tum tepidulum; ea, que spectant ad intermissam nunquam lectorum refectionem, quam ex præcipuis causis esse censeo, cur morbos malignos raro videam; ca, quæ ad ab--11.12 finen

ftinentiam a medicina testacea, & pulverulenta, cujus inanitatem, & damnum, sole meridiano clarius demonstravit illustris Tralles; ca tandem, quæ ad abstinentiam ferme perpetuam ab Emeticis acutorum principio, nisi genius morbi peculiaris id juberet pertinent; puto ex tribus, quos mox laudavi, Medicinæ totius principibus Viris, me haussiste, caufamque præcipuam esse, cur minus infelix in praxi suderim, morbosque malignos, atque exanthematicos viderim rariores. Felicitatem meæ in Acutis praxcos nuperrime Autor Anglicus Melli, Aceto, simpliciorumque, aut herbarum, aut cerealium Decoctis, quibus Hippocratis ad exemplum impense utor, adfcripsit.

Itaque quæ Tomo I. Rat. Med. publice testabar, idem constanter hucusque observavi; observare autem effectuum præstantia debui. Unde ejusmodi pulveres nunquam ægri mei assumnt, nisi rariore exemplo sit orta ab acido febris, & nisi infantum, gravidarum, ac quarundam puerperarum morbi, poicant eosdem.

Deinde ab Hippocrate edoctus sum, Emetica raro, imo rariffime, quocunque Acutorum in genere, indicari, imo prohiberi ab Eodem, cum exemplo proprio, tum doctrina toties repetita in Aphorismorum Sectione I. Nº. 22. & 24. Sect. 4. Nº. 17. & præcipue in genuini ejusdem libri fragmento de purgantibus. Edoctus idem sum a Sydenhamo, qui licet hac in re patrio mori paulo indulgentior, emetica in acutis minus parce, quam Hippocrates dedit, attamen propria, eademque trifti, experientia monitus, nos quoque ferio monuit ad Morborum naturam attendere, eosque Acutos, qui emetica ferant, studiose indagare, & internoscere ab iis, qui eadem minime tolerent. Edoctus a Boerbaavio sum, nunquam Emetica in febribus Acutis, nisi urgente quapiam necessitate, præicristinetz.

feribere, fic quidem, ut neceffitatem illa dandi clare expoluerit, Cap. de Vom. febr. §. 658. & 659. eadem cæterum dare vetuerit Cap. eodem a §. 653. ad 657. & ablolute prohibita declaraverit in omni five febre, five inflammatione, licet etiam os fætidum & amarum; licet ructus, nausea, morsusque Ventriculi adessent, Inst. Med. §. 1202. N. I. & seq. Ab hoc, inquam, Venerabilissimo Triumviratu talia edoctus, talia in praxi observavi, & in Hollandia casus rarissimos, Viennæ necdum ullos habui, necessitatem in Acutorum principio indicantes Emetici.

Opposuerunt aliquando mihi Viri Anglici clari fummam suæ carnivoræ gentis Voracitatem, strenuorumque vinorum ac cerevisiarum ingluviem; sed in hisce Anglicam gentem, Austriaca, Nobilioribus quoad potum exceptis, si non exsuperet, an saltem non æquat? Attamen Medici qui secundum horum Virorum Principia Medicinam in Germania exercent, casum emetica porrigendi perraro offendunt.

Conantur, fateor, Emetica in plerisque hisce morbis dandi necellitatem Hippocratis firmare Autoritate; hosque inter egregius Thomas Glafs in Libro, cujus titulus: Commentarii duodecim de Febribus ad Hippocratis disciplinam accommodati, prolixum fuum feptimum Commentarium huic materiei discutiendæ integrum dicans. Laudo summopere eruditi & experti hujus Autoris, ut Commentarios omnes, fic & hunc feptimum; omniaque adopto, quæ omnium fere Hippocratis operum quam plurima, Galeni multa, Celsi sclectiora, Sydenhami, Borelli, Ballonii, Hoffmanni, Donckersi, & Huxbami egregia, in unam veluti tabellam congeflit, ut totum cum Veterum tum Recentiorum doctrinæ conspectum, unico nobis intuitu daret. Simile quidpiam & ego quondam molitus sum Cap. 23. Tom. 1. hujus operis.

Utrique ergo, codem scopo, nostros labores ex-R 3 po:

posuimus publici judicio, haud tamen idem exacte utrique conclusimus. Cum itaque nobis ambobus doctrina *Hippocratis* fundamentum struat, utrique etiam nostrum magna clarorum Virorum adstipuletur caterva, omnino necesse erit in causam inquirere tam differentis conclusionis.

Qui fententias Hippotratis, ejusque fequacium, a Cl. Gla/s collectas confulit, mox detegit illum Virum clariffimum in omnibus morbis, five inflammatoriis, five exanthematicis, five communibus febribus, five acutis illis febribus lentis, quas alii nervofas, alii malignas, alii mefentericas, nominibusque iterum aliis alii infigniunt, illud turgere materiem to deyãv Hippotratis, fere univerfale reddidiffe; interca dum ego in mea Autoritatum recenfione Tomo primo perrarum idem flatuam. Numquid forfitan extrema arripuimus finguli, interea dum medium tesuere beati? Id autem credere vetat numerofa utriusque experientia, qua æque hujus turgefcentiæ raritas, quam crebritas, luculenter confirmari videtur. Quæ igitur tam portentofæ caufa difcrepantiæ?

Eit certe Methodi medendi varietas. Hippocrates in Libro de Purgantibus seribebat S. 19. Qui validis febribus decumbunt, bis non ante febris remissionem pharmaca dare oportet. S. 20. Sin minus cunstandum saitem ne citra 14. diem: S. 26. Quare per validas febres de pharmacis purgantibus vereri oportet. §. 27. Sed tamen ubi res alvi subductionem postulat, Enematum usus quotiescunque visum fuerit, tuto initur magis. Hæc ille ibi : jam Aphorismorum Sect. I. Nº. 2.4. In acutis affectionibus raro, & in principiis, purgante utendum, atque boc ( li tamen faciendum eft ) diligenti prius adhibita cautione faciendum. Est equidem Aph. 4. No. 10. purgandum in valde acutis, si turgeat materia, eadem die; morari enim in talibus malum eft. Verumtamen Aph. I. Nº. 22. Concosta purgare & movere oportet, non

Unable to display this page

nis suis rebus : nam a mole alvina premi solebat Diaphragma.

Quando nunc in Hippocratica Methodo confidero a Venæ fectione ardorem, copiam, vimque fanguinis minui; totum corpus emollientibus, refrigerantibus, solventibus, ut puta, melle, aceto, hordei decocto, intime perfundi, ac penetrari; dolores, anxietates, Ventres tumidos, emolliente epithemate aut cataplasmate calente, large apposito, mitescere, ac confidere; excrementa & impuritates primarum viarum, quæ tumefaciendo Inteftina Thoracem arctaverant, vitalemque interturbaverant functionem, ac præterea humorum circulum per Aortam, Venam cavam, innumeraque oriunda ex istis vafa, impediverant comprimendo; hæc, inquam, excrementa, impuritatesque, datis melle, aceto, decoctis, emendari, folvi, reddique mobilia, & aut sponte sua copiose satis ac quotidie, aut enematum ope, de corpore eliminari : fi tunc ad hæc omnia Medicorum omnium Sæculorum numerofa teftimonia, experientiamque; fi quæ a Boerbaavio, nec non a Magnis mei temporis Medicis fieri vidi; fi denique quæ propria 30. annorum experientia didici, adjungam; convincor penitus, methodum medendi dari, qua materies calu duntaxat perraro in Acutis turgeat; imo qua ficubi turgere videtur cepta, brevi haud ultra turgeat.

Quid, quod fæpiflime obfervaverim, materiem veluti turgentem iis in ægris, qui vel in aliis Nofocomiis, vel propriis in ædibus fuis, bis, ter; five emeticum, five purgans, five utrumque, affumfisfent, antequam in meum Nofocomium inducerentur? Hancque tamen turgefcentiam ab Hippocratica Methodo continuo ad moderamen, & brevi ad integram quietem perduci? Crudam profecto materiem, necdum, aux yix, turgentem, violentia evacuantium

263

mc-

tium turgidam reddi, ex Hippocrate & Heurnio mox evictum eft. Alii ægri polt allumtum Emeticum, quod, ut Emeticorum fere omnium natura eft, æque per inferiora, quam per fuperiora egit; dum in noftrum Nofocomium inferuntur, conqueruntur nihilofecius appetitum proftratum, vertigines, naufeas, os amarum, flatus, & borborygmos. Et plerumque plus de hisce conqueruntur, quam qui, nec Emetico, nec purgante allumto, in Nofocomium inferuntur: utrique tamen hi ad normam Hippocraticam tractati, ab his incommodis, ni aliquando morbus fit natura fuperior, brevi liberantur.

Simplicem hanc Medicinam continuamus ad Crifin usque, imo aliquantum adhuc post candem. Notarunt toties Medici & Medicinæ Studiofi, ægros nostros acutos, præter Missiones sanguinis, & Enemata; præter Epispastica & pediluvia; præter Mel, Acetum, Nitrum, hordeique decoctum ; affumfiffe nihil nifi Misturam, quæ quotidie renovabatur, compofitam ex unc. ij. Rob. Sambuci, Dragma Nitri, & unc. vj. Aquæ Sambuci. Adverterunt hisce omnibus auxiliis urgentia primum symptomata deleri, vires insurgere, appetitum redire, obrepere somnos, corpus molli transpiratione humescere, figna utique omnia coctionis, Crifimque blandam, fæpius fine, quam cum, notabili perturbatione, contingere. Dedita opera formulam, quamvis plurima variatione eandem, eidemque Indicationi fatisfacientem, mutare possim, minime muto, ne Auditores mei suspicarentur mutationem a necessitate indicari. Post Crifin autem bis, ter, purgans blandum, alterno, tertiove die, datum, cum paregorico singula purgationis die, omnem paginam absolvit. Ne autem quid Tyronibus quondam desit, dum apud ejusmodi ægros fa-Eturi Medicinam sint, qui ob hanc simplicitatem & Artem, & Artificem floccifacerent; foleo iis innu-

K L

264

meras dictitare formulas, quas, data opportunitate eidem indicationi aptatas, nunquam vero pulverulentas, præseribere queant.

Porro repeto materiæ turgescentis, in morbis inchoantibus acutis, Raritatem talem apud nos observari, qualem *Hippocrates*, meo saltem judicio, suis in ægris observavit, descripsit.

Objiciet mihi quispiam ab ipfo *Hippocrate* Epid. 7. pag. 1238. emeticum in principio Acutifimi morbi datum futfie : præterea in Libris Epidemiorum ab ipfo morbos conferibi complures, qui hanc turgentis materiæ raritatem negent, qui ejusdem frequentiam palam clamitent: quæ cum ita fe habent, textus *Hippocratis* priores effe fecundum *Epidemiorum* obfervata explicandos, non vero hæc fecundum illos.

Respondeo primo Historiam ex 7. Epid. Pueri Epicharmi hic nihil demonstrare : fic enim fcribitur : "Fpicharmi puero ex deambulatione & potu crudi-3) tas, anedin, contigit. Postridie autem mane, 1. fuborta anxietate, epota aqua cum aceto & fale, " pituitam vomuit, posteaque rigor prehendit, in r febre lavit, pectus doluit. Tertio die sub ipsum » crepusculum sopor exiguo tempore detinebat, de-, lirabat, & febre acuta vexabatur, morbum gra-" vate ferebat. Quarto pervigil mortuus est. " Dico hanc hiftoriam nihil demonstrare; vel aqua cum aceto & fale data fuit, ut Medicamentum ad corrigendam putridam ad præcordia materiem; vel ut emeticum. Si prius, nihil ad rem nostram facit; si vero posterius, constat & blanda quoque emetica Veteres dediffe, contra id, quod plerumque creditur; & emeticum tale ante febris invasionem propinatum fuisse: qui legit attente historiam, id clare cernit. Probatur itaque inde nihil.

Respondeo secundo, me quoque similes Epidemi-

265

corum morborum rationes, spatio 30. annorum observasse, inque chartulas conjecisse meas; minime tamen me inde dictorum concludere subversionem. Dudum in Tomo hujus operis primo, a Veneranda Antiquitate, Medicisque celebrioribus subsequentibus, & modernis, Regulam mutuatus eram, secundum quam in hisce se gerere deberent Medentes: sic quidem, ut consuetæ observationes quasi cessarent, novas subministrante recens nata Epidemia; novæ tamen hæ, cessante Epidemia, cederent antiquis, consuetisque. Sic quidem, ut æque male, æque magno ægrotantium damno, & hi agerent, qui, juxta nova recentis Epidemiæ observata, omnes deinceps febres communes tractandas effe autumarent, quam ii, qui more febrium communium, quamcunque novam Epidemiam gubernandam effe statuerent. Ingenuus, ac candidus Sydenham, exemplo sui Emetici, Matronam occidentis, mutationem necessariam Methodi, epidemia aut cessante, aut mutata, manifesto docuit.

Poterunt itaque ex universa cunctorum fæculorum Medicina volumina crassa componi, quæ morborum multorum, in quibus turgida materia fuerit, denfum referant agmen. Latent hæc neminem. Sed nemo rerum gnarus, ex hisce ullam contra consuetas naturæ leges, contra consuetam tractandorum morborum Methodum, concludet præscriptionem.

Proinde fi Regulæ Exceptionis demum Regulæ omnium tractandarum ægritudinum fiunt, univerfa praxis fusque deque vertitur; Natura turbatur; fimplices morbi redduntur compofiti, alieni, errabundi, confufi; fymptomata fubnafcuntur, quæ morbus alias ignoraffet; & medicatio redditur æque onetofa Medentibus, quam Ægrotantibus damnofa.

Animo profecto moveor, quotiescunque mihi, ingentem Baglivium pervolventi, hæc ejus nota occur-

currit : Prax. Med. Libr. 1. " Quando ego folus, inquit, ægrorum meorum curam fuscipio, raro tales malignas febres observo : sed incepta ab aliis curatione, neque secundum oracula Naturæ, neque divini Senis præcepta; mille differentiæ, & gravia accidentia occurrunt, quæ frequenter soboles sunt methodi depravatæ, non vero Naturæ morbi, licet hæc passim, ac quotidie, in praxi fuccedant.

Dum proinde aliis in Regionibus Hippocratice medendi fimplicitati supponi videam, quovis acuto in morbo, remedia longe alia, & fortiora; Emetica, Catharfes, Pulveres omnis generis testaceorum, Contrajervam, Serpentariam Virginianam, Myrrham, Camphoram, Crocum, Spiritum Cornu Cervi, Spiritum Mindereri, Theriacam Andromachi, &c. dum fub horum exhibitione notem catervam Symptomatum, quæ Hippocratica Methodus deprehendit longe rariffima; materiem frequenter ibidem turgere, cum in principio, tum in morbi decursu, quam raro nos cum Hippocrate turgentem observamus: dum ibidem quoque triftis intueor Naturam ipfam a tali agendi ratione coactam, cum in coctione, tum in crisi, violentia quadam agitari, turbarique; sic ut morbi acuti quicumque ingentem mortalium turbam orco femper immolent; interea dum Morbi iidem hic Hippocratica methodo tractati, & longe pacatiores transigantur, & numero longe pauciores necent; abeffe nequeo, quin caufam hujus in morbis differentiæ in Methodi differentiam conjiciam.

Hine quamvis Anglorum, Nationumque aliarum, medendi confuetudinem directe non damnem, nemo tamen mihi in malam partem vertere poteft, quod cum Baglivio Divina Senis præcepta confuetudini illorum præferam. Nec quis vitio mihi vertet, fi, quod totics feci, vel ideo doleam Medicinæ fortem quod

quod Hippocratem aut male interpretando, aut turpiter negligendo, tantopere a vero Naturæ tramite recefferit, quantopere ad illam, tanto fub Magiftro, acceffiffet. Tandem nemo mortalium jure me reprehendet, concludentem hoc fimplex Hippocraticum Studium unice aptum effe, quod, unde turpe recefferamus, ad id nos feliciter reducat, efficiatque ut falutarem artem, qualem ab Hippocrate & germanis ejus fequacibus, accepimus, novis posteriorum fæculorum inventis, perficere, ditare, ornare, valeamus.

Superest in animadversione Cl. Pringle contra me Conamen refutationis corum, quæ Tom. I. Rat. Med. de variis Alcalium, cum Urina & fanguine commistorum, effectibus disserueram; addiditque Clarus Vir caufam, cur ab ipfo diffentiam, fitam in errore quopiam se deprchendere, quem contra chemica præcepta commififiem. Profecto multoties errare me fateor: attamen ab hoc erudito Viro non expectaffem, ut ex scrupulofa mea in experimentis meis capiundis, edendisque attentione, quam adhibere foleo, si quem forfan errorem commissife me crederet, hunc causa adeo crassa attribuisset. Verum grandescente hoc Volumine nimium, non respondebo ad novam hanc quæftionem, quæ præterea a materie, quam nunc tractamus, aliena prorsum est; alia data opportunitate ad eandem responsurus, & fimul demonstraturus, ni fallor, haud ita tutum Alcalinorum in Acutis usum effe, quam quidem Clariflimi Viri experimenta id innuere videantur.

the opplies and interior is deal could be

niam production espectus liz, ipute que expere-

2. .

CA:

## CAPUT XII.

### Varia.

§. I. Recensio Scriptorum, qui uno, alterove abbinc anno, de Uva urfina scribere ceperunt, multisque in casibus ejus virtutes mecum laudarunt. De modo, quo boc Medicamentum agat. S. II. Nova experimenta, que Systema Irritabilitatis & Sensibilitatis, penitus subvertant. Inconstantia hujus generis experimentorum. Cordis thalamus uterque vacuus haud raro invenitur, sive a defectu sanguinis, sive cum ejusdem abundantia. Ruberrima Pleural universa se effe vasculosifimam, adeoque Inflammationi aptistimam, oftendit. Nova Clar. van Doeveren in hanc rem experimenta. S. III. Laus Collyrii ex Liquore Hepatico Mustellæ fluviatilis. §. IV. Kermes minerale, & Antimonium Diaphoreticum non ablutum, crudam in pectore materiem ad coctionem di/ponere, coctamque expellere, neque cum acidis emetica fieri; probatur ex Boerhaavio, Scriptoribus STAT Viennensibus, & observatione propria frequentissima. §. V. Laus Gelidæ aquæ in Hæmorrhagiis. Regulæ in Hæmorrhagiis observandæ. De sputo Sanguinis Hepatico. §. VI. De Viperarum cura. S. VII. De Inoculatione.

S. I. Uva ursi multis experimentis dedit occasionem, pluresque ut aliquid conscriberent, excitavit. In Novellis dictis Salutaribus annuntiatum anno proxime elapto Tractatulum vidi, in quo Autor experimenti infelicitatem conquestus, Vaccinium Buxi foliis Uvæ ursinæ præsert. Certe si hac planta illam præstantiorem expertus sit, ipsius erit experimenta pandere, ut universum genus humanum debitas ipsi gratias rependat.

... Vir Clariffimus, improbo labore fuo ad amplificandam Medicinam natus, Michaël Girardi, Patavinus Medicinæ Profeffor, edidit finiente anno 1764. Opusculum, cui Titulus: De Uva urfina, ejusque, & Aquæ calcis, vi Lithontriptica, Novæ Animadværfiones, Experimenta, Observationes. Historiam Botanicam præmittit, deinde Analyfin Chemicam, tum liquoris ab hac planta parati, in immisso Calculos efficaciam, denique vires ejus in corpore humano enarrat. Extat ibidem Epistola Cl. Viri Praxeos Medicæ in Schola Patavina Professions, Jacobi de Scovolo, quæ duos casus; & Autoris ipfius Observationes, quæ casus fex referunt: in quibus Uva ursi nonnullis multum, aliquibus plurimum, profuisse demonstratur.

Doctifiimus Göttingenfis Profeffor Murray differtationem in quarto edidit, cui titulus: Commentatio de Arbuto, Uva ursi, exbibens descriptionem ejus Botanicam, analysin Chemicam, ejusque in Medicina, & in Oeconomia, varium usum. Ad usum medicum refert primo aliquot experimenta Viri, in arte præftantiss Medicis acceptissimi, Werlboff, nec non Cl. Virorum, Vogel, Tauber, Pallas, quorum alii infigniores, alii debiliores, subinde nullos, observarunt effectus: deinde duo propria experimenta habet, notabilis efficaciæ.

Literas varias ex variis Regionibus excepi, quarum aliæ nullum remedii effectum notant, quamvis diu, conftanterque ulurpatum effet; aliæ vero præftantifimum.

Tribus hominibus idem hoc anno incassum dedi, duobus autem effectu infigni

Frequens nunc hujus Arbuti usus per omnem Europam dabit brevi exactam ejusdem, determinatamque historiam. Viribus enim planta iisdem ubique pollet, five fuerit in Styria collecta, unde priprimam habui, five in Austria, in Suecia, in Italia, in Gallia.

Occupantur nunc, ut video, animi multorum, inquirendo, qua demum facultate Uva ursi ferat opem? Examen Chemicum ad id laudabile admodum eft, modo attendamus 1<sup>mo</sup> partium vegetabilium naturam operationibus chemicis fæpe ita mutari, invertique, ut id, quod tunc referant, a Chemia potius, quam a Natura, possidere videantur. 2do Carere Chemiam admiranda, neque ullo modo imitanda, tali Machina, qualis corpus animale eft; adeoque effectum medicamenti cum hojus, tum alius cujuscunque, Analysi chemica vix leviter adumbrari. Si in liquore quocunque Calculus intabescat, ac dissolvatur, Spiritus Nitri dudum docuit menstrua dari, quæ Calculum solventia, ab humano corpore, non nisi diluta, ferantur; diluta vero ut ferantur a corpore humano, vix in calculum agant: præterquam quod etiamfi a corpore ferri possent, ut sunt, dum Calculum solvunt, tamen humoribus nostris ita diluantur, & immutentur, ut vix eundem referant liquorem. Qui tandem ex sapore, odore, analogia, ratiocinando, vires fimplicium determinare aufint; ut præter propter succedunt conjecturando in nonnullis, ita in aliis, ut in Cortice peruviano, v. g. oleum, opcramque & perdidere, & perdent perpetuo. Equidem si causam caperemus, quæ efficiat, ut homines complures, quibus calculus certo certius in Vefica est, nonnunquam per plures intermedios annos, sæpe ne per omnem quidem vitam, eosdem præsentes percipiant; ut Historia medica, per Anatomen confirmata, toties docuit, forte virium Uvæ urfinæ facilitaretur explicatio. Sed & prius, & posterius, nos æternum, opinor, latebunt. Neque hucusque constat cur aliæ, præ alus Re-

g10-

270

\*119L

VARIA?

giones, aut careant fere, aut scateant, hominibus in urinofo Systemate calculosis. Austria sane iisdem abundat. Italia minus. Peragranti quippe mihi, ab elapío retro quinquennio, amoenam illam Regionem, conquerebatur celeberrimus Lithotomus nullum invenire se posse, & ne Mediolani quidem, populosa urbe, in quo suam exerceret artem : affirmantibus itidem Medicis hujus morbi ibidem raritatem. Venetorum potentissimam Rempublicam cadem felicitate gaudere, ex Epist. Anat. Med. 42. Clariff. Morgagni evincitur. Et Poloniæ Regno infolitum morbum effe testabatur mihi haud ita pridem Dexterrimus magni Regis Poloniæ Chirurgus primarius; causamque, rectene an secus? esse rebatur, quod uvæ ursi baccæ frequentissimo in usu effent, a Rusticis quotidie venales in Foro expositæ. Hanoveriana Ditio videtur beatitudine eadem Clariffimus Haller inter 230. cadavera, perfrui. quæ in Göttingenst Theatro secuit, duo modo narrat se invenisse, quorum systema urinarium calculos referret; addendo tamen systematis biliosi fibi tanto frequentiores apparuisse. Nec minus Schafbusianus ager ab illo malo immunis in N. C. Eph. Dec. I. anno 2. Obf. 39. notatur.

Vina, aqua, lac, cafeus, præprimis inter caufas numerantur. Et certum eft Vina alia aliis prona magis effe ad dolia, quibus confervantur, craffe incruftanda; Aquas fluviatiles ob id ad cibum potumque præftare, præ fontanis, ac putealibus; cum illæ vix, plurimum hæ cruftas lapideas ahenis, in quibus frequenter bulliant, affigant; Cafeum quoque edulium effe, Calculoforum tormentis excitandis, augendisque, aptum: ac nihilo fecius fuppeditat nobis hiftoria Medica exempla bene multa hominum, maxime infantum, qui citra ullum Vini S

usum calculo laborent; variarumque bestiarum, quæ sola aqua usæ, urinosos tamen calculos gesserint. Quantum ad Aquas, certum quidem est, ejusmodi dari puteales, ac sontanas, quæ ahenum incrustent crassissime; id quod Viennensium ahena testantur, ad sabros, qui crustam vi depellant, toties mittenda; at vero haud minus certum est, teste laudato supra Murray, & ahenis Göttingæ, aquæ deco quendæ dicatis, enormes innasci crustas, ut sabri serrarii crebro debeant cas malleis excutere suis, & morbum ibidem rarissimum este. Caseum adamant omnes Nationes: Lacte Mortalium plerique,

VARIA.

272

ex quo in lucem prodierint, utuntur, Matris, Nutricis, Animalium: cur tamen integræ Nationes, aut Civitates, adeo præ cæteris fortunatæ?

§. II. Plura hoc anno Nosocomium observanda dedit, quæ ad Irritabilitatis, & Sensibilitatis quæftionem pertineant. In Spina ventosa tecta plurium puerorum, fimiliter affectorum, alii vehementer doluere, alii minus, alii nihil omnino, licet multum contrectares partem: argumento incertitudinis experimentorum, quæ in animali, ad partium senfibilitatem explorandam, instituuntur.

Vidimus Cap. VII. §. I. Cordis thalamum utrumque grumofo fanguine æqualiter fere repletum. §. II. Cordis dextro in ventriculo gangrænofi, utrumque Ventriculum fanguine vacuum fic, ut ne guttula quidem, grumulusve, inveniendus effet: copiofo tamen fanguine in illius finibus venofis, in pulmonibus, & alibi, præfente. §. III. Cor utrumque poft Hæmorrhagiam vacuum. Cap. IX. §. I. Cordis ventriculus perfecte vacuus uterque fuit, pulmonibus plurimo fanguine fcatentibus. Hoc anno unicum modo Canem vivum aperui, ejusque morientis attente fum phænomena contemplatus: iteUnable to display this page

274

" venis, quo irritarentur, sanguinem. Econtrario " fi Venas cavas, Aortamque ligaffet, deinde vul-» nere lato aperuisset pulmonalem Arteriam, tunc " Cor finistrum, utpote irritatum sanguine, qui ex " Auricula in Ventriculum, & ex Ventriculo in , Auriculam moveretur, diutius, imo per horas, in mortuo animali vivere : interea, dum cor dextrum, 22 » ejusque Auricula, defineret vivere, expulso omni », fanguine per pulmonarem apertam arteriam, nec » novo per ligatas affluente Cavas. Oportere autem Ventriculum dextrum integre effe evacuatum, , f:, ne se ultra moveat, velis : tantam enim esse " irritabilitatem Cordis, ut relictum in co vel pau-" culum fanguinis non finat Ventriculum quiefcere. Profecto subvertitur enarratis supra observationibus omnis per irritabilitatem tentata Vitæ, Mortisque, explicatio. Phænomena in vivis animalibus apertis conspicua, factaque in cadaveribus observata, circa Vitalium Viscerum, five impletionem, five vacuitatem, adeo inconstantia sunt, ut nulla Physiologiæ superstruendæ fundamenta inde peti possint.

Vidimus Cap. VII. §. II. Pleuram totam quantam, utroque Thoracis in cavo, a fummo jugulo ad Diaphragma, etiamque tota fua, qua Diaphragma fuccingit parte, inftar ruberrimi panni rubram, a coftis facile avellendam : ut hi, qui vafa aut multa, aut ulla, Pleuræ adeffe negent, præfentes, quo de contrario convincerentur, optaffem : quamquam anno præterito, ut fuo loco monui, fimile quid in Nofocomio demonftratum fit. Eft fane hæc Hiftoria adjungenda ad 4. *Caput Partis IX*. in quo de Senfibilitate Pleuræ ex professo egi, iisque in antecessum respondi, qui ex hac recenti observatione Pleuræ inflammatissimæ, Pleuritidis tamen figna in vita non testaæ, fenfibilitatem eidem negarent, tribuerentque Pulmoni. Etcnim enim ex hujus Cadaveris Anatome patuit, ambos quoque Pulmones & a lateribus, & ad integrum dorfum, inflammatos fuisse fic, ut præ rubedinis intensitate inciperent nigricare. Cum igitur neque Peripneumoniæ figna, sed fugacis tantum sub finem Asthmatis, citraque dolorem, affuerint, sensibilitas æque Pulmoni, quam Pleuræ, negabitur. Sensibilitatem porro ex ejusmodi Phænomenis nullatenus posse aut affirmari, aut negari, eodem Capite Part. IX. argumentis ab Aretæo Cappadoce ad nostra usque tempora petitis, satis abundeque probavi.

Sed quid de hac re plura? Certamen hoc, quod folius veritatis fludio animatus inivi, facile nunc aliis cedere poffum, qui eodem ducti principio, idem inire ceperunt. Prodierunt in *Diario Eruditorum anni* 1752. quod tantum nuperrime refcivi, experimenta Cel. Viri Grandelas, & ibidem 1756. & 1757. ea Clariff. Lorry. De eadem quæstione sub idem tempus scripferat Clariff. Van Delli, Medicus Patavinus in Epist. I. Anno 1756. in II. & in III. anno 1758. Insurrexit anno 1764. in novum systema Experimentis fuis contrariis Medicus Parisiensis tractatu peculiari.

Hoc vero ipfo, quem vivimus, anno, prodiit Opus in Quarto omnis generis doctrinæ medicæ præftantiflimæ pleniflimum, graviflimum, Autore fuo, pulcerrima de Vermibus differtatione præclare noto, digniflimum, hoc titulo: Gualtheri van Doeveren specimen Observationum academicarum. Caput XIV. autor dicavit experimentorum fuorum, de hac quæftione editorum, Historiæ. Sane ancipites hæremus, quid in eadem impenfius miremur; an accuratam attentionem ad omnia, quæ experimentum minus fidum reddere poffint? An diffidentiam ubique fui? An in experimentorum difficultate patientiam? An in his, quæ pluries fuis oculis viderat, quæ multi S 3 cum

cum ipfo clare conspexerant, enuntiandis scrupulositatem? An denique generofum animum ad experimenta eadem, haud laboriofa non minus, quam tædiofa, ad undecimam usque vicem repetenda? Etenim quater Lugduni Batavorum, semel Parisis, semel Trajecti ad Rhenum; Groningæ autem, in cujus alma Academia Professioris munus & occupat, & ornat, quinquies. Undecies itaque repetita ab illo experimenta eadem, luce meridiana clarius vindicarunt Irritabilitatem iis omnibus partibus, quas vel cum Ill. Hallero ab omni fæculo omnes Medici irritabiles effe agnovere; vel Ill. Haller aut dubitanter illam tantum alleruit, ut Vesiculæ felleæ; aut negavit, ut Hepati: Cordi scilicet, experimentis novem; Diaphragmati, feptem; Musculis rubris, tribus; Oesophago, uno, Ventriculo, quinque; Intestinis, tredecim; Vesicula felleæ, duobus; Vesicæ urinaria, tribus; Venæ cavæ inferiori & superiori, duobus; Hepati, unico; Pulmonibus, duobus; Cuti quoque, duobus. Vindicarunt autem eadem experimenta sentiendi facultatem Duræ Matris vicibus decies & septies; Tendinum, ipsorumque Apeunoroseon, bis in homine, in Brutis vero trigesies & nonies; Pericranii, quater; Pleura, bis; Hepatis evidentifime femel.

Sic denique hæc Chimæra, quæ, quod vix feri nepotes credent, millenorum Medicorum animos permovit, pellexit, fascinavit; quæ co provecta erat, ut fundamentum Physiologiæ, ac Medicinæ firmum, inconcussium, immutabile, atque æternum, struere crederetur; quæ prolixioris illustris *Halleri* Operis totam basin facit; hæc, inquam, more demum omnium hucusque fictorum ingenio systematum, fatifeit in auras, & pudore stupendæ sui animi levitatis suos assectas confundit, mæstitudineque vel ideo explet, quod cunctos hosce labores & irrevocabiles annos,

nos, Hippocratico Naturæ studio, cujus unica cultura artem salutarem promovere, augere, ornareque potuissent, inconsideranter suffurati sint.

§. III. Quæ anno proxime præterito notavi, de admiranda virtute Liquoris Hepatis pifcis, quem *Mustelam fluviatilem* vocant, in oculorum maculis, & albugine; ea experimentis, admodum repetitis, hoc anno confirmare gavisi sums. Unde abesse nequeo, quin hoc præclarum remedium etiam atque etiam commendem.

§. IV. In morbis pulmonicis multis maxime autem in inflammatoriis, experimenta cum Kermes mimerali, & cum Stibio diaphoretico non abluto, vicibus innumeris inflituta, Nofocomium feliciffima experitur, in duodecimum jam annum. Qui clinices ignari, in fuis Mufæis, aut apud Furnos fuos, vires Chemicorum præparatorum arroganter determinant, hæc præparata chemica, ob majorem vim irritantem, in cruditate Acutorum noxia, ob vim emeticam quoque fulpecta, habent.

Magnus Boerbaave, qui, ut de viribus cæterorum, Chemiæ præparatorum, ita quoque de horum efficacia, certo, tutoque feribere poterat, eoquod fententiam non pronunciaret, nifi effectibus eorum in humano corpore bene exploratis; de hisce medicamentis alia profecto cogitavit, & promulgavit. Chem. part. ult. Proceff. 116. fic feripfit de Antimonio Diaph. non abl. Materies kæc fi ita rite parata, femidragmæ copia bausta; vix aliquid fensibilis mutationis adfert, nist quod respectu Nitri fixantis, adbærescentis, moderate aperit, binc in acutis boni quid præstat. Et paulo post: Non facit anxietates, nauseas, vel vomitus, sed benignam stimulationem: plus mali a calce abluta.

Saltem, ajunt, nocet, fi vel acidum in ventriculo est, vel acida una deglutiuntur : tunc enim eme-

S 4

277

11-

ticum fit, acidis Regulum denudantibus, cumque a sulphure liberantibus.

Confulamus præter Cenfores hos theoreticos, iterum practicotatum Boerbaavium. En formulam ejus in anxietate, periculofiflime fuppreflis sputis peripneumonicorum orta. R. Laudani puri gr. ij. Flor. Sulph. Sperm. ceti, Stib. Diaph. non abl. à dr. j. M. f. pulv. tenuis, dividendus in xij. partes æqual. Capiat æger omni trihorio unam, cum unc. i. ij. misturæ acidæ mox describendæ.

Facile prævideo fore, qui fuspicentur Opium, ne vomitum excitet, Stibio a Boerhaavia additum effe: sed legant, quam ille priori mox subdiderit, formulam. Vel R. Flor. Sulph. dr. ij. Olibani Scrup. j. Sperm. cet. dr. semis. Stib. Diaph. non abl. dr. j. M. f. pulv. divid. in XII. doses. sumat unam omni hora cum unc. j. hujus Misturæ : R. Oxym: simpl. unc. iij. Syr. V. rad. aper. unc. ij. Decocti Hederæ terr. unc. x. Nitri puri dr. j. M. Assuma formula; se un anstrua erit cum ultima pulverum formula; fic utæger ad dr. j. stibii diaph. non abl. dragmas decem assumation Aceti, & unc. j. cum dr. vj. mellis acescentis : qui autem pulveres stibio adduntur, ii fane illud ab aceti actione non defendent.

Ergo videmus a magno hoc, & in practicis verfatiffimo Viro, Stibium diaphoreticum non ablutum in Acutis morbis laudari, & neutiquam emeticum prædicari, idque ne tunc quidem, quando cum acido miltum affumitur.

Confirmarunt Boerhaavii experientiam Medici illi, qui hac in urbe Nofocomiorum fuorum clinicam Historiam publici juris fecerunt : omnes enim hoc ipfum remedium una cum acidis & præscripserunt, & laudaverunt.

Sed quid plura? Anno 1762., Aprili mense per-

1

VARIA?

279

acuta Pleuroperipneumonia tali decubui, ut, præ indomabili morbi cruditate, die morbi fexto spes effet intercisa omnis, egoque sputorum desectu jam jam viderer fuffocandus. In hac rerum angustia Illustriffimus Prases, qui amore plusquam fraterno mei curam gerebat; & expertifimus Schreibers, qui observantia plus quam filiali, mihi diu noctuque affistebat, præscripsere mihi has formulas: Oxym. squill. unc. ij. Stibii diaphoretici non abluti dr. J. Aq. Hyflopi unc. vj. Mifce. R. Kermes mineralis gr. xij. Sacchari albi dr. ij. Mifce. F. inde pulv, N. xij. Quorum quovis bihorio unum sumsi cum uncia misturæ. Nec tantum dabant mihi Kermes minerale, Stibiumque non ablutum, cum acida mistura, sed cum potu dicto Limonada, cujus v. vi. Libras hausi quotidie, & cum jure carnium, plurimo Citrei fucco faturato, quo nutriebar. Absque ulla intermissione hisce remediis usus sum quinque dierum spatio, ac deinde paulatim imminutis, per octiduum. Simulque Veficans dolenti lateri admotum est. Effectus horum omnium fuit, ut nunquam nausearem, aut vomerem, ut sputorum maturorum ejectione, alvo & urina criticis, fomno, appetituque fensim restitutis, die undecimo perfecte judicarer. Omnibus hisce toties institutis, & confirmatis experimentis, evincitur, tum Kermes minerale, tum Antim. Diaph. non ablutum, & crudam materiem ad coctionem difponere, & expellere coctam: vomitum autem aut nauseas, fi rite parata fuerint, excitare nunquam, etiamfi cum acidis misceantur, imo potius salutarem eorum vim ab acidis adjunctis animari & augeri. Nœ rifui fe exhibent, qui experientia practica destituti, de medicamentorum viribus sententiam ferant, eosque, qui ex praxi meliora norint, publice condemnare aufint. Utinam Chemici imitarentur exemplum Clariffimi Re

SS

R. Laugier, Viri inter Principes Chemiæ & Botanices noftri ævi facile numerandi, qui quantumcunque Vegetabilium, Fossiliumque effectus, in corpore humano, eminenti sua scientia sepius determinare possit, id nihilominus moris habeat, ut rerum multarum aut efficaciam, aut inertiam, aut etiam nocumentum, a sedulis, attentisque practicis, inquirendum esse, suo moneat Auditores!

§. V. Curam Hæmorrhagiæ Pulmonis & Ventriculi, Gelida aqua egregie promoveri, hac hyeme Auditoribus demonstravi; utriusque hujus exemplum uno, eodemque tempore, Nosocomio præbente.

Joannes N. . . a cantu validiore Hæmoptoën puer passus, nunc trigenarius in eandem relabitur. Quæ cum bis jam vena secta non cessaret, ægrum quarto die in Nolocomium susceptimus. Mox tertio venam tudi, & brevi post, sanguine copiosius profluente, quarto, simulque dedi frigidæ aquæ libram, brevique post alteram hauriendam : frigidum præterea emulium, frigidam misturam, quæ composita erat ex Boli Armeniæ dr. ij. Sang. Drac. dr. j. Syrup. Rof. rubrarum unc. j. Laudani puri gr. ij. Aq. Plantag. unc. vj. cujus cochleare fumfit quavis dimidia hora. Octies vena ipfi tula fuit, minus ob hæmorrhagiam, quam ut ægrum ab omni calore, ardore, tuffi, titillatione gutturis, ac febre præservando, phthisin pulmonalem, alioquin hic metuendam, averruncaremus : id quod etiam, dante DEO, feliciter fucceffit. Sanguinem Vena eductum primo craffum, deinde semper vehementer inflammatum, reperimus: Urinas autem principio rubras, ac fere fubjugales, ultimis diebus perpetuo hypostaticas. Ita ut, cum fanguine, & urina acuti febrilis morbi, nunquam, nisi forte momento ante Venæ sectionem, febricitaverit. MaVARIA.

Maria Anna, Cuftos ægrarum, Vidua quinquaginta & aliquot annorum, macilentiffima, a 20. ad 30. Januarii doloribus ad præcordia cum diarrhœa cruenta vexata, incidit morbi die undecimo in fubitum trium librarum fanguinis vomitum. In lectum depofita, quæ pallida femper, nunc erat pallidiffima, extremis frigida, pulfu debiliffima. Nulla proinde Venæ fectio hic facta eit, fed intra pauca minuta duæ gelidæ Libræ datæ, Medicamenta etiam eadem, quæ viro Hæmoptoico, & potus, & omnia frigida, præfcripta funt. Enemate bis mediam Libram fanguinis non multum concreti, alvo eduximus, Hæmorrhagia hisce factis non rediit; debilitas, frigus, vertigo, a nimia jactura humorum orta, intra 14. dies ceffaverunt.

Igitur 1<sup>mo</sup> in Hæmoptoico Vena secta octies est, in femina ne semel quidem : quot enim hanc in illo signa indicabant, tot in ista vetabant eandem. Neque solum sputum sanguinis nos ad Venæ sectionem determinabat, verum metus tum suturi sputi, tum febris; qua præsente, Phthiss semper metuenda est; qua absente integra speratur sanitas, quam & noster adeptus est. Esse tamen haud raro ex Hæmoptoë in Phthiss dispositionem plane insuperabilem ultro fatemur.

2<sup>do</sup>. Hæmoptoico alvum non movimus unquam, feminæ autem pluries. In vomitu quippe fanguinis corruptio, ac peflima febris, metuenda eft a fanguine eo, qui ex Ventriculo ad Inteftina delatus, moram in illis trahit : in Hæmoptoe autem nulla ejusmodi ratio occurrit. Eft præterea alvi deponendæ conatus Pulmoni, quam Ventriculo, hoc in cafu periculofior, ut leges Phyfiologicæ docent. Quin in Hæmoptoë raram non nocere alvum, tam ex Diæta, cunctisque affumtis, vix ftercora generantibus, colligi-

281

ligimus, quam ex iis, qui crura fracti, aut Aneurismatis operationem passi, alvi depositione integras haud indigent septimanas, animadvertimus.

3<sup>tio</sup>. In hoc genere morborum, in quo motus nocet omnis, facile quisque videt, quotidianam lecti refectionem, quam alias tantopere neceflariam effe ad exanthemata præcavenda, monui, locum habere non poffe : fed & metum exanthematis morbus, febris expers, non facit; fi vero febris invincibilis, Hæmoptoës comes, generaret Miliaria, augeret quidem periculum, fed ad periculum majus, ægrum intempeftive movendo, incurrendum, nos permovere non debet. Unica vero hic timenda a decubitu je petuo effet ad Nates, & ad Os Coxygis, excoriatio; nifi hæc ignota plane nobis effet, has partes in omnibus ægris unguento, ex albumine ovi, cum fpiritu vini parato, quotidie femel bisve adverfus excoriationem munientibus.

4to. Utrisque aqua gelida data fuit, utrisque Medicamenta eadem, eademque Alimenta; fed omnia frigida: folum jus carnium tepidum, ac fere frigidum. Viro lac frigidum dabatur cum gelida aqua mistum; feminæ autem ob acidum Ventriculi non dabatur. Utrisque humeros ac femora follicite ligavimus fic, ut fanguine in artuum arterias intrare valente, per venas autem redire impedito, minor fieret ad apertas arterias humorum impulsus. Aere fubtepidulo fruebantur utrique. Viro omnia quæ affumere debebat, majori copia dabantur ad fingulas vices, quam Feminæ; erat enim in hacce cavenda omnis Ventriculi fauciati expansio, ne trumbi, ad valorum extrema nati, solverentur, a quo metu in Viro liberi eramus: fic nihilominus ut in co caveremus, ne nimium nutrimenti una vice in fanguinem admissum, pulmoni oneri esset.

Raz

Rogabit forte quisquam, an a gelido, eoque copiofo potu, metus inflammationis non adfit; fiquidem a gelido potu Pleuritis, Peripneumonia, Gaftritis &c. toties natæ obferventur; præcipue vero quando fanguis, quod in Hæmoptoë frequenter ad inflammationem difpofitus, actuve inflammatus eft?

Refpondeo morbos inflammatorios recenfitos haud contingere a gelido hauftu, nifi quando curfu, cantu, ira, vino, humores valide moti, ac condenfati funt; unde eadem aqua gelida non nocebit multis, qui citra validum humorum motum, momento antea excitatum, fanguinem fpuunt, vomuntve: fed & Venæ fectiones, motum humorum refrænantes, in caufa erunt, cur frigidus potus minus noceat; præterquam quod ipfa Hæmorrhagia motum humorum nimium jam in nimis debilem, ut in femina noftra, commutaverit. Multis etiam Hæmoptoicorum fanguis per fe tenuior, condenfatione quadam emendaretur, & ad continuandum fputum redderetur ineptior. Multis Hæmoptoicorum dico: nam Viro noftro perquam fpiffus erat fanguis.

Atque hæc de metu inflammationis: fi quis autem metueret, ne faltem gelidæ actione polypofus fanguis fieret, adeoque polypos ad vitalia loca, letalesque alibi generaret obstructiones; hic non videretur attendere ad Adstringentia, quorum fane effectus idem præstaret. Hæc enim, quamvis theoretice difficulter in fanguinem intrare admittentes, practice autem certo certius intrare concedentes, omnes uno ore in Hæmorrhagiis laudamus, & præscribimus, absque eo, quod ejusmodi nocumenta inde adnotemus. Videtur gelida primo, universo corpori horrore incusso, vasa omnia corporis constringere, apertaque claudere; id quod Gelida omnia, in quavis Hæmorrhagia, five interne, fi externe, applicata cata fint, præstare folent : sed secundo, eadem frigida aqua, Ventriculum refrigerando, suum frigus communicat cum Diaphragmate, cum subjecta Aorta, & Cava vena, cum Corde, ac Pulmone, motumque proinde sanguinis moderari, &, quominus qua data porta exilire posset, salubriter condensare videtur.

Sexennium & plus eft, quod hocce experimentum in Hæmoptoë, alisque Hæmorrhagiis, incitantibus ad id me Medicis Italis, laudare frequenter debuerim: cujus, qui historiam integram nosse avet, adeat *III. L. B. van Swieten* Comm. Tom. IV. a pag. 38. ad 42.

Haud abs re erit animadvertiffe, feminam noftram fpatio plus quam undecim annorum, quo Ægrarum mearum Cuftos fuit, acutis, imo inflammatoriis morbis, *fepties* in Nofocomio decubuiffe : ab acuto autem morbo, quem abhinc quadriennio paffa effet, perpetuum pondus, levioremque in Hepatis Regione dolorem effe conqueftam; hac vero Hæmorrhagia, a Ventriculi & dolore, & pondere, penitus liberatam effe.

Hippocrates fputum fanguinis, & a Pulmone deduxit, & ab Hepate. Coac. Nº. 408. & 450. In hanc rem meretur legi Prosper Martianus pag. 457. 458. & Ballonius Epid. j. pag. 41. Si Hepatitis falubriter Hæmorrhagia naris dextræ judicetur, infalubriter ea naris lævæ, non video, cur etiam Hepar non posset se Pulmone, aut Ventriculo exonerare. Eft equidem difficilior, simulque periculosior, exitus morbi, ita ut Hippocrates priore textu dicat: Quicunque spumosum sanguinem, spuunt dextrum bypochondrium dolentes de Hepate spuunt, & multi pereunt; in altero vero textu absolute mori testetur; attamen & tales evadere experimenta practica docent, magis au-

285

autem si Ventriculo sesse Hepar exoneret, quam si Pulmone. Saltem custos nostra ab antiqua Hepatis labe per Vomitum sanguinis trium Librarum, Libramque quartam alvo egressam penitus liberata est.

§. VI. Curæ Viperarum, proxime præterito anno, memini, ejusque numerofiora promifi experimenta, in Morbis cutaneis pertinacifimis, inque fumma Debilitate. Plurima equidem hoc anno experimenta feci, fed, defectu copiofarum Viperarum, non tot, quot volui, ac debui. In nonnullis minime profui, in aliis ad stuporem usque. Curabo in annum sequentem copiam Viperarum tantam ex Italia adferri, ut curam hanc magis elucidare queam.

§. VII. De Variolarum infitione, ejusque incertitudine, atque periculo, fat superque Parte IX. egisse videor; nec forte scriptis ultra opus erit, cum exempla jam loquantur ubique. Eo jam deventum eft, ut Viri in arte graves, ac venerandi, inoculationem non amplius profusis, ut quondam, encomiis, propagare nitantur; sed potius ipsius incertitudinem, & infortunia palliando, mitigandoque, a præcipiti ruina præservare, si fas sit, studeant. Qua sane in re candore ipfis innato, candore ubique scriptorum suorum resplendente, Hittorias bene multas, minimeque suspectas, infelicioris insitionis cum publico communicant. Inter alia Typis prodiit nuperrimo mense Aprili scriptum, Autore integerrimo, hanestissimo, atque ad augendam Medicinam nato, confirmans Roterodamen/em Historiam nobilis Angli Manson (errore scripsi in Parte IX. Anderson) qui cum duos suos Filios (veneno varioloso, ab eruditissimo, atque inoculandi expertissimo Medico, infici curasset, juniorem pessimis variolis, pessimisque earundem symptomatis, die 14. ab infitione, & 7. aut 8. ab incepto morbo, lugubri morte amisit ; nullo inte-

terim in Cadavere ab Anatomes Professore vitio partium invento, præter nonnulla, (& quænam illa?) vermium indicia. Relatum & ibidem video id, quod Medicus ingenuus, testis observaverit autoptes, Puero scilicet quadrienni ab ipsa peracta insitione pejus folito fuisse, brachium ab ipso suppurationis exordio incredibiliter doluisse, idemque ab inflammatione tumuisse infigniter, ac vehementi cum dolore gelatinosi humoris magnam exfudaffe copiam, dolores exinde minores quidem fuisse, attamen per integras perseveraffe hebdomadas; quamvis hoc in brachio nihil effet, quod non in altero, factum : Pari ingenuitate refricatur nobis ibidem memoria quinque filiarum Viri clariffimi Schufter, quæ ab infitionis peritifimo Roederer inoculatæ, fingulæ deinceps variolis naturalibus laborarunt.

Afferuntur, fateor, quibus inoculationis infamia utcumque veluti tegatur, ratiunculæ : verum in quantum horum Virorum mihi perspicua finceritas est, judicare debeo eosdem haud ultra velle inoculationem inde propugnare, sed ad tetras has Historias id omne adhuc adferre, quod vel præoccupatisfimus animo homo ad caufam desperatam defendendam proferre posset. Id, quo firmius credam Epistola me cogit ab egregio Viro, inoculationis recentifimo, fimul ac candidiffimo Propugnatore, ad me his diebus data; in qua ingenuus fatetur se lapsu temporum erga inoculationem minus fieri præoccupatum, lubenterque eandem inutilem totam effe habiturum, fi Variolas naturales tractandi Methodus ca, quæ in præsentiarum obtineat, inveniretur fortunatior. Quis autem clarum Virum non miretur, quis illum fibi, quod in litigiofis imitetur, exemplo non proponat, dum ipse ad feliciorem Methodum obtinendam viam pandere studeat, attentionem poscendo ad

236

207

ad id, quod fibi a clariffimo Profeffore Petropolitano fcriptum effet; nimirum Petropoli, inter 116000. cives Ruffos, anno 1764. decem modo homines a Variolis periiffe, eo quod Balneo vaporis, cutem molliffimam & transpirabilem, reddente, in variolis utantur quotidie: Balneum autem fic parari, ut fornaci ingenti, ad determinatos gradus ferventi, gelida aqua adspergatur copiofa, quæ in vapores confestim refolvitur: Variolas hac arte & commode erumpere, & feliciter maturescere: cæteris vero aliarum nationum civibus urbis, qui ejusmodi balneo non utantur, obfervari variolarum eandem, quam alibi lugeant, mortalitatem.

Gratiis ipsi de communicata adeo memorabili ob-· fervatione actis, rogo ut Differtationem legat Jenæ anno 1745. a Doctiflimo Viro Daniele a Raasveld editam, in qua pag. 34. hæc verba leguntur : " Ipfo , hoc anno decurrente Clariff. D. Daniel Fischerus, , Hungarus, Ill. ac Rev. D. Nicolai Comitis Episcopi , Claky de Kerestzech Archiater, & Ac. N. C. Colle-, ga &c. elegantem edidit commentationem, Erfor-" diæ Thuringorum impressam, de remedio rusticano, Variolas per balneum primo aquæ dulcis, post 33 vero seri lactis, feliciter curandi, in comitatu Ar-97 vensi, Hungariæ superioris, cum optimo successu 32 adhibito. In hac commentatione Doctiflimus Au-99 tor pag. 11. recenfet, qua ratione variolofos tra-97 ctaverit ad imitationem incolarum comitatus Ar-33 vensis, anno 1727. & 1728. Scribit: Graffabantur 32 ;, quoque apud Scepusienses variolæ epidemice, cum-" que & tenuioris fortis homines auxilium fæpe do-, mesticum, vt hic loqui amant, expeterent, au-», tor illis fui, ut variolofos suos balneo tractarent, », & quidem statim quam primum ægrotare incipe-, rent, cum stricto observato regimine mox descri-" ben-T

, bendo, & cautelis sequentibus, donec vigori priftino variolosi restituerentur. Regimen quod penes usum balnei observabant, erat temperatum, idque nec calidum nimis, nec frigidum, ut Thomas Sydenhamus postulat Obs. med. circa morb. acut. Hist. & Cur. acut. Sect. 3.

Videt itaque Vir humanisfimus ex praxi civica Petropolitana, & rusticana Hungarica, certiorem, tutioremque Methodum Variolas naturales curandi inventam esse; adeoque non defectu ejusdem existentiæ, sed applicationis, plures mortalium a naturalibus Variolis occidi, qui alias servarentur.

Præterlabi hic nequeo occasionem monendi eos, qui Methodum Tomo I. Rat. Med. Cap. 12. traditam, aut difficulter admiserint, aut suspectæ habuerint fidei, ut attendant, an Balnea crurum, manuumque, aquæ calidæ, aut aquæ calidæ cum lacte, bis die, ab iplo exordio febris variolofæ, ad usque variolofarum papularum exficcationem ; quibus etiam balneis tota humescat Conclavis Athmosphæra, interea dum corpus tepido aut calente, sed diluente maxime potu, in perpetua ad transpirationem dispositione fervatur; cura interea religiose habita ne præ calidiore athmosphæra, loco materiæ transpirabilis, sudores, qui corpora exficcent, ob idque transpirationem inhibeant, proliciantur: videant, inquam, illi, an nostra Methodus ob id ipsum etiam non potuerit, debueritque esse felix, ob quod ea Hungarorum & Pepropolitanorum feliciffima habeatur? Et an cura cadem, curæ cuicumqué alii prælata, eandem cæteris Nationibus non pareret felicitatem, quam calidiore in climate Hungaris& in frigidiore Ruffis? Sperandum est fore, ut Galliæ Regnum, quod Infitionis incertitudinem, ac pericula, iteratis exemplis experitur, ad ejusmodi methodum stabiliendam, animum fe--5320

ferio advortat. Batavis dudum hæc res & cordi fuit, & fucceffit; maxime cum inoculationis incertæ, infidæ, homicidæque, plura apud fe exempla luxerint: fic quidem ut Amplifimus Senatus Haganue, hoc ipfo elapfo vere, Inoculationem, cui ea in urbe nonnullæ exteræ familiæ fuam prolem fubmittere decreverant, publico Edicto vetuerit. Amftælodami pauci admodum inoculati hoc anno funt, quos inter puella nobilifima, quæ, nulla Variola ad infitionem rite, fi qua unquam, peractam fuccedente, fe per omnem vitam fore ab hoc morbo liberam certo certius credere juffa erat, attamen in naturales variolas demum incidit. Atque hæc de hac materia fatis.

rant pone Os fillinaquer is a classifier

6. Coardiatto cutadem alia, multis cellulis confeicua.

in medio vero auguitification, healinque dale

M. Incellingen House, una cum Matenteria iumbis

Persine ad Car I. Can I.

The second second second second

A. Legreffus Intelliel Lisi in Oceans , gred hie

And included in the second in the

T.2 ... EX.

from the tank stang one pre uline in ambrance.

Texts (cftms.

Lufignis ejustem dilatatio.

birus Coli in tectrum Intellinim

THE THE A D U LA PRIMA CONTRACT.

V A R I A.

289

# EXPLICATIO in her res & could fail, TABULARUM.

## TABULA INT A BULA INTO

#### Explicans Caf. I. Cap. I. verifie mabilition, que, sulla Variola ad initionere

A. Cœcum Inteftinum. and . manner and a still

B. Flexus ejusdem primusod de such menty de sino

C. Ejus sub Hepate progressus.

D. Flexus alter prope Lienem.

E. Ejusdem coarctatio finistro in latere ad curvaturam pone Os Ilii usque.

F. Flexus tertius.

G. Infignis ejusdem dilatatio.

H. Coarctatio ejusdem alia, multis cellulis conspicua.

I. Abitus Coli in Rectum Inteftinum.

K! Rectum Inteftinum admodum dilatatum.

L. In medio vero angustissimum, iterumque dilatatum.

M. Intestinum Ileum, una cum Mesenterio lumbis firmisfime annexum, ope peculiaris membranæ.

# TABULA II.

Pertinens ad Caf. II. Cap. I.

# FIG. I.

A. Ingressius Intestini Ilei in Cœcum, quod hic penitus difforme apparet.

E. Coli

B. Antrum Ingens Cœci Inteftini.

C. Flexus Coli primus.

------

D. Flexus Coli alter.

#### EXPLICATIO TABULARUM.

- E. Coli amplificati descensus ex regione lienari.
- F. Prima Coli arctatio.
- G. Saccus ejusdem amplus.
- H. Coarctatio altera.
- I. Saccus major, in quem Colon abivit.
- K. Coarctatio tertia ad Coli in llei offis regione flexum.
- L. Novus ejusdem in Saccum abitus.
- M. Coarctatio Coli quarta, cellulis pluribus inæqualis.

H. Solum hie ente

- N. Inteftinum Rectum.
- O. Os Ventriculi finistrum.
- P. Linca punctis notata, indicans finistrum Ventriculi latus, post Coli finistrum slexum.
- Q. Ventriculi fundus. an obsorve mela raulo ...
- R. Ventriculi os dextrum punctis notatum cum pyloro, arcum dextrarum Costarum pene contingens:

#### Malo Bida mapp ni F II. G.D. II. athe des about al.

ex K. venions anaphinianous in pullin

Witch al be mailing on mannaul m

- S. Inteftini Ilei infigmis amplitudo.
- T. Complanatum idem sub alia fui portione, sele superscandente.
- V. Portio Inteftini Ilei, aliam superscandens, camque comprimens.

NB. Mensenterium abscidi, ne figuram turbaret.

# TABULA III.

## Referenda ad Caf. III. Cap. I.

inner hoe presernation of them he Vontri-

A. Cœcum Inteffinum. , Shedur ment un

 B. Cœcum Inteftinum ex ingenti amplitudine mox abeuns in angustum valde Canalem, qui ad B. circumflexus, mox ante membranam D. iterum vehementer latefcit.
 T 2
 C. Co-

#### EXPLICATIO TABULARUM.

- C. Colon amplifimum.
- D. Fortis membrana quæ faccum Cœci A. & ampliffimum Colon C. ad fe mutuo arcte colligabat.
- E. Flexus Coli primus infra Hepar.
- F. Colum transversum.
- G. Colum in suo altero, coque admodum alto, flexu: unde se reflectit, & pro parte sub ipsa sui portione decurrens, emergit in H.
- H. Colum hic emergens, & adscendens ad I. ubi cartilaginem mucronatam in anteriora fic flexit, ut hæc, ventre adhuc clauso, curvi hami instar, antrorsum promineret.
- I. Colum idem ex dicto mox loco replicatum, & ad finistra reflexum, subducens sefe sub priore sui parte, ad K.
- K. Colum hic fua adscendente portione subdens se, in summam angustiam ad L. abit.
- L. Puncta notantia angustiam, in quam abit Colum ex K. veniens; amplitudinemque, in quam mox post hanc angustiam dilatatur.
- M. Colum mox iterum amplifimum.
- N. Idem longo tractu arctiffimum. danshagut
- O. Post flexum ad os Ilii Colum denuo abit in dilatationem tuberofam primam.
- Pp. Altera fimilis dilatatio minor.
- Qq. Tertia adhuc minor.
- Rr. Quarta, & minima.
- S. Rectum Inteftinum.

· (C, Co.

- T. Duodenum hic a Pyloro incipiens : unde fimul liquet hoc præternaturale Colum fic Ventriculi fitum turbaffe, ut hic fuo dextro ofificio infra Colum prodeat.
- U. Ingens antrum, in quod Duodenum abivit.
- V. Idem antrum fubducens fese sub Coco A. & sub Colo C. tegens, comprimensque angustam

Coli

## EXPLICATIO TABULARUM.

Coli portionem B. ideo tantum antro hic fuperpolitam, ut conspiceretur. W. Duodeni in Jejunum exitus.

# TABULA IV.

## Pertinens ad Cap. III.

A. Cœcum Inteftinum.

B. Prior Coli flexus.

C. Descensus ejus obliquus ad umbilicum.

D. Flexus ejusdem alter.

E. Flexus ad criftam Ilii tertius.

F. Angustia prima.

G. Subita amplitudo ex hac angustia.

H. Angustia altera.

I. Antrum Coli ingens inter binas angustias.

K. Angustia tertia.

L. Intettinum rectum. ante anum absciffum, ut in omnibus figuris præcedentibus.

NB. Sola nimia repletione Inteflina poffunt reddi naturali dimenfione longiora. Si quis quemadmodum pluries feci, longam Inteflini portionem in Plano, five rotundo, five angulofo, exporrigit fic, ut undique ad Plani hujus margines vallo quodam coerceatur, & a fuperiore parte molliter, ne affurgere poffit, tegatur; tumque, uno Inteftini extremo ligato, aërem per alterum extremum diu, multumque inflet, videbit Inteftinum non modo inflari, fed elongari: elongari autem productis miris verfus Centrum plani gyris, & flexibus; cum verfus exteriora extendi nequeant.

An non fimile spectaculum alii in corpore tubi exhibent nobis? Certe pluries inveni Urcteres, quemadmodum Tom. I. pag. 49. descripsi, vel quod Calcu-

## EXPLICATIO TABULARUM!

culus in fine ad Vesicam hæreret, si unus; vel quod Vesica, ad magnum Calculum contracta, urinam vix ultra admitteret, si uterque, urinam in Vesicam aut vix, aut nullatenus posset transmittere: vidi, inquam, cosdem factos cum ab urina accumulata amplissimos, tum Intestinorum in morem varios in flexus & anfractus convolutos esse, ut duplam, caque majorem, adepti longitudinem essent; externam Peritonæi telam cellulosam, Mesenterii instar, seeum ducentes. Unde verissimile fit, a repetitis constipata cum alvo Colicis, ipsa Intestina & elongari, & in mirissicos stexus abire. Tamen etiam citra morbos Intestina fic esse ab ipsa natura posse non est quod negem.



Containing our grais, St desiburg competinger as the

An non famile fpecheculum elli in corriore mbilexbibent mobio? Cette pluries intent Areteres, quen-

\$17D

Tiora serenci nequinter to s martin

Anisers t obligation inter lange anguline, and

# ANTONII DE HAEN

Confiliarii Aulici, ac Medicinæ Practicæ, in Alma ac Antiquissima Universitate Vindobonensi, Professoris Primarii,


# PARS UNDECIMA RATIONIS MEDENDI

I N

NOSOCOMIO PRACTICO VINDOBONENSI.



LUGDUNI BATAVORUM, Apud PETRUM VAN DER EYK, MDCCLXVII.



# ELENCHUS CAPITUM.

C A P U T XIII.De Febribus intermittentibus.Pag. 295C A P U T XIV.De Morbis acutis.335C A P U T XV.De Ileo Morbo.35\*C A P U T XVI.De Vario Hydrope.389C A P U T XVII.Anatomica quædam, & Tabularum explicatio.449

RA.

Unable to display this page

# RATIO MEDENDI IN NOSOCOMIO PRACTICO VINDOBONENSI.

MARTAR ATAR BERTHAR ARARA

\*\*\*\*

\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*

### CAPUT XIII.

## De Febribus Intermittentibus.

§. I. II. III. Febres Intermittentes tres pertinaces, quarum prima, alteraque, quodam Decocto curata, fine Cortice Kina; tertia partim codem, partim Cortice. De triplice tumorum genere, quos febres intermittentes generare solent. De abusu evacuantium remediorum in genere tertio tumorum horum. Duæ Crises indurationis, in Hypochondrio finistro, per naris finistræ Hæmorrhagiam; imperfectiores tamen, & cum alia crisi metastatica juncte. Trium harum febrium posterior, tertiana primum fuit, dein quotidiana, ad tertiam usque vicem recidiva. Quedam de incertitudine determinandi naturam febris a priore eju/dem parexy/mo. Calor naturali calore major in frigore febrili, cum algore, & universe corporis concussione. Intermittentium quandoque æstus major, quam Acutorum. Suspecta crisis, que per extrema manuum pedumque fit. Kina nonnunguam parva dosi rebellem febrem curat, reseratque certo sensu Obstructiones. S. IV. Omnes nete febrium. 2764

intermittentium Methodi recensentur, omniaque auxilia, quæ, ab omni ævo, a Medicis, Empiricisque, ad nostra usque tempora, ad febris hujus curam adhibita sunt. Si qua forte remedia desint, bæc postea facile suas erunt ad classes, bic expositas, referenda. Epicris ad singulam methodum.

S: I. M/Tultiplices adeo funt, quas Nofocomium, qualque nonnunquam quidam extra Nofocomium casus suppeditant, observationes, ut quid seligam ex illis, quid ordine prius, quid posterius referam, hæream anceps. Exordium tandem hoc anno a Febribus intermittentibus capere visum fuit, 1mo. quia hæ Febres multam sibi vendicant praxeos partem. 2do. Quia præcedentibus hujus operis tomis rarius egi de illis. 3100. Quia difficilis fæpe earum Medicina eft. Tandem 4to. quia video juniores Medicos, quantifcunque meritis lauream Apollineam adeptos, sæpe vacillantes; & an ne forsitan vulgi Febrifuga, Agyrtarumque Arcana, Methodicæ curæ, quam in schola Medica didicerant, præferenda non førent, anxia mente perquirentes. His universis de causis primum nonnullas intermittentes Febres pertinaciores, fymptomatibusve graviores, enarrabo; & adjuncta, quam fingulis adhibui, methodo medendi, cunctas deinceps medendi methodos ad suas quasque classes referam, & exponani.

Vir quadragenarius, hortulanus, anno 1765. febre intermittente autumnali laboravit; a primo in alterum paroxyfmum quartana, deinceps vero per mediam hyemem usque tertiana. Die 23. Jan. 1766. me convenit, adhuc tertianarius. Molestum patiebatur a febre aurium sufurrum, ventris superioris pondus, viriumque defectum. Tempus febrim abigendi ratus, corticem peruvianum non dedi protinus,

nus, sed decoctum admodum solvens, quo & sebrim, & sebris tollere effectus possem. Formulam adscribam, cum postmodum sæpius ejusdem mentio habenda sit. Rad. Gram. Taraxaci ä. Lib. j $\beta$ . minutissime conscissa, & diu tusa, coque aqua pura biborio: Colaturæ prælo fortiter expresse Libr. iij. adde: Oxymell. simpl. Libr.  $\beta$ . sal. polychr. dr. vj. Unciam sumat quovis biborio.

Siluit ad hæc febris. At vero tinnitus aurium continuabat, tumor finistri Hypochondrii dolebat, tussique matutina vexabat. Iteravi decoctum, justique bis die ventrem, maxime qua durum, fricaret ante fornacem, unguento composito ex Ung. martiato & Oleo laurin. a. unc. j.

Elapfis abinde quinque diebus, antiquas querelas renovavit, febre omnino liber. Indicationi relictæ morbificæ in corpore materiæ fatisfacturus, repetivi eadem remedia: fed tormina ventris accefferant molesta. Suspecta hæc sæpe hic. Citess, Cahagnesius, Sennertus, ex intermittentibus sic natam viderunt Colicam Pictonum. Consilio Baglivii diuturno florum Chamomillæ infuso hæc divici.

Continuatis fedulo his ømnibus, materia febrilis a fede, quam in Hypochondrio finistro occupaverat, & ex ventre, quem universum torminibus vexaverat, subduxit sefe, collumque undique deturpavit tuberculis. Sponte hæc evanuere. Mox vero surunculi varias obsident corporis plagas.

Sed aliud quid contigerat notabile. Tumor finistri hypochondrii remisit quidem, collo sensim tumente; at simul larga admodum naris finistra hæmorrhagia accessit.

An descripta hæc sæpius ab Hippocrate crisis Splenis infarcti? videtur; sed multiplex hic morbi universi crisis: & quidem Splenis, Hæmorrhagia fini-V 2 stræ

ftræ naris; totius autem materiæ morbificæ, tumoribus colli, & furunculis.

Triplicis generis tumorum, febre intermittente oriundorum, naturam diftinguimus. Primum genus corum, qui in ventre, nec raro in hypochondrio lævo, nascuntur : nullius illi discriminis; imo ejus genii potius, ut cosdem exoptaret Sydenbam. Sic enim agens de Febr. interm. Ann. 1661. . . . 1664. " Observatu non indignum eft, inquit, quod cum , febres autumnales teneram ætatem diu cruciarint , nulla spes fit easdem abigendi, donec Abdominis " regio, circa Lienem præcipue, indurari atque , tumefieri occeperit: iisdem enim gradibus, qui-, bus hoc symptoma supervenerit, Febris etiam fu-» gam meditatur. Neque ex meliore aliquo Pro-" gnostico morbum hunc brevi abiturum dixeris, , quam fi fedula animadversione suboriri hoc sym-» ptoma perspexeris. Idem porro in Crurum tumoribus >> obtinet, qui in adultis aliquando spectantur.

Hoc fic fe habere, ut Sydenham monuit, quivis experiuntur Practici; quodque de tenera ætate, quoad ventris tumorem fcribit, & adulta habet ætas; fed crurum ædema frequentius. Vix curamus hæc; utpote aut fponte ad reditum virium, aut levi frictione, difparentia.

Alterum tumorum genus eft, quo vir nofter laborabat; quippe quod viscera vel thoracis, vel ventris, altis infarcit obstructionibus : quibus debellandis multo sæpe labore, multoque est opus tempore : præcipue quando Icterus, quando Hydrops, quando Rachitis, adjunxerit ses. Huc mirifice eam curam, quæ viro huic adhibita est, conferre, expetientia plurima constat. Quod si oppilatione viscerum maximam partem soluta, superstes ægrum debilitas tenet, Aquæ Marte divites, Mars ipse, ejusque

que varia præparata, Cortex Cafcariglias, Peruvianus, Tamarifcus, & quæcunque alia ex ditiffima Boerbaviana classe fecundi generis cardiacorum petuntur, hanc debilitatem emendant: potiffimum fi aër, fi regimen, fi corporis motus, fi frictiones, cundem collineant in fcopum.

Tertium tumorum ejusmodi genus illud eft, quod neglectis in principio febribus, natisve a febre obftructionibus, materiam irrefolubilem, tam alte infixam in vifceribus, habet, ut in fcirrhos hæc cancrosque abeant; ut letterus niger, isque irrefolubilis, nafcatur; ut Hydrops five fimpliciter Afcites, five Cyfticus, adjungat fe: unde demum ab intermittente febre via ad lentam fternitur, calamitofamque fæpe mortem.

Hoc in statu nihil vitam, tolerabiliorem alias, diuturnioremque, reddere calamitosiorem, brevioremque consuevit, quam multus evacuantium usus. Vel enim nihil, vel parum, vel multum, operabuntur. Si multum, vires prorsum demunt, quandoque in indomabilem causam non agunt; interea dum humores minus pravos, qui vitam sustentassent, attenuando corrumpant. Si vix, aut nihil, hæc remedia evacuent, dissolvunt humores tamen, causam que hydropis adaugent. Cap. XIV. luculento exemplo hoc confirmabitur.

§. II. Anni 1765. Dec. 3. juvenem 18. ann. fufcepimus intra Nofocomium, cujus en historiam. Improbo labore dimidii anni, victu autem miscrrimo, incidit demum in febrim quotidianam, cujus id fingulare, quod frigus 12. ferme horas duraret, tumque demum ardor subsequeretur & cephalalgia.

Hanc febrim octiduo passus, narrat se septies sursum, quaterque deorsum, ab assumto Emetico, multa ejecisse, nono morbi die venam sectam esse, V 3 na-

nariumque subsecutam hæmorrhagiam; omnia autem citra vel minimum morbi levamen.

Die 15. morbi libra fesquialtera vini, aqua commisti, pota, frigus febrile domari conatus, incidit mox in Dysenteriam quatuor dierum : qua Rhabarbaro cessante, æstum immoderatum frigoris loco experiebatur.

Suscepto in Nosocomio valida febris advertebatur, pulsus durus, anxium pectus, cephalalgia vehemens, calor 103. graduum in Thermometro Fabrenbeitiano. Unde fanguinis unciæ X. de brachio dextro eductæ sunt. Moxque densam crustam sanguis utroque formavit in vasculo. Febris vere Paracmastica, quarto exinde die, sine spectabili aut perturbatione critica, aut evacuatione, sic cessavit, ut diu post levis febricula superesset, dolorque in lævo hypochondrio multum vexaret. Antiphlogisticæ methodo Febris acuta cesserat.

Ab 8. Dec. ad 11. admodum vibrans in pulsu motus observatur, cum Hæmorrhagia unciarum duarum, naris quidem utriusque, sed finistræ potissimum, mane; vespere denuo solius naris finistræ, sessander, Pulsus Dicrotus, Solano narium hæmorrhagiæ index, observabatur nunquam; sed, ut monui, pulsus mire vibrans, nunc utroque in carpo, nunc in alterutro magis, integro biduo fere.

Critica igitur folutio, ut in priore ægro, ita & in hocce, animadverfa eft, aft imperfecta: ceffavit namque lateris finistri dolor post hæmorrhagiam narium, potissimumque finistræ; at vero ex hoc tempore querelæ perpetuæ exaudiuntur doloris in hypochondrio dextro, qui ad noctem ingravesceret, junctumque fibi molestum haberet ardorem. Dolor porro iste, ardorque, ad finem mensis usque, regularem paroxysmum 3. 4. horarum quavis nocte obfervarunt.

Remedia hoc tempore mutari fæpius oportuit. Antacida quandoque danda erant, quod manifestum Ventriculus testaretur acorem : nonnunquam antihelmintica, quod vermium præsentiam cum pessimus juvenis victus, tum præsentia quædam Vermium Symptomata, innuerent. Nulli tamen prodierunt.

Nec dolorem ardoremque varii generis Epithemata, Cataplafmata, Unguenta, Emplastra, vel hilum temperarunt. Bilis autem defectum, obstructionemve, quam alba atque argillacea excrementa indicabant, sapo venetus cum Aloës tantillo, paucorum spatio dierum emendavit.

Anno 1766. a 1. Jan. ad 13. ulque, cepit pomeridiano tempore frigere, horæ, bihorii, ultraque spatio, rarissime notabili aliquo subsequente calore. Sie ut ob paroxysmum mediam post noctem, huncque pomeridianum, Febris esser quotidiana duplicata. Cortex necessario nunc indicatus, appetitum restituit quidem, diurnumque paroxysmum fregit, at vero nocturnum minime; qui constanter frigore bihorii, calore, ardore, dolore dextri hypochondrii, per aliud bihorium vexabat. Fracto quinimo diurno per corticem peruvianum insultu, lenta febricula, magna cum inquietudine, successit.

Interim quam demum morbi fedem figeremus, ancipites fluctuabamur. Hepar affectum effe, cum indicare locus, tum alba argillaceaque excrementa innuere poterant; at bilis reftituta functione, nihil eo in loco mutatum fuit. Ventriculus acore affectus videri poterat, vermibusque venter; fed idonea ad hæc remedia incaffum data erant. Et ut fymptomata nos de fede naturaque morbi certiores non fecerant, multo adhuc minus vifcerum fitus: quem adco varium, adeo fæpe alterum pro altero collocatum, olim deprehenderamus, ut convicti effemus,

V 4

nos

nos in viuo homine fitum viscerum sepius non, nisi conjecturando, assequi. Id saltem patebat, juvenem duram suam, ac miserabilem vitam, impune non gessifie; gravemque atque pertinacem in co latere, quæ miram hanc sebrim aleret, ingeminaretque, adesse originem.

Quapropter die 16. Jan. cepi ipfi dare Decoctum faturatifimum graminis, &c. ut ægro priori; Epigastriumque bis die inungi, ac fricari curavi, unguento quod ex ung. Arthanitæ & Martiato a unc. j. Gumm. ammon. aceto foluti dr. iij. compofitum erat. Quod unicum remedium internum externumque, diutiffime autem continuatum, frigus nocturnum alterna primum nocte, tandem integrum, luperavit; paulatimque primo dolorem, poftmodum ardorem, fugavit. Sub hac cura rediit adhuc album atque argillaceum excrementum; continuato tamen remedio brevi evanidum; cum alvo tandem terna quaternaque fingulo die, torminola fape, nunc liquidiore, nunc compactiore, semper autem flava, pulcre curatus eft; fic ut 15. Febr. ædes maternas repeteret, Decoctoque ibidem per Menfem adhuc usus, firma atque robusta valetudine frueretur.

§. III. Rufticus 18. annorum, gracilis, temperamenti biliofi, in pueritia tuffi convulfiva, diuturna admodum, male habuerat; exinde vero faniffimus, corpus jam ante ætatem obfirmatum, atque induratum, ruftico labore, habebat. Medio Junio proxime elaplo, febre tertiana fic corripi ceperat, ut priores tres paroxyfmos hora 9. matutina experiretur, reliquos quinque ad 3. in aurora. Frigus 3. aut 4. imo feinel 6. horas, cum fenfu interni externique algoris, univerfique corporis concuffione durabat; calor moleftus, haud vehemens tamen, fimile fere temporis fpatium emetiebatur. Unicum vero fymptoma, toto tempore febris, valida fcilicet ac

ac ficca tuffis, frigoris æque quam caloris tempore, vexabat ægrum: cæterum nulla unquam cephalalgia, nullæ naufeæ, vomitusque, non ventris tormina, nec ullum confuetum febrium intermittentium fymptoma, affuerunt. Febris vero paroxysmo absoluto, Cephalalgia oboritur, quam in noctem usque patitur, fi lecto inhæreat; brevi vero amittit, fi exfurgat. Absoluto paroxysmo, mox fames adest, & urget; totoque die intercalari fanissimus, fummo cum appetitu comedit, digerit, & naturaliter quotidie egerit.

Rogatus nullisne effet medicamentis usus, respondit pulverem a Chirurgo datum in primo paroxysmo fuisse, qui nihil operaretur: die autem post primum paroxysmum libero electuarium fumfifie, quod bis vomitum, bis moviffet alvum. Tandem, fexto paroxysmo ingruente, a vetula spiritus vini haustum, multo cum pipere, propinatum effe, cum ea tantum mutatione, ut frigus pro more adeffet, eique solito intensior calor succederet, septimus autem & octavus paroxysmus more folito pergerent.

Sanus autem, fi quis unquam, fe nobis flitit altera ab octavo infultu die, petiturus auxilium. Ipfo autem hoc die hora matutina nona, ca scilicet hora. qua tres priores paroxysmi adorti erant, febris rediit; ab codemque die, eadem præter propter hora, quotidie adfuit: fic ut 9. Julii, dum fuo de pago rediiffet, eundem in iplo nono quotidianæ febris infultu videremus. Infultus porro hi nullo modo differrebant ab iis tertianæ; tuffis in utrisque molesta, cum absentia quorumvis aliorum febris symptomatum, cum Cephalalgia post absolutam febrim. quæ pro more jacenti diu perstabat, surgenti vero exulabat brevi; cum appetitu mox a febre valido. Unica tamen hæc observata disparitas, quod licet in utraque fere æquale effet caloris frigorisque tempus. VS tem-

tempus tamen durationis universi paroxysmi febris quotidianæ dimidium tantum esset ejus, quod tertianæ expleverat paroxysmus. His bene consideratis, febrim in quotidiana æque diuturnam patiebatur, sed jam in duas divisam: in tertiana octo horarum, horarum quatuor in quotidiana.

Hic attente omnia confideranda funt. Quæret forte quispiam an, a datis ad tertianam remediis, tertiana in quotidianam transfierit? Sciat autem is quotidianæ paroxysmum jam adfuisse, antequam misturam diluentem, atque attenuantem quam ad tertianam dederam, degustasset. Hanc ille posthac in quotidiana, post paroxysmum, sine ulla morbi mutatione assume.

De industria noto quosvis hujus quotidianæ febris paroxysmos eorum fimillimos fuisfe, qui febrim tertianam constituisfent; eo quod Medici nimis universaliter videantur differentias, ut vocant, essentiales, inter utriusque hujus intermittentis febris paroxysmos, agnoscere. Notavi pariter horas invafionis finguli paroxysmi utraque in febre; quiaetiam justo generalior est corum assertio, qua ab ipsius primi paroxysmi invasionis hora, dieique tempore, internosci doceant, cujusnam generis intermittentis futura hæc febris sit. At vero nos & in hoc juvene, & in innumeris aliis, talem observavimus horum signorum inconstantiam, ut lex firma ex ejusmodi observatis condi nequeat: sed de hac quæssione postea latius.

Juvenem tunc in Nosocomio detinui, usque ad 'Augusti finem: sic ut quæ nunc enarrabuntur, sub nostro contigerint conspectu.

Quotidiana hæc febris novem confuctos paroxysmos abfolvit; in decimo vix levem percepit admonitionem æger.

Observavimus momento ante paroxysmum nonum,

& levem illum decimum, juvenem cum pulsu lento, pleno, forti, pancratice valentem: frigoris invadentis momento eundem concuti, deque viscerum suorum conquerentem algore. Solus apex nasi, non lobi aurium, nec frons, nec genæ, nullaque pars externa universi corporis, frigebant attactu, quantumvis de eorundem frigore vehementer conquereretur. Ipsumque Thermometrum Fabrenheitianum gradum 101, scilicet 4. 5. 6. gradus caloris supra naturalem, fignabat. Pulsus interea æqualis, fortis, naturali ejus modice tantum celerior. Vix læsa respiratio.

In termino illo, qui finis frigoris est, principiumque caloris, calor thermometri idem fuit. Respiratio tunc celerior fortiorque.

In æstu febrili notabat Thermometron 104. gradus, qui in multis acutis nec major esse, nec diu tantus perstare solet. Pulsus jam vix co celerior, qui in frigore sebrili, sed paulo sortior.

An frigus unice a minore attritu? Unde ergo tanti frigoris perceptio, tremor, concufio, quando calor, thermometro exploratus, aliquot gradibus calorem transcenderet naturalem?

Medicamenta autem data ipfi hæc fuere. In frigore febrili bibit fingula hora calidum valculum decocti Avenæ, cujus binis in libris manipulus florum Sambuci infulus, ac mellis puri unciæ duæ commiflæ erant; idemque in fublequente æftu continuavit: paroxysmo autem abfoluto, evacuavit quotidie libras duas Aquæ avenæ, miftas cum unciis duabus Rob. Sambuci, & dragma Nitri puri. Continuavit hoc ultimum remedium diu a ceffante jam febre, eo quod levior ventris durities, quæ fub febre quotidiana percipi ceperat, hujus fub ufu difparere deprehenderetur.

Liber itaque a febre rufticus, integra videbatur frui

frui fanitate; id unice alienum a famitate habens, quod pro læte rubicundo colore, qui, ipfo, ejusque fratre, testibus, vultum in fanitate ornaverat, color nunc conspiceretur ferme ictericus, quamvis cæterum nulla figna Icteri adessent, jamque omnino mollesceret venter.

- Ceffante febre hac, mox arena copiofa, & in urina, & ad valis latera, obfervari cepta, multoties potthac in urinis comparuit, flava aliquando, potiflimum autem fubrubra.

Contigit autem, quotidiana febre penitus ceffante, ut juvenis perciperet dolorem in parte pulpofa pollicis pedis finiftri, nec nifi tertio die eundem indicaret nobis. Parvum tumorem tunc vidimus, fuppurantem. Crifin forte Naturam huc verfus molientem fufpicati, cataplasmate emollivimus eum, biduoque post aperuimus. Effluente vix semicochlearis quantitate puris, totum mox confolidatum fuit. Unde accidens quidem illud, criticum autem minime fuit, sdev yze odrygov neusipor Galenus dixerat; & quae sequuntur, id confirmant.

Si tamen criticum naturæ molimen fuiffet, fuspecta hæc crifis fuisset. Coacarum nº. 68. damnaverat Hippocrates critica ad extremas manus pedesque conamina. Τα, έν χερσι, η ποσίν ερυθήματα όλέθεια. Et epid. 2. apud Foësium 1003. "Quemadmodum " Timenei forori, ex valido morbo quid ad digitum , abscedebat: six inavou de d'égabas rlui veror; sed quia " digitus non erat locus aptus ad excipiendam ma-», teriam morbificam, recidivam femina passa est, " & periit. Et epid. 4. pag. 1131. " Undecimo ", die, bono, critico, ad dextræ manus digitum " majorem inflammatio, septimoque post abscessium " die mors." Miserrime morientem vidit Ill. Preses hominem, cui pleuriticus dolor tertia morbi die in extremis pedibus resedisset. Nunquid loca hæc m

nimis cum tendinofa, tum nervofa, quam ut acrem morbi ferant materiem? An defectu cellulofitatis fufficientis non poffunt hæ partes morbi copiofam locare, transmittereque materiem? Quæcunque fit hujus obfervati caufa, obfervatio facta confirmataque fufficit nobis. Sin tamen exempla proftent hominum, poft fimiles crifes fanatorum, admittimus ea libenter; cum vel fub ejusmodi critico molimine, Natura viis aliis eliminaverit tunc id, ad quod eliminandum extremitates digitorum ineptæ fuiffent; vel cafus rariffimus exiftat, qualem *III. Præfes cap. de Pleurit.* defcribit. Sed rariffima exempla non deftruunt Naturæ & *Hippocratis* leges, quæ, id, quod ŵs ởn το πολυ contingit, continent.

Interim nos dolentem juvenis pedem ad maturationem, feu potius ad exitum materiæ difponentes, nemo condemnet. Noftri enim officii est, fi v. g. ad coxam, ad oculum, aliave *inidonea* loca, morbi materies copiosa jam adest, suaque turgescentia immanes creat dolores, exitum ipsi parare quantocyus, ne moram trahendo destruat, quas obsidet, partes.

Sed e diverticulo in viam. Confolidato brevi hoc ulcufculo, color manfit fufco-flavus. Inquietus de illo, exploravi, quid folvens noftrum decoctum, quod priori & alteri ægro profuisse fupra constitit, hic efficeret, media ejus uncia fingulis horis data.

Interim die nono ab ultimo paroxysmo elapfo, inopinato contigit, ut juvenis nofter, mox a levi ac frugali prandio, quod ad undecimam antemeridianam in Nofocomio datur, frigore per horam, perque alteram horam calore, corriperetur; confueta Cephalalgia fubfequente.

In frigore febrili thermometron gradum caloris naturalis præter propter notavit, gradum feilieet 95. Orto vero calore febrili 101. gradum, fummoque in æstu gradum 105. Pulsus in frigore celer, vix ford

fortis; in calore non celerior, sed fortior.

Finito toto intra bihorium paroxysmo, dolor capitis duas adfuit cum dimidia horas. Postquam appetitus rediit, cum cæteris optimæ fanitatis fignis.

Altero die ad meridiem brevior leviorque paroxysmus. Porro utitur, ut olim, in frigore febrili infuso suo florum Sambuci, & extra paroxysmum Decocto solvente, nudius tertius præscripto.

Tertio die infultus gravior. In fesqui alterius horæ frigore thermometrum notavit gradum 101. in calore autem vix integræ horæ gradus 106.

Ad eandem circiter horam febris quotidie rediit, corpus in apyrexia fanum relinquens, usque ad paroxysmum xviij. Eo autem abfoluto, æger nocte vix dormivit, anxius fuit, faporemque veluti putridorum pifcium conqueftus eft. Unde ad 8. matutinam fumfit unc. iiß. Aquæ laxativæ Viennenfis, pariterque ad horam 9. Hora 11. inde alvus compacta copiofa, & hora dimidia poft laxa alvus, in frigrore febrili adhuc ter, bisque poft febrim. Frigus fub actione purgantis trium tantummodo horæ quadrantum, vix ullus calor.

Sequenti die vix observata febris: nulla febris die tertio, quarto, quinto, sexto. Recidiva igitur quotidianæ febris cessafie videbatur perturbatione purgantis.

Sed color ictericus interim perseverabat. Prosequebatur ob id accurate decoctum in 22. diem.

Septimo autem apyrexiæ die febris quotidiana tertio rediit, trihorio post prandium, atque ita ad eandem fere horam quatuor sibi subsequentibus diebus: ea tamen cum differentia, ut solum frigus, vix ullus calor, adesset; quæ quo demum pacto cessaverit, mox patebit, præmiss aliquot observationibus.

In omnibus octodecim Paroxyfmis Recidiva pri-

mæ

mæ quotidianæ thermometrum semel, ut monui, gradum 95. notavit, cæterum vero semper 99. aut 100. aut 101. Igitur ægro algorem internum, corporisque molestam a frigore concussionem, amaré conquerente, calor fere semper 4. 5. gradibus fuit naturali major. In fummo calore thermometrum gradum 104. 105. 106. 107. 108. fignabat; quales gradus vix unquam, nifi paucis admodum horis, febres acutæ, peracutæ, acutifumæque, notare confueverunt. Patet inde intermittentes febres magnam in folidis, fluidisque, inducere mutationem, lentos humores coquere quidem, ac vafa, certo modo inertia, stimulando animare, debitumque in motum fæpe excitare posse; verum quoque humores aut nimis disfolvere, aut difflatis subtilioribus, inspissare; fibrisque, quæ, quo agant, non ftimulo, sed restaurante cardiaco indigeant, summam flacciditatem, invincibilemque atoniam facile conciliare. Cum id tot exempla confirment, limitato sane sensu vis intelligenda proverbii est : De intermittente, ac præsertim de Quartana, non sonat Campana. Unde & regula petenda est, intermittentem febrim aut linquendi fibi, aut abigendi; ut mox patebit.

Sitis in paroxysmis his, frigoris tempore maxime, intensa fic, ut bihorii spatio Libras 4. 5. 6. infusi sui evacuaret.

Notavi fuperius paroxyfmos tres priores Tertianæ febris hujus juvenis ad 9. matutinam, quinque pofteriores ad tertiam in aurora invafiffe. Quotidianam primam exacte fervaffe horam nonam matutinam, quæ non ultimorum, fed priorum Tertianæ paroxysmorum erat hora invafionis. Quotidianæ vero Recidivam priorem adortam juvenem ad meridiem esfe, primo quidem mox ubi pranfus effet, reliquis autem diebus fine prægreffo prandio. Tandem conftitit quotidianæ recidivam alteram bihorio trihorio-

AC

ve serius invasisse. Confirmant hæc, quæ supra monui, de incertitudine genium febris, naturamque determinandi, ex tempore primæ invasionis.

In hac demum altera quotidianæ recidiva, feu intermittente febre quarta, lassitudo perpetua animadvertebatur, virium notabile appetitusque decrementum, nocturni sudores, insomnia, inquietudines tantæ, ut, ne tandem hæc febris cum corpori noxia foret, tum morbos inferret alios, justam nobis incusserit formidinem. Sistendam ergo arbitrati, dedimusægro dragmam corticis Peruviani ad 6. vespertinam; alteram dragmam ad 10., tertiam sequenti mane ad 6., & ultimam ad horam primam pomeridianam. Febris nec eo die, nec sequentibus, ad assume and assume an contine unciam, unquam rediit.

Stupenda autem erat, quam a primo die affumti Corticis observabamus, mutatio. Mox enim vires exsurgebant, redibat appetitus, animus erigebatur, bona alvus, bonæ urinæ, eæque nonnunquam pulcre hypostaticæ, comparebant; &, quod maxime notabile, pertinax subictericus color sensim disparebat, intraque decem dies plane aberat. Sic incunte Septembri perfecte sanus Nosocomio exivit, corticem per unam, alteramve septimanam adhuc sumturus. Domi suæ continua fanitate fruitur hucusque.

Numquid cortex Chinæ, febrim virtute febrifuga tollens, fimul fua reftaurante facultate fyftema biliofum emendavit, ut remediis folventibus æger poftmodum non habuerit opus? Videntur ejusmodi exiftere cafus: fed ne nos iidem jufto audaciores reddant, caveamus. Omnino enim credibile videtur Decocto refolventifimo, quatuor prope feptimanas ufurpato, vifcerum ac potifimum Jecinoris, multum referatas obftructiones fuiffe, ut demum fuperveniens virtus chinæ roborans, opus reliquum ab.

absolverit. Febris enim tertiana, quotidiana deinde bis recidiva, & cutim pertinaciter defœdans subictericus color, non merum, non simplicem, non causa materiali carentem, sebrilem motum notabant, sed vitium quoddam jecorarii systematis, quod primo virtute solventis remedii multum emendatum, demum penitus vi restaurante Corticis devictum est.

§. IV. Plures profecto ejusmodi hiftorias elapíus proxime annus Academicus fuppeditavit : verum cum carum relatio fastidiosa forsan prolixitate displiceret, fermonem abrumpo, meque ad necessaria quædam Corollaria converto; quæ suggessit varia methodus febres intermittentes curandi, & ab aliis, antequam ægri ad nos venirent; & a me, postquam curæ meæ traditi essent; adhibita.

Methodos has varias, divisas in hæc, quæ fieri in paroxysmo oporteat, & in illa quibus extra paroxysmum opus sit, optimus Boerbaave compendiofe recenset eap. de Febr. interm.

In frigore febrili vult ut aperientibus, salinis, alcalicis, mineralibus, diluentibus, oleofis, blandis, calore, motu, fotu, frictione utamur, hunc in finem dedimus ægris nostris infusionem calide potandam florum Sambuci in aqua Avenæ, cum melle & nitro; in calore autem Aquosa, calida actu, commendat, cum subacidis aperientibus nitrosisque permistis, vel & Cichoraceis, similibusque blandis aperientibus, quiete. Tandem sudoris tempore prodeft Piisana vinosa, jusculis carnium, decoctis temperatis, sudori urinæque reddere materiem; ficque bæc non vi caloris, medelæ, stragulorum, exprimere, sed copia aucta promovere, quam blandissime & du. Quæ æger nofter ultimus in frigore febrili fumferat, cum in brevioribus ejus paroxysmis quoque prodessent, caloris, ac sudoris tempore, continuavit eadem. Mutamus hæc in aliis, prout ægri mutatione opus habere videntur.

Quæ

Quæ autem extra febrilem infultum facienda funt, fic enatrat: Primo quidem Emeticum dandum: Quin abundanti colluviei in primis viis . . . vomitorium sæpe prodest tollendæ, dando ante Paroxysmum eo spatio, quo ante bunc effectum præstet. Id faciendum cognoscitur ex victu, morbis, symptomatibusque prægress, nausea, vomitu, ructu, tumore, balitu, sordibus linguæ, gutturis, palati; anorexia, amarore oris, vertigine tenebricosa: E absoluta operatione dato opiato, ut sedatus ante febrim tumultus st.

2. Purgans; quod vir magnus iisdem cum indicationibus, tum cautelis, quam Emeticum, dandum cenfet.

3. Suadet utrumque hoc remedium minus evacuandi, quam stimulandi, scopo. Ut & prodest idem dum stimuli instar movet utrumque. Utrumque autem repudiat, deficientibus his binis indicationibus. Aliter nocet, inquit, dum debilitat, liquidissima elicit, digestiones bic imprimis necessarias, turbat, sicque diuturnitatem morbi, vel & mortem producit. Dura, sed vera, in cos sententia, qui emetico, & purgante, vel alterutro, omnem intermittentem febrem aggrediuntur!

4<sup>to</sup>. Sudorifera. Frigus & febris sudorifero hic tollitur sæpe, dum aliquot ante tempus cognitum futuri paroxysmi horis, liquido aperiente, diluente, leviter narcotico, repletur corpus ægri : deinde una hora ante malum excitatur sudor, & continuatur, donec binæ ultra tempus initii paroxysmi elapsæ sint horæ.

5<sup>to</sup>. Venæ sectionem; quam non nisi ca/u prodesse statuit.

6<sup>to</sup>. Tenuem, exactamque diætam, casu tamen unice proficuam.

7<sup>mo</sup> Corticem Peruvianum: Si autem febris autumnalis vehemens, corpus ex ægritudine debile, morbus jam aliguo tempore duravit; neque adfint signa internæ instamma-

mationis, neque collecti alicubi puris, neque obstructi admodum bujus illiusve visceris, cortice peruviano abigetur.

8. Epithemata, & Epicarpia.

9. Inunctiones spinæ dorfi.

10. Adstringentia epota.

Commentari hæc decem curationis capita animus neutiquam eft, cum exftent confummatifiimi Illuftriffimi Præfidis in hæc commentarii : lubet autem univerfam praxim percurrendo, examinare in quavis five Methodo, five Empeiria, quid boni, quod imitere, infit; quid mali, quod evites; quid ineptum, quod abjicias; quid demum periculofum, quod damnes. Recenfionem hanc junioribus medicis, quibus hæc fcribo, utilem fore puto.

Ordinem inverto, inchoaturus ab Articulo fexto, qui de tenui exactaque Diæta agit. In quavis enim indicatione ea, quam vitalem vocant, perpetuo obtinet principem locum.

Igitur Primo, ad febrim intermittentem curandam, Authores quosdam Diætam exquisitam atque tenuem commendasse meminit Beerbaavius. Celso referente Heraclides Tarentinus hanc diætam vehementer commendaverat; ipseque Celsus, licet Heraclide hac in re non assentitur, videtur primis 14. diebus, tentasse eandem.

Hippocratem hujus sententiæ non fuisse, prima A. phorismorum sectio fidem facit: Tulpius Quartanariis funestam suisse exemplis evicit: Boerbaavius casu tantummodo profuisse narrat.

Illud interim verum ab altera parte est, pleniore Diæta homines non raro impetus febriles augere, ipsamque perpetuare febrim; nec facile curari eos, qui suos liberos a sebre dies epulando, commessandoque, transigunt: regula ergo statuenda est, ne in alterutrum inclinando quis peccet.

Xz

Ip

In omni feu acuto, feu chronico morbo, indicatio vitalis cæteris prævalet indicationibus. Si vires vel copiofiore nutrimento, quam digerere fubigereque queant, opprimantur; vel si debiti defectu nutrimenti fatiscant; merito veremur, ne morbus Naturæ prævaleat, fuccumbatque ægrotus. Quamobrem, fi bene appetat ille, fi bene digerit, egeritque, victu utatur eo, qui ad has facultates confervandas requiritur. Viribus fic manchit aptus, qui crudam morbi materiem concoquat, expellatque concoctam. Sanus si laute, si multum, comedere consueverat, plura utique illi erunt, quam isti, qui tenuius, concedenda. Qui bis ter comedere, dum valebant, foliti, etiam his ob confuetudinem confulendum : plus hyeme, ob majorem voracitatem, quam æftate : plus hominibus nationis voracioris, quam illis, qui frugalioris funt. Et quibus semel, aut bis, & plura vel pauciora, & per partes, (offerri conducat) videndum. Concedendum autem aliquid & consuetudini, & tempestati, & regioni, & ætati. Aph. Sect. 1. n. 17. Iplaque tota hæc fectio pulcherrimas regulas continet, quas fecuti Practici, ordinata recte Diæta morbi curationem promovebunt.

Peccant itaque adversus has Hippocratis leges, morbosque pejores periculosioresque reddunt, qui nihil nisi tenuem diætam crepent, ne ægri morbum, ut ajunt. nutriant. Hippocratis præcepto, & exemplo, ægris nostris, febre intermittente laborantibus, alimenta damus talia, tanta, totiesque, quam & consuetudo, & facilis corum tolerantia, concedunt. Sin vero pluribus assuers jam præ vi morbi viscera iisdem ferendis non fint, nos, & præparatione tenuiore, & parciore quidem, sed frequentiore exhibitione, id reparare ac supplere conamur. Ægris, qualis noster juvenis erat, carnes teneriores, olera, levia farinacea, quibus a puero assuers runt,

runt, vinique modicum, quo vix carere nostrates queunt, concedimus, quamdiu viscera hæc commode ferunt. Contrario autem modo in Nofocomio fit, si homines paucioribus, tenuioribusque affueti sint, ne majore folito copia Viscera onerentur. Ceterum hac elapía adhuc æftate Medicinæ Auditores viderunt languentem, acuto in morbo, Coctionem, cauta plenioris victus conceffione fic emendatam, ut brevi morbus ad Crifin aptaretur; qua instante, ad ejusdem aureas Hippocratis leges, nonnihil iterum de hoc victu pleniore detrahebatur. Cæteroquin id quod-Tulpius, ut supra memoravimus, idem quivis advertere Practici, exquisitiore Diæta ægrorum vires sic minui, collabique, ut coctioni impares in morbum cum pejorem incidant, tum protractiorem.

Secundo Emetica laudantur. Eaque alii exhibent remoto admodum a futuro paroxyimo tempore, ut diu compositus sit, qui corpori inde concitatus fuerat, motus : alii, ut hic monet Celeberr. Boerhaavius, paucis ante Paroxysmum horis; quo morbi materiam turbent fic, ut exquisitam intermittentem febrim pertinaciter non perpetuet.

Hippocrati sane iguotum confilium non fuit. Libro de Affectionibus pag. apud Föesium 520. Si autem quartana prebenderit, inquit, in uiv anabaer G. n. fiquidem impurus fuerit, primum quidem caput purgandum, & tribus aut quatuor interjectis diebus paquanov Sidovas ava, xalt autiv the Anyter, medicamentum furfum evacuans exhibendum est sub ipsam febris accessionem. Celfus, & apud Celfum Asclepias, idem fuadent.

Salubre Hippocratis confilium imitati quivis fapientes Practici funt, ubi impurus æger erat. Est duplex hic notanda impuritas: altera est ea, in qua jam ante morbum viæ primæ fordibus scatent; altera quando, etiam citra has prægressas sordes, ea febris epidemicæ intermittentis constitutio est, ut fore sem-1224

X 3

pcz

per quid corruptæ bilis ad præcordia colligatur, qualem Sydenham Sect. 1. cap. 3. descripfit. Ast vero tertio præter ejusmodi impuritates Boerhaave emeticum laudat, quatenus stimulando moveat materiam febrilem, turbet eandem, confundatque; quo, fraeto sebris impetu, exquisita ipsa, diuturnaque, desinat esse.

Triplex hæc Emeticorum indicatio Medicos movit permultos, ut fere nunquam curam febris intermittentis, nisi ab Emetico, inchoarent, & bis, ter, pluriesque repeterent, suamque in curandis intermittentibus febribus ubique jactarent felicitatem. Et ut expertissimus *Thomson* in Tomo 4. Act. Edimb. fortunatam suam 20. annorum praxin laudat, qua Emeticum det eo frigoris febrilis momento, quo æger primas nauseas experitur; aut si non in frigore, saltem mox ad nauseæ in calore principium; ita innumeri alii hanc methodum, tanquam præstantissimam, commendant, laudant, observant.

Hæc tamen Hippocratis confuetudo non fuit, non fuit animus. Cur enim monuiffet adeo circumspecte non esse dandum, nisi hominis id posceret impuritas, Emeticum? Nec veretur Sydenhamus inter sebris protractæ, imo lethalis causas, Vomitoria referre. Ipseque Boerhaavius datum Vomitorium præter tres datas indicationes nocere ait, dnm debilitat, liquidissima elicit, digestiones bic imprimis necessarias, turbat, sicque diuturnitatem morbi, vel & mortem producit. Hinc toties Practicorum libri; hinc toties nos, hujus Methodi universalitatem lugemus.

Ubi vero id dandi vera indicatio est, ut detur brevi ante Paroxysmum, votorum pluralitas est. Sub ipsam accessionem ab Hippocrate datum jam vidimus. Amatus Lusitanus, qui multas eo modo feliciter patratas a se curas jactat, bujus Evacuationis, inquit, die paraxysmi ratio assignatur talis, quia commotione agitata

tata materia, facilior ad expulsionem redditur: quam divinus Senex contemplatus in guartana, die paroxysmi, pharmacon dare mandat. Adftipulatur Forestus quoque Libr. 3. de Febribus, Quidam, ait, in initio hujus febris vomitum provocant, & ante paroxy/mum, vel initio paroxy (mi : hujus remedii tanta vis eft, modo recte inftituatur, ut multi hoc unico præsidio convaluerint. Dabat Thom fon, ut vidimus, illud quoque in frigore, aut calore, ad primas nauseas: Sydenham vero & Boerbaave, videntur in suæ quisque nationis dispositione id notaffe, ut si dandum emeticum effet, illud day retur adeo mature ante futurum infultum, ut turbatio corpori inde nata fedari paregorico poffet, priusquam adefiet acceflio. Hinc nulla regula generalis est. Observatio regionis, tempestatis, temperiei, ætatis, fexusque, adeo ab Hippocrate commendata. regulam determinat.

Tertio Purgantia laudantur. Hippocrates ea conditione, ut supra, vomitorii, ita & hic purgantis, extitit laudator. Et primo quidem in codem Quartanario, cui ob impuritatem docuerat emeticum dandum effe, rur/us, inquit, aliguo intervallo interje-Eto, aliud Medicamentum deorsum purgans, es avin Th Anyd, in ipfa accessione, dandum erit.

Subjungit autem mox hac de Tertiana febre; in qua nullum emeticum fuasit; cum febris tertiana detinuerit, si impurus tibi æger videatur, quarto die medicamentum purgans dandum est. Dáguanov hic simpliciter dixit, non addendo avo vel xaro; unde quidem Emeticum æque, quam purgans, quis forte intelligeret; verum cum, notante Galeno pluribus in locis, Hippocrates nihil ad paguanov vel ad paguanever addendo. purgans alvinum intelligat; cumque Foëfius diferte notet, hanc ejus fignificationem in confesso este apud omnes, qui vel minimam habent ejus dictionis notitiam; certo videtur hic de alvina purgatione Coüs locu-

X 4

cutus. Repetitque idem de Tertiana præceptum iisdem pene verbis Libr. 2. de morbis.

Intentione itaque Hippocratis in Emetico, & Purgante dandis, eadem existente, condemnantur confequenter omnes, qui quacunque intermittente in febre purgante opus effe contendunt. Sydenham & "Boerbaave limitarunt cum Hippocrate usum purgantis; ultra citraque hos limites utrique condemnarunt idem. Equidem Sydenham in intermittente autumnali, cum æger a datis quadrihorio ante paroxyimum remediis sudatoriis jam sudaret, dabat scrupulos duos, Pil. coch. Maj. in Mistura spirituofa; ut ludare pergeret; non autem proprie sic egit purgandi Icopo, verum ut binis illis contrariis sudandi & dejiciendi motibus, eodem tempore excitatis, paroxysmi processum confunderet, atque interturbaret : de qua methodo postea pluribus. Unde demonstratum est Sydenbamum, non minus quam Boerbaavium, purgantia in intermittente febre condemnasse, nisi quando corpora omnino impura effent; quo unico in cafu Hippocratem purgantia laudasse, citatis ejusdem textibus constitut.

Confirmatur hoc ex eo, quod cum docuisset impura corpora purganda esse, deinceps ostendat quid agendum sit Medico, si pharmaco opus esse ipsi non appareat: Hic nulla sive Emetici, sive Purgantis, ultra mentio fit.

Juvenis noster a prima quotidianæ febris recidiva visus est purgante, ante accessum dato, curatus. Sed & vera hic aderat indicatio id dandi.

Hoc demum, & non alio, fenfu, intelligimus fortunatas per purgantia curas, quas tot laudibus cumulant Autores; v. g. Monavius in Epift. 37. Libr. 2. Epift. Cratonis, aliorumque. Hoc unico fenfu fuæ Agarico, ut febrifugo, laudes manent, dum Vcteres ad dragmam i. ij. illum brevi-ante febrilem por-

porrigerent acceffum; ut apud Dodonæum, & in adjectis ad Dodonaum notis, videre eft.

Quarto laudatur Venæ fectio, & merito quidem. Eft enim aliquando metus, ne in plethoricis, a vali-80 febrili motu, humor copiofior circumductus, noceat stagnando, obstruendo, inflammando, repagulaque diffringendo fua. Sed ait Boerbaavius Venæ lectionem prodeffe cafu duntaxat; haud vero ex Botalli, ejusque sequacium sententia, veluti ad intermittentem febrim curandam per se opportunam. Quapropter illam Sydenhamus jure rejicit, veluti infidum auxilium, quod ni febrim illico confodit, ejus curam procraftinat, imo cum cæteris male adplicatis letum accelerat.

Quando igitur fuam fortunatam praxin laudabat D. Chomel, ex dato, hora ante paroxyfmum, largo Chamomillæ cum cremore tartari decocto, inititutaque mox inde venæ fectione; eum Plethoricos maxime in cura habuiffe credibile fit. An Gallis tamen. centenis sape venæ sectionibus affuetis, venæ sectio in febribus minus nocuiffet? Præcipue cum Riverius in Cent. 4. fimilem curam exemplis, & guidem uno in septimestri gravida, confirmet? Sed credibilius potius profuisse Missionem fanguinis ob Plethoram. Foreftus v. g. qui venæ fectioni affuetus non erat, dum ipfi post tertium Quartanæ paroxysmum vena ad incipiens animi deliquium folveretur, ne quartum paroxyfmum inde haberet, videtur præ plenitudine foluta tantum tuliffe a vena fecta præfidium.

Aliter vero cum Hæmorrhoidum evacuatione res se habet. Quamvis enim multum absit, ut cum priscis Medicinæ patribus unicam Quartanæ febris ab atra bile duceremus originem, inficias tamen nemo ibit etiam ab atra bile gigni Quartanam. Bilis autem atræ per hæmorrhoidas evacuatione, causa febrigena immediate, atque directe evacuatur, ut sic demum

XE

mum febris ceffet. Notabile quod in rem Foreftus notat Libr. 3. Obf. 41. Hominem Quartanarium, quem cæcis hæmorrhoidibus laborare intellexerat, bono effe animo juffit : nam hæmorrhoidibus apertis a Quartana facile liberari posset, cum & Præceptor meus BENEDICTUS FAVENTINUS, in tollendo Quartanam; præcedentibus universalibus remediis, pro indubitato experimento habebat, ut venæ hæmorrhoides secarentur. Secundo refert quoque GUARNERIUS se vidisse Præceptorem suum JACOBVM FOROLIVIEN-SEM DELLA TURRA, nobilem quendam curasse solis remediis, quæ hæmorrhoides provocabant.

Verum bic V. S. commode in ano fieri non potuit, cum venæ bæmorrhoïdales potius exulceratæ effent, & ob hoc ingentes dolores inferebant. Quare accito Chirurgo, qui ulcera curabat aptis remediis appositis: unde tandem bæmorrhoïdes apertæ sunt, & fluere ceperunt, multam virulentiam effundentes: ita, ut a febre quartana boc modo liberatus fuerit.

Itaque hæmorrhoïdum fluxus primo prodeffe cafu poteft, in universo vasorum systemate abundantibus humoribus, ut de venæ sectione dictum : secundo prodesse potest Quartanæ auserendo proximam causan, infarctum nempe systematis venæ portarum, ab atra bile. Minimeque inhærentes systemati veterum, qui quartanas semper, tertianas nunquam, ab atra bile oriundas statuebant, fatemur tertianas æque quam quartanas, si forte atra bilis in iis peccat, hæmorrhoïdum fluxu, aut levari infigniter, aut penitus curari posse.

Quinto recensentur Sudorifera. Varia intentione, modoque, dabantur. Ac primo quidem, quemadmodum ex Sydenhamo, aç Boerhaavio supra dictum est, ut corpus in apyrexia repleretur liquido aperiente; horaque deinde aut bihorio ante invasionem excitaretur sudor, promovereturque co usque, donec

nec bihorium a tempore quo febris adesse debuisser. præterlapfum effet. Huc porro bene multa auxilia facere credidere veteres, ut mox patebit. Secundo, fine peculiari fudoris ante paroxyfmum provocatione, calidis, aromaticisque medicamentis, & attenuantibus, corpora toto apyrexias tempore, replebant, ut attenuatis fic probe humoribus, frigus febrile, tandemque febris ipsa, præcaveretur. Huic fcopo legitur Myrrha adeo protuisse, ut in febre intermittente curanda de palma cum Cortice Peruviano decertaret. Vulgus Gentiana, Galanga, Absinthio, Centaurio minore, Marrubio, Helenio, Imperatorio, Scordio &c. tota in apyrexia copiole datis, frigus febrile corripit, fiftit, ac febrem feliciter sæpe curat. Galenus falfamenta commendabat, & Sinapi, fuumque Diatrion piperion. Nunquid Muisio laudata fat larga falis ammoniaci dofis, huc non referenda?

Tandem 3<sup>tio</sup>. mos multorum erat hæc fudorifera non dandi, nisi 1. 2. 3. 4. horis ante expectatam febris invafionem, corpore fimul ad fudores calidiore acre, integumentisque, dilpolito. Sic Juvenis nofter magnam piperis quantitatem cum Spiritu Vini sumserat. Antiqua sane, celebratissimaque Methodus! Celsus ante accessionem Allium comedere jubet. aut piper cum aqua calida bibere. Hoc Bartholinus Cent. 5. nº. 48. oris septentrionalibus familiare præfidium notat, coque Zelandiæ Episcopum se curasse feliciter. Cyathus Vini Hippocratici, quo Varandæus ante Paroxysmum utebatur; Hauftus Spiritus Vini cum aqua Rofarum; aut Vini hauftus, cui Agrimonia, cui Millefolium aut Verbena, aut Absinthium, &c. infusa, multorum autorum : Raji in Catalogo Plant. Angl. hauftus Vini generofi, cui Vifcus, Oxyacantho innatum, infusum fit : Pulvis magno Heurnio commendatisfimus, qui ex Nucis moschate uste, nusleis Perficorum, & Amygd. amararum, a scrupulo, com-

compositus, cum vino ante paroxysmum exhibebatur: Specificum Hartmanni in Iua pr. chimiatr. Spiritus (alis ammoniaci in aqua Centaur min., vel Cichorei, ante paroxyfmum exhibiti, donec homo fudoribus difflueret : Rulandi & Riverii Methodus, ope Spiritus sulphuris, aut Spiritus vitrioli, sudores ante paroxyfmum eliciendi : Fonfecæ fecretum, pulveris Betonicæ dragmas duas in Ovo dandi, quadrihorio ante accessum : Riverii exhibitio (alis Absinthii, cum *fucco Citrei*, fudores cum regimine ante paroxylmum eliciens : Ægyptiorum mos dandi dragmam pulveris Chamædryos, calido in jure, brevi ante paroxyfmum: Pulvis Pannonicus, Specificum Michaelis, Præparata Bezoardica multorum Autorum, Theriaca Andromachi, Diascordium Fracastorii & Sylvii, Philonium Mesue, Requies Nicolai, Orvietanum; quæ omnia cum Vino, brevi ante Paroxyfmum, corpore ad fudorem disposito, exhibentur: hæc, & similia, Autoribus commendata, & laudibus sæpe in cælum elata, ad hanc fudatoriam curam referenda funt.

Quo tandem Clysma Ægyptiorum referam, cujus in fua Med. Methodica Prosper Alpinus meminit, compositum ex Libra Decocti Majoranæ cum unciis 111. olei laurini, quo sane, inquit, & in aliis, & in me ipso, olim quartana vexato, summa cum utilitate usus sum, & nonnullos quartanarios tribus tantum Clysteribus fanatos vidimus. An clysma hoc venis cum bibulis, tum paucis Coli lacteis, absorptum, humorum motum auxerit, pepuleritque sudores? Pertineret tunc ad hanc classen.

Quid demum cogitandum de Decocto Raparum, quo Abbatem Guarnerius curaverat, & quod in Epiítolis laudat Crato a Craftheim? An, quia abjecto cortice, primæque decoctionis aqua, rapæ cum nova aqua coctæ exprimerentur, illeque fuccus cum butyro infulfo, ac faccharo mistus, potui daretur, fum-

fumto fimul quovis mane pulvere quinque nucleorum Perficorum; an, inquam, ad fudorum referendum Methodum erit?

Celeberrimus Mead in Mon. & Præc. Med. Quamquam nec illud hic observare aluenum erit, inquit, me pluries, cortice ipso votis non respondente; pulvere ex floribus Chamæmeli, Myrrha, saleque Absinthii, adjecto paulo Aluminis, composito, sebres intermittentes depulisse. An attenuando, disponendoque ad sudores, ad hanc quoque Methodum Meadii pulvis referendus?

Pulvis febrilis Pharmacopææ Viennensis huc quoque referendus videtur.

Triplici modo vidimus homines a fuis Medicis ad fudorem dispositos fuisse: verum quartum multi addebant, eumque efficacissimum. Frictione, balneo, motu, cursu, ante invasionem, imo ipsa, fi contingeret, in invasione, homines in profusos sudores solvebant, cum ipsum vulgus, tum quoque Medici. Hoc sedulo faciamus *Celsus* Autor est. Quin & frictionem, & motum, & cursum, consuluere plures, una cum calidorum remediorum assumptione. Ita *Platerus Tom. 2. Cap. 2.* Simile quid *Boerbaave* quoque suadet. Estque ars curandi frequentissima. Plebejorum & Russicorum.

Cuncta igitur, quæ ad hanc 5. Methodum retulimus, eo collineant, ut corpus difponatur ad fudores, & ut illi maxime eliciantur tunc, quando febrile frigus inftat, promoveanturque bihorio ultra confuetum invalionis tempus.

Profuisse pluribus hanc sudatoriam Methodum ultro fatemur; sed & aut non profuisse fæpe, aut multis nocuisse, cum scriptores Medici notarunt, tum sæpe vidimus. Prudentia igitur, judicioque in ea adhibenda opus. Si enim sebris salutaris, si homini necessaria, ut sæpe sit, hac autem arte abigatur; quid non timendum mali a relictis obstructionibus.

bus, ad quas folvendas falubrem hunc motum Natura excitaffet? Nonne juvenem fic demum Hydrope periiffe, qui hac arte curatus erat, Forestus memoriæ tradidit? In comperto præterea est homines hac arte febres continuas, ardentes, anomalas, malignasque, fibi conscivisse. Unde Bartholinus loco superius laudato addit consilium esse, quod & non paucis profuerit, & nocuerit multis.

Non ergo Cortex Peruvianus, quod febres intempestive suffocet, solus accusandus est: violentia descriptæ mox Methodi non minus cortice intempestive curat.

An Arsenicum, quod frigus febrile, febrimque totam, præcaveat, huc referam? Præstaret referre non debuisse. Quidquid laudis Lemmery, Wepferus, Meyerus, ex relatu aliorum ; quidquid laudis Friccius, medicus Ulmenfis, libro de virtute venenorum medica; & in Actis Moguntinis Joannes Christianus Jacobi propria, ut ferunt, experientia, Arsenico ut specifico febrifugo, tribuant, exemplisque confirmare satagant; testimonia deleterii, nullaque arte cicurandi, Veneni, tot, tantaque Vienna, & haud ita pridem Exercitus, dederunt, ut cum magnifico Werlbofio de Arsenico agente Obs. de Febr. pag. 42. dicam ,, valeant maligna pharmaca, & plena aleæ, , cum & magis exploratas, & fecuriores medelas, », quarum præbia, quoad opus fit, augere, & con-" tinuare poffis, benigna largiatur natura."

Sexta Methodus ea est, quæ per Epithemata, eaque ad carpos utrosque potissimum, eorumve alterutrum, quandoque, sed rarius ad axillas poplitesque, admota, febrim tollere annititur.

Optimus Boerhaave in Mat. Med. duas Formulas dedit, quarum prior magni Boilei erat, qui in Libro de util. Phil. exp. exert. 5. cap. 7. refert ea se a febre quotidiana violenta, usitatis immorigera præsidiis,

diis, liberatum fuisse. Est autem hoc: R. Uvar. Corinth. Summit. Lupuli, Salis marini, a. unc. ij. Contusa in puliem applica ad Arterias. Addit Boilæus, licet aliquando successu caruerit, plures a quotidiana & tertiana id curavisse. Addidit & aliud hoc: R. Summitat. Rutæ viridis unc. ij. Sem. Sinapi dr. ij. Contusa exhibe ad Epicarpia.

Famosus hic ab omni ævo Ranunculus fuit, maxime pratensis dictus. Præterquam enim quod ad Anthraces Bubonesque pestilentiales, ad omnes Glandularum tumores, collique præsertim Scrofulas, hanc plantam contulam Prisci adhiberent, infigni quoque laude eam in cura intermittentium cumularunt. Primam speciem Ranunculi montani, quam ob id, fieberkraut, appellarunt, contusam adplicabant carpis; monentes sedulo tamen ne diutius applicatam ægri finerent, cum rodendo ipfos nervos, tendinesque, affecisse, plures ingenti suo damno experti effent. Videatur Dodonaus cum additamentis Lobelit, Chusii, ac Ravelingii. Sennertus Libr. 2. de Febribus, Cap. 20. sub finem, hominis meminit, qui a diuturna Quartana, Scapulæque doløre acuto, ejusmodi Epicarpio, quod pustulas excitabat, curatus fuit. Pluriesque Epicarpium istud alii Autores referunt ab Agyrtis adplicatum; ut & fimile quid refert Ill. Prases in Comment.

Rondeletio fummis laudibus extollebatur Epicarpium, quod parabatur ex Foliis Sambuci, Salviæ, Pedis columbini, (id eft, Geranii columbini, five Geranii alterius Diofcoridis) Fol. Rutæ, ä. m. β. Flor. Calthæ pauxillo, falis comm. m. j. cum Vino tritis.

Martini Rulandi Epicarpia conficiebantur ex foliis Rutæ, Salviæ, Bursæ pastoris, tritis cum aceto.

Felix Platerus sua parabat ex fol. Thlapsi, Plantaginis, Bursa pastoris cum aceto. Vel etiam ex ung. populeo, quocum commista tela Aranearum: cui Lotichius ad:

adhuc grana quatuor Opii addebat. Imo folum Acetum, pane bene imbibitum, Plater laudabat.

Heurnius Helleborum, (qualem non addidit) felix Epicarpium dedisse meminit.

Crato ad Camerarium profuisse notat Epithema Spiritus Vini linteis excepti ad Ventriculum: additque se haud carpis duntaxat, verum articulis omnibus, Urticæ radices cum aceto tusas admovere.

Riverius laudat Cataplasma calidum, aromaticum, ventriculi admotum regioni.

Borelli affinis legitur feliciter intermittentes febres, curaffe foliis Pentaphylli cum fale, stratum super stratum positis, initio paroxysmi ad carpum dextrum.

Boyleus loco laudato fupra recenset Fuliginem Caminorum cum Therebinthina.

Acta Edimburgensia Tomo 2. Erigerum seu Senecionem vulgarem, in pultem contusum, & Cardiæ frigide applicatum, referunt.

Apud Riverium laudatur Epicarpium Emplastri Strobelbergici.

Curatos aliquos ab Agyrta vidi Epicarpio, linteo incluso, quod abiturus revelavit : erat Sinapi paratum, ut in mensa utimur. Ab alio vidi Andromachi Theriacam admoveri. Vidi quoque sebres epicarpiis curatas nonnullis rediisse.

Sed quid his immorer diutius! Finis scribendi non daretur, si memorare vellem Amuletha collo, âliisque corporis appensa partibus : ut Tralliani lapidem ætitem; ejusdem Scarabæum in Linteolo fulvo Collo appensum; Foresto commemoratos pilos, de gena detractos Hircorum; Sanguinem de primis Virginum Catameniis; Lacertam viridem appensam; Vermiculos ex Dipsaci capite apud Dioscoridem; Araneam vivam nucis inclusam putamini, collo donec moriatur appensam, vivamve locustam; Francisci Jöelis Cantharides; aut Nicoli Florentini, & Tiengii Amstelodamensis annuUnable to display this page

febris infultum. Guarmerius laudator extiterat hujus praxcos; ejusque exemplum Forestus in recidiva Quartanæ septuagenarii sui Avunculi secutus, spinam dorsi inunxi, inquit, a nucha incipiendo, usque ad clunes descendendo, oleo anethino & chamæmelino simul mistis, & post inunctiones pannos lineos calide apponendo. Cumque ter hanc inunctionem in ipsa accessione absolvissemus, miraculi instar non solum rigor cessavit, verum etiam febris in septuagenario desit.

Felix Platerus iisdem oleis, quibus Forestus, spinam dorsi inungebat, sed simul interna remedia, frictioni soli non sisus, dabat.

Cardanus curat. 24. hora frigoris spinam unguento inungebat quod ex Gentianæ succo, Oleo scorpionum, & Anserina compositum pinguedine erat.

Riverius valde laudabat talia minus tanquam febrifuga, fed potius tanquam rigorem, febris fymptoma moleftiflimum, mitigantia, ægrisque ad Diaphorefin difponendis apta.

Prosper Alpinus Emplastrum, quod Gallo Medico in fecretis erat, ut singulare quid laudat, cujus hæc erat formula: R. Farinæ tritici cribratæ, thuris masculini, ä. unc. 11. f. cum succo Menthæ Emplastrum, quod linea petia exceptum, calidum ante accessionem adhibeatur ad spinam dorsi, ad caudam usque, & quoad sponte decidat teneatur.

Et profecto confirmat experientia nostra laudes istas. Jam triginta anni sunt, quod summo effectu in quartana rebelli has frictiones institui. Tota Methodi hujus intentio cum ca methodi sudatoriæ supra expositæ, parte convenit, quæ frigus præcavcat, eliciat sudorem, sicque totam denique jugulet febrem. Tuto itaque in pertinaciore intermittente, quam sugare & licet, & expedit, adhibetur.

Questitum olim fuit an Inunctio & Frictio cum Mer-

curio fuget Quartanam? Creditum hoc antiquis Medicis fuit, quod viderent homines Lue Venerea & Quartana laborantes, ab utraque fanari 1<sup>mo</sup> Decocto faturatifimo Bardanne, in Vini & Aquæ a p. æq. facto, cui fub finem addebant folia fenne; quod Decoctum fub ftragulis calefactis fudores per horam unam alteramque fortiffimos eliciebat, poftque fudorem purgabat, & 15. aut 20. diebus continuis dabatur : pottea vero detractis foliis Alexandrinis, & absque regimine ad fudores, dabatur adhuc per 30. 40. dies: quo modo a Petro Pena Chirurgo, Henricus III. Galliarum Rex a Lue celtica curatus legitur apud Formium. Hac porro Methodo etiam curari Quartanarios Velfchius memoria prodidit.

2<sup>do</sup> Ex Varandæo, Borello, Riverio, usu Decocti faturati Rad. Chinæ & Antimonii, patet curatam Luem gallicam fuisse : fed & codem Decocto Quartanas brevi curari memorat Arcæus Libr. 8. de curandarum febrium ratione.

3<sup>tio</sup>. Frictione Mercuriali, ut in magna collectione de Autoribus Siphyliticis a Luisio edita, patet, Lues venerea curabatur feliciter: fed & fimul observaverat Ballonius Libr. 2. Epid. & Luem, & Quartanam, hac inunctione una curatas esse. Unde co pervenere nonnulli, notante Velschio, ut codem remedio & Quartanam, & Luem Neapolitanam, indigere crederent: alii vero id faltem opinarentur, fi Venere laborantes homines, fimul paterentur Quartanam, cos & ab hac, & ab illa, instituta frictione mercuriali, liberari.

Hanc porro observationem generaliter veram non esse docuit III. Præses in Comm. ad §. 9. "Quarta-"na Purgantibus, inquit, Vomitoriis, Sudorise-"ris, frustra tentata, imo per mediam falivationem, "ut vidi, constanti typo pergens, tollitur cortice "Peruviano.

Y 2

Vij

Videntur ergo hæc fic concilianda effe, ut Quartana in homine Venereo, non a Lue Venerea, fed a caufis communibus, epidemicis, oriunda, Mercurio non curari credatur; Quartana vero, quæ non ab his caufis, fed ab ipfa venere ortum habet, una cum lue venerea, frictione mercuriali tollatur.

Octavo laudatur & Adstringentium usus. Dedit in fua Mat. Med. Boerbaavius, duplicem horum formulam, quarum prima est Decoctum admodum faturatum ex herbæ totius Plantaginis latifolii unc. X. & Rad. Tormentillæ rec. unc. 11. Decoctis cum unc. XL. aquæ; cujus æger uncias tres fingulo bihorio fumat : altera formula pulveris est, quem Dr. 1. Alum. rup. dr. 11. Nucis myrist. & gr. XII. Boli armeniæ componunt, hora ante paroxysmum fumendum.

Fuit etiam priscis hæc culta Methodus. Expedit in libr. 2. de Morbis. apud Foësium pag. 471. 472. videre justum Hippocratis, de aggrediunda Tertiana post tertium insultum purgante, si id indicetur : sin vero non indicetur, Acetabulo Radicis Pentaphylli in aqua tritæ: sebre vero nec sic abeunte, sudorum ope internorum externorumque auxiliorum provocatione.

Dioscoridis & Aëtii monumentis constat idem. Laudata hic deprehendimus præter Tormentillam, aliaque, quæ sormulæ Boerhaavianæ continent, Agrimoniam, Genicula Verbenæ, Pentaphyllum, Semina Heliotrophii &c.

Prodeffe ejuímodi remedia egregie queunt, quando ægri a febre debilitati funt, aut ex propria Diathefi folida flaccidiora, aquofiores humores, nervosque fimul valde irritabiles, habent : roborantur quippe hinc folida, fluida condenfantur; hominesque hoc pacto vel febrim melius fuftinent, vel irritabilitate imminuta, novo vix afficiuntur infultu. An

= 1 J

An ideo cortex Quercus, Tamarisci, Capparidum, febrifuga audierunt? An cortex Peruvianus, licet occulta sua virtute febrim æque in arido, ac in fucculento corpore, curet, tamen etiam in hac octava Methodorum classe vi fua adstringente febrim abigat? Ruri profecto qui aptis præsidiis carent, vires corticis Quercus, aliorumque Adstringentium hunc in finem innocue explorare posse videntur.

Ultima tandem methodus ea eft, quæ cortice Kinæ, seu Peruviano, febrem intermittentem sistit. Longo fermone hic opus non eft, quum egregii viri Morton, Sydenham, Richa, Torti, Collegium Wratislaviense, Mead, Huxbam, Pringle, Werlboff, Boerbaave, & cum maxime Ill L. B. van Swieten in Comm. ad Cap. de febre intermittente, nec non in iis, quæ ad Caput de Hæmoptoe; & de Phthisi, adnotata ab illo funt, clara in luce rem collocarint. Quod fi quis peculiaria quædam observata adjunxerit, ad quæ colligenda Nofocomium nostrum occasionem iuppeditavit, clare intelliget:

1<sup>mo</sup>. Corticem Chinæ faluberrimum remedium effe omnium febrium, quas abigere & licet, & oportet. Intermittentes igitur hic principio recenfemus, quæ morbos tales conjunctos non habent, qui febre, ceu medicamine, indigeant.

2<sup>do</sup>. Febres hemitritæas, quæ consuetis medicamentis cito non obedientes, in malignas, perniciolasque, brevi abirent.

3<sup>tio</sup>. Febres illas, quæ internas suppurationes, ut puta Pulmonis, Hepatis, Uteri, Renum, aliorumque viscerum; quæque absceffus Coxæ, aliorumque articulorum, comitantur: co quod humorum corruptioni, a reforpto acri nascenti, medeatur cortex. pus pro ichore aut fanie bonum conficiat, vires refocillet ægrotantis, & morbum fic aut diuturniore tema

tempore tolerabiliorem reddat, aut fortunatiore cafu integre curet.

4<sup>to</sup>. In febribus malignis, putridiffimis, five continuæ remittentes eædem fint, five ctiam continuæ. Ad confirmationem horum vide collectas obfervationes in *Rat. Med. Tom.* 1. p. 145 ad 160. & pag. 219. dein p. 243. *Tom.* 2. toto capite primo. & pag. 177. cet., item a pag. 250 ad 254. *Tom.* 3. five Part. 9. pag. 108. Part. 10. pag. 226.

In his porro febribus cunctis quantam Kinæ dofin exhibere oporteat, Medici judicio relinquere, quam definire, malim. Si febris intermittens tam vehemens, diuturnaque sit, ut homo eidem suftinendæ vix ultra videatur; fi fit Apoplexia, Colica, Pleuritis, Nephritis &cc. periodica, de natura febrium intermittentium, remittentiumve, qualem Morton, Sydenham, Huxbam, Lautter graphice descripferunt; si Malignarum febrium, si Variolarum, Morbillorum, & malignæ nonnunquam Scarlatinæ, fi denique febris continuæ malignis stipatæ symtomatis, discrimina urgeant; Cortex Kinæ liberaliore dofi, unciæ scilicet i. vel is. tempore aut intermissionis, aut remissionis, exhibendus crit; quo futurus paroxysmus efficaciter præveniatur. Sin autem febris ejusmodi naturæ fit, ut eandem fenfim frangi expediat, media uncia, minusque, detur: quamquam & minutiore tali dosi cortex febrim quandoque inopinato demat, ut in historia nostri juvenis p. 310. conspicuum fuit; qui unica media uncia febre exemtus omni erat, & eadem dosi quotidie continuata exemtus mansit; licet in candem indigestione voluntaria meruiffet illabi.

Primo tempore notæ in Europa Kinæ limitatior longe dofis erat: quod utrum præftantiori tunc temporis transmiffo Cortici, an aliis caufis tribuendum fit,

fit, non inquiram; copiofiore faltem dofi nunc indigemus. Dum autem rite capta fit exhibendi ejusdem indicatio, hæcque indicatio urgeat, confueta dofi haud fufficiente, ad duplam, triplam, quadruplam, & ultra, dofin adfcendamus oportet, ni velimus gangræna & morte ægrum brevi perire.

An quædam cum Cortice mista, vim ejusdem ita intenderent, ut longe minore dofi efficeret id, quod majore, fed folus datus, non præstaret? Necdum mihi experimenta sufficientia sunt, ut affirmare hic tuto quid aufim. Interim abefic nequeo, quin formulæ copiam lectoribus faciam, quam nuper mecum communicavit vir nobilissimus, &, si quispiam mortalium unquam, fide dignifimus, qua ipie in longæva sua vita sæpius sibi febrim primo stitit, alterove, paroxysmo; & qua ipse, ejusque familia, & plures corum, qui fic curati erant, homines numerofos ab intermittente febre, penitus, ac statim, percuraverunt. Est autem hæc : R. Cort. Peruv. unc. B. Ocul. Cancr. dr. iij. Antimonii diaphoretici . Concharum calcinatarum a. dr. ij. Rad. Gentianæ albæ dr. j. M. F. inde Pulv. nº. xij. quorum æger mox a ceffante paroxylmo unum fumat, & fic unum quovis quadrihorio, donec omnes duodecim absumserit: unde nocte fingulo quadrihorio expergefaciendus fit ad capiendum pulverem, eosque etiam debeat affumere qui supersint, licet alter paroxysmus instaret, aut jam fæviret; donec duodecim abfumferit. Repetitione nunquam fere opus eft. Tantum leviflimo purgante opus est lapsis 15. a febre diebus.

Occasione monitus hujus de levisimo (nam gravius resuscitandæ febri este posset) purgante 15. die dando, monere juniores Medicos debeo Sydenhami, aliorumque præstantium Medicorum præceptum, dandi purgantis aliquo temporis spatio a quiescente

X 4

te-

febre elapío, falutare, imo fere neceffarium effe, ne fiant recidivæ, aut alia mala. An hoc, quod de materie febrili aliquid fuperfit? An vero potius ideo, quod renatus a febre nimius fæpe appetitus quid indigefti collegerit, quod, ni blande expelleretur, aut febrim regeneraret, aut alia incommoda crearet? Sydenham menfem expectat, antequam hanc indifpenfabilis neceffitatis purgationem det, ne maturius dando febrim refufcitaret fopitam. In hac formula 15. dies determinantur duntaxat. III. Præfes duas modo expectat, ternasve feptimanas. Tuto hunc fequimur, modo dies 14. recidivarum adeo ferax, præterierit. Confultumque eft idem pluries pofthac repetere.

Terminabo hoc caput neceffario hoc corollario. Ex nonnullis supra recensitis, & aliis sæpe numero observatis, Medicinæ Tirones mecum animadverterunt a primo febris intermittentis paroxylmo certam Diagnofin peti non posse. Ad trutinam enim figna omnia revocantes, a quibus Galenus Libr. 2. de Crifib. cap 4. fic interstingui febres intermittentes censuit, ut qui ipsa prima invasionis die ejus determinare speciem nesciat, is nomen Medici non mereatur; ita de exceptione creberrima convicti fuimus, ut certam inde regulam cudere non potuerimus. Quare alienus quidem a sententia Campegii, in Campis Galeni historialibus, hoc a Galeno fuisse arroganter dictum, scribentis; nihilominus ejus sententiæ sum, quod intermittentes febres, nostro & tempore, & regione, iis, quæ a Galeno referuntur fignis, persæpe interstingui sese non finant. Contingere equidem potest; ut certo quodam tempore quævis Quartanæ iisdem ferme fymptomatibus, eadem fere diei hora, paroxysmum ordiantur: fieri potest ut omnes tertianæ in eadem anni constitutione, diversis quidem a quartana, fimillimis vero inter sese, phænomc-

menis inchoënt, omnesque eadem præter propter hora, v. g. vefpertiná: Quotidianæ omnes fuo pariter modo. Verumtamen hæ febres ipfæ obfervatæ aliis annis, feu epidemice, feu fporadice obtineant, fic in diverfis variant, ut nullam certam determinandi fuum, ex primo paroxyfmo genium, relinquant legem.

Tandem quod verbo fupra jam monui, ex omnibus hifce obfervationibus perfpicuum fit, intermittentes febres haud ita expertes periculi effe. quam vulgo quidem fertur. Plures Medici cum Harvæo notarunt hominem, quem febris intermittens perimat, frigoris tempore mori. Dum anno 1558. paucæ modo quartanæ, eæque faeile fanabiles, Delphis obfervarentur, invenit Foreflus Hagæ Batavorum, feilicet ad unius modo horulæ a Delphis diftantiam, a quartana legitima, epidemica, multos mori. Et omnes illæ febres intermittentes quas vidimus demum in vifcerum indurationes, in extenuationem, in icterum, in hydropem, mortemque demum, commigrantes; tandem & iftæ, quarum pag. 332.

\*

## CAPUT XIV.

## De Morbis acutis.

§. I. Pleuritis, in qua dolor ab inferioribus ad superiora thoracis transmigrat, nedum morbi cum levamine; sed aggravamine potius. Pathologica discussio de bonitate, aut pravitate hujus transmigrationis. Phænomena sanguinis, aliena a communi observatione, incompletam esse sanguinis historiam docent. Sed & ipsa bæc Pleuritis tota mirabilis; quod nec resoluta, nes Y S

intra consuetos dies critice soluta, tamen citra gangrænam, citra suppurationem, scirrbumve, spatio duorum mensium demum sic soluta critice fuerit, quemadmodum alias intra duas septimanas. Remedia adhibita. Laus Olei Lini. S. II. Peripneumoniæ bistoria. Repetitio moniti de incertitudine Phænomenon (anguinis in acutis; siquidem & dissolutus ille, & compactus, eqdem tempore e vena fluxerit. Pulsus Peripneumonicorum durus. Cur Peripneumoniæ factum die 7. judicium dubium effet? Examen practicum sudoris. Sanitas restituta visa per integram septimanam, deinde Recidiva letalis. Mira denuo phænomena sanguinis. Varia de calore hominis viventis, & recens mortui. Singularis lucta mortis. Anatome. Epicrifis morbi. Quid proprie malignitas in morbis acutis? An contra Boerhaavium semper verum, guod lata pulmonum cum omnibus, sive plerisque vicinis, concretio innocue feratur?

5. I. A cutorum morborum complures nos elapío anno exercuerunt, quorum plurimi exacte fatis leges Coctionis, crifeos, criticæque evacuationis, fecuti, *Hippocraticarum* Obfervationum, Præceptorumque, & stabilitatem, & æternitatem, abunde nobis confirmarunt; nonnulli vero aut nonnihil, aut notabiliter, a consuetis illis legibus deviantes, deviam quoque Naturam, ab *Hippocrate Libr. Epid.* 1. pag. 941. 945. Epid. 3. pag. 1085. Epid. 7. pag. 1229. quo ultimo in loco Fullonis in Syro, & Nicoxeni in Olyntho historias refert, descriptam, vivis depinxere coloribus; unus tandem, alterque, quid, Naturam superante morbo, contingere debere Hippocrates docuerat, clare demonstrarunt.

De classe priorum non est quod verba faciam; cum certam, & tutam, & felicem Medicinam, Hippocra-

craticis deberi præceptis, quivis Hippocratice edocti, norint: utilitatis plus habebitur naturæ deviantis profequendo errores; ejusdemque, ubi intecuta mors fuerit, fuccumbentis ruinam fpeculando, addendoque accuratam corum historiam, quæ in cadavere detecta fuerint.

Juvencula 20. annorum 5. Aprilis 1766. post infolitam octo dierum lassitudinem, postque debitum catameniorum absolutum sluxum, sava pleuritide finistri lateris correpta, altera necdum finita die in Nosocomio suscepta est. A fine diei secundi, usque ad quinti fere finem, quinquies secta ipsi vena est. Crustam pleuriticam gravem omnis sanguis habuit.

Ante quartam V. S. dolor fere omnis a latere inferiore ad finistrum sterni latus, humerumque, transmigraverat, quæ Claristimi Trilleri observatione, bona metastasis est; sexque suorum eadem evasisse notat: Ill. Præses scribit suorum periisse neminem, quibus illa contigisset: Hippocrates Libr. de Vistu Acut. ut malam consideravit candem. In nostra ægra tam prava erat, ut tuss omnis, ac fere omnis respiratio, cohiberetur, Et bonam, & malam hanc transmigrationem doloris, pluries in praxi observavi.

Quæ caufa hujus differentiæ? Ex laudatis mox magnis viris Trillero & Ill. B. van Swieten, bona fuit transmigratio hæc doloris obfervata 6th die; non tollens quidem morbum, fed bonam crifin prænuntians: Ægra noftra medio quinto die fupernos hos eft experta dolores. In Cl. Trilleri, & Ill. Præfidis ægris transmigrationem hanc morbi comitatum levamen videtur, cum poft eandem venam ultra non fecuerint: Ægra noftra ad doloris afcenfum fuffocabatur fere. Hinc debui mox largam evacuationem fanguinis facere, ex Hippocratis laudati mox textus præcepto: Neque copiofum fanguinem detrabere cunttandum eft.

est, inquit. Ratio ergo patet diversitatis observationum.

Dolor porro ægræ noftræ fexto die a fuperiore parte thoracis denuo ad ejusdem mediam inferioremque migravit plagam, morbi cum augmento: quare & quinta fanguinis miffio institueretur oportuit.

Sanguinem nunquam huic juvenculæ miferant; hinc a prima & altera ejus miflione animo linquebatur. Sed & hinc fanguis nonnifi guttatim juxta brachium fluxit. Nihilominus crustam pleuriticam brevi formavit,  $\frac{2}{3} \pm \frac{1}{2} + \frac{2}{3}$  craffitiei totius infulæ habentem.

In tertia V. S. fanguis continuato jactu exfiliit, donec effluxiffent unciæ feptem: guttatim deinde unciæ feptem aliæ exftillarunt. Sanguis tamen hic æque denfam firmamque crustam, quam ille, formavit. Animo non defecit.

In quartæ V. S. ultimum vasculum jactu veloci fanguis fluxit, in alterum, & primum, guttatim. Attamen vas primum omnium densissimam crustam gessit, fere talem & alterum, longe tenuiorem tertium.

In V. S. quinta omnis fanguis aut guttatim, aut brevi quandoque lentoque jactu effluxit, ut perpetuo brachium lamberet; in vas ultimum omnium lentiflime. Intra horam omnis fanguis fuam jam formaverat integram cruftam: eamque omnium denfissimam compactissimamque, medietatem totius masfæ habentem, ultimo in vase, in quod omnium tardissime erat exceptus.

Obfervationes Sydenhami & Boerhaavii, de crusta densiore ex velociore jactu cruoris, deque tenuiore exstillante eodem, sunt verissimæ, aliisque etiam practicis confirmatæ: verum ut in femina hac, ita in perplurimis aliis, observationes contrariæ adeo nu-

numerosæ sunt, ut neque ex prioribus, neque ex posterioribus, cudi ulla regula possit. Dudum simile quid observaverat Trillerus.

In vase medio sectionis quintæ crassamentum fanguinis, seu insula rubra, vix scissile, in vase tertio facile solubile.

Obscurant hæc omnia sanguinis obscuram historiam; quam inceptam olim, sed abruptam, dato otio retexam.

Calor usque ad 40. morbi diem mane, quam sero, minor: mane quippe fuit 98. 100. 101. graduum; vespere 102. 103. 104. 105. exinde autem mane ac vespere æqualis 98. 99. 100. 101. graduum.

Sputa usque ad 44. morbi diem mere aquosa, & spumosa; exceptis diebus 8. & 9. quando leviter suppurulenti quid habuere; exceptis quoque diebus 18. & 19. in quibus semicocta nonnulla apparuere. Die 44. cepit quotidie plus cocti quid in multis sputis videri; ad 51. semipurulenta jam erant; ex illo die sæpe minus, aliquoties probe, cocta, die 58. 59. 60. 61. copiosa, coctaque: exinde sensim tuss & sputa minuebantur, &, cum restituta fanitate optima, die 71. & seq. nihil tussis fere, excretionisve, ultra observabatur.

Alvum coctam die morbi 8. habuit, fubinde talem adhuc postea; passim vero tenuem, crudam: ad finem vero morbi, cum sputis coctis, & coctior alvus fuit.

Sudorem nec levantem, nec judicantem, habuit die uno critico, nempe quinto; duobus diebus minime criticis, scilicet 10. & 26.

Quoad urinas; unam bonam hypoftaticam habuit die 10. unicam & 14. 16. 17. 18. & 19. quatuor; unam 20. & 21. duas 22. tres 23. quatuor 24. Et excepto die 34. in quo omnes fummæ cruditatis erant; excepta quoque una alterave urina per fequentes

tes dies; omnes urinæ pulcras fubfidentias exhibuerunt: fabulum rubrum nonnunquam habuerunt.

Igitur nulla critica evacuatio fputorum, quæ morbum folveret; nulla quoque evacuatio critica per alias vias emunctorias: fiquidem quomodocunque coctæ adparerent aliæ evacuationes, tuffis perpetua ac molefta, pulfus femper naturali major obfervata celeritas, calorisque jufto altior notatus gradus, morbi non evacuatam effe materiem abunde teftabantur.

Interim pluries quærebatur Diagnofis & Prognofis; quæfita fane fæpius, inventa tamen non eft.

Confulebamus graviflimum longumque Hippocratis textum 402. Coacarum: addebamus Boerbaavii de Pleuritide caput; in quo, quidquid in praxi tota notum eft, concinnitate, & perspicuitate admiranda, collectum reperitur: alt vero nihil ex iis ad cafum nostrum determinabile erat. Pleuritide nec refoluta, nec critice foluta, aut Gangræna, aut Scirrhus, aut prava Metastafis, aut suppuratio timenda Phthifisque, eft. Sed horum morborum omnium phænomena ad noftram ægrotam adplicantes, applicationemque hanc crebro, serioque repetentes; non reperiebamus vel unicum horum morborum, quo eandem laborantem diceremus. Febris enim proprie dicta non adfuit; non ejus post pastum, motumve exacerbatio; non genæ rubentes; nec sudor, nocturnus maxume; nulla major emaciatio, aut hectica dilpolitio; nulla difficultas cubandi in latus utrumque, dorfumque; hinc nulla timendarum a non foluta Pleuritide ægritudinum inveniri in ca poterat. Dolor, febris, inquietudo, quæ in his morbis augentur, brevi rupturo absceffu, hic ad 40. diem non observabantur, ubi cocti quid prodire cepit.

Igitur Naturam hic multum a confueto fuo tramite deviare, in confesso erat; quod enim juxta ordina-

narias ejusdem leges expectari oportebat, non est secutum. Est certe longe major aberratio nostro in casu, quam in co Anaxionis; qui a Pleuritide, fine alio insecuto morbo, die 34. judicabatur, Epid. 3. Sect. 3. egr. 8. Femina enim nostra, citra ullum nati ex Pleuritide alius morbi signum, cepit ab ipsa Pleuritide judicari die 51. & perfectius circa60. diem ita ut perfecte sana die 71. domum rediret.

Si quis forfan rogaverit quo genere remediorum usi fuerimus, ut morbus adeo pertinax, & diuturnus, fine alio morbo perfecte judicatus fit? ea ordine dabo. Missus fanguis quinquies fuit, ut enarravi. Optimi Trilleri exemplo, præter V. S. ex brachio lateris affecti, eam quoque pedis tentassem : cum vero nostra ægra linqueretur animo prioribus ex brachio V. S.; crebriusque homines animo linqui foleant pede, quam brachio, venam secti; eam brachii perpetuo tudi. Loco dolenti primum fomenta, ac cataplasmata, admota funt; his minus opitulantibus emplastrum, quod ex 3 Meliloti, & 4 Veficantis compositum, applicabatur; morboque pertinaciter furente, vesicans utrique impositum cruri fuit. Mirum quippe tibias inter pectusque confenfum in morbis miratus Hippocrates fuerat; confirmaverat Baglivius; & celeberrimus Trillerus Vesicantia Pleuriticorum admota cruribus deprehenderat perquam utilia. Enemata multa pro re nata immisfa funt, laxantia, emollientia, paregorica. Decocta & infusa herbarum, nunc emollientium, nunc attenuantium, expectorantiumque, cum Melle, cum Oxym. aut fimplici, aut squillitico, stibioque diaphoretico: numerofæ misturæ ex Aquis pectoralibus, cum eodem stibio: Kermes mineralis ingens quantitas: Mucilaginibus paregorica mista ad noctem; aut & bono effectu pilula gr. iiß massa pil. de Styrace, una, altera, tertiaque: oleofa multa tum ore

ore, anoque corpori ingesta, exteriusque corpori applicata, ac maxime oleum Lini; quod teste Tournefortio Lettres du Levant N°. 19. "Armenii domi "perpetuo servant, adhibentque, ac propterea "Pleuritidem, cui inconstans clima impense favet, "& qua alii impetuntur, raram experiuntur: jamque scripserat Gesnerus oleum Lini loco olei amygdalini epotum, egregium remedium in Pleuritide esse. A die morbi 34. ad 71. usque, usa esse alternatim Mistura cum oxym. squill. stibioque diaph. non abluto, & Insuso pectorali; paregorico pæne omni nocte, quum alias tussis omnem sugaret ab oculis fomnum. Plerumque gr. iiß pil. de Styrace sufficiebat.

Cura autem ventriculi peculiaris habenda erat, qui multis ab annis miferrimo victu depravatus, a principio morbi, ctiam jam antequam in Nofocomium inferretur, fæpius de die in vomitum prorumperet. Paregorica juvabant, & post primum morbi impetum repetita fæpe purgatio; quæ sic adornabatur: R. Rhei. dr. ii. Velperi affunde aquam fervidam, sequenti mane momento coque, colaturæ unc. iv. adde syrupi Melissæ unc. i. Aq. Cinamomi unc.  $\beta$ . cujus mediam partem ilico; & si non operaretur, trihorio post alteram sumeret.

§. II. Faber lignarius, Bavarus, 45. annos natus, qui multo itinere pedeftri, multis aëris injuriis, fub dio in itineribus dormiendo, toleratis; victuque præterea duro, firmam corporis compagem, duratamque reddiderat; citraque morbos notabiliores ad hanc ætatem pervenerat: id modo in Anamnefi retulit, quod a 20. annis, quavis hyeme, longo laborare catarrho foleret, ab coque bis ter fic afficeretur, ut duobus tribusve diebus cogeretur lecto inhærere; quodque furdafter a decennio effet.

Cum proxime elapía die 1. Aprilis ex suburbio in

in urbem cucurrisset anhelus, tenuissimæ suppellectilis subhastationem deprecatúrus, lassitudinem talem in reditu patiebatur, ut in media via paulisper interquiescere, ac considere, cogeretur; vespere tusfim folito frequentiorem, & cephalalgiam experiretur; noctemque transigeret irrequietam.

Die 2. Aprilis, cunctis subhastatis, nudus cum uxore & infante ædibus expellitur, mendicare coactus : ipsoque hoc die gravi Cephalalgia, frigore, æstuque corripitur : die 3. Aprilis pariter. Aprilis 4. die remedio quodam sublevatus, gravi demum febre prehenditur sub noctem. Paulo mitius quinto die; 6. autem gravius.

Adiit tune Nofocomium Hispanicum; unde gestatorio ad nos delatus est, Peripneumonia laborans, quintus morbi dies decurrebat.

Confueta methodo inflammatoria emendatio observata tanta est; ut sexto die humorum coctio, septimoque critica evacuatio, & sudore, & urinis omnibus hypostaticis, judicium videretur attuliss; ita tamen, ut, ablata febre, tuffis quædam ficca perfeveraret. Sanitatem cæterum integram septem dierum spatio videbatur adeptus.

Notavimus in hoc morbo primo sanguinem de vena dextri brachii die 5. missum, solutum omnino fuisfe, cum crusta subviridescentis coloris, flava, tremula, non coriacea.

Cogitare hic quis posset Peripneumoniam eo ufque jam pervenisse, ubi toties cam Baglivius miratus erat, cum fauguine scilicet soluto, aquoso : verum eum Peripneumoniæ statum negabat pulsus fortis ac durus; negabat morbi ipfius conditio, ut mox patebit.

Sanguis octo elapfis horis ex lævo brachio detractus, mox a principio habuit & crustam duriorem, ·LA

õC

& firmius craffamentum, fic ut examinando non, quemadmodum prior, difflueret.

Incautis ex confpecto priore fanguine contraindicare Morbus & fanguis videri poterant; hoc incraffantia, attenuantia illo, naturaliter indicante. Nos vero multiplici experimento edocti, ut adhuc nuperrime in relata pag. 338. Pleuriticæ hiftoria, folam morbi indicationem explevimus.

Confirmavitque secundo missis cruor inspissantium indicationem, si cam essemus sequuti, erroneam suturam fuisse.

Monere autem hac occafione debco, fanguinem primis a miflione horis certum de fe judicium perpetuo haud præbere: videri quippe principio diffolutum omnino, poftmodum vero naturaliter, imo præternaturaliter, incraffari: unde fi breviore tempore ante lectionem fanguis ægrorum fuerit detractus, exhibeo quidem illum Auditoribus, & per pellucida vafa cum ipfis contemplor; nonnunquam vafculum unum vertendo, dividendoque examino; reliqua vero vafcula in fequentem fervo demonftrationem.

Notavimus fecundo in hoc morbo, in quinto Peripneumoniæ die pullum magnum, fortem, eundemque durum; die fexto debilem, inæqualem omni modo; die autem feptimo fere naturalem. Unde confirmatur id, quod Part. 9. Cap. 2. §. 9. tot argumentis urfi; feilieet pullum debilem in Peripneumoniæ definitione inveniri non oportere.

Advertimus tertio coctionem, quæ quocunque morbi die fiat, femper bona eft, nostro in ægro die fexto manifestam in humoribus, functionibusque plerisque; pulsus enim debilis & inæqualis, eodem die magis procedente, emendabatur; nullam vero sputorum coctionem vidimus.

Advertimus quarto sudoribus universi corporis in die septimo, vere critico, morbum judicatum videri potuisse; maxime cum codem die, binisque sequentibus, urinæ sere omnes hypostaticæ essent.

At vero fudor idem die feptimo animadverfus, fuerat jam notabili diei fexti parte obfervatus; unde fufpectus ille, infidusque. Quin & aliud quid fudorem hunc reddebat fufpectum; Cuftodes ægrorum hyemalia lectorum tegumenta necdum mutaverant; nec attenderam ego. Cum porro caloris; ineunte Aprili, 63. gradum jam notaret Thermometron, egoque cafu tegumenta ægri debito graviora deprehenderem, fubdubitare cepi num hifce potius, quam Naturæ, adferibendus fudor non effet? Præcipue cum jam hinc inde quædam Sudamina comparere viderentur.

Hinc ftragulorum crassorum alterum auferens, tenuius substitui; sudore autem æque profuso, abstuli & hoc tenuius. Continuabatur sudor in initium usque diei septimi: 'deinde subsequebatur mollis aliquot horarum transpiratio; tandem in medio septimo die sudor multus spatio quinque horarum : sub quo sudore, & altero, tertioque die postea, quæ sexto die comparere sudamina ceperant, evanuerunt.

Hinc ad leges Hippocraticas omnia examinantes, hærebamus principio ambigui, utrum sudor diei sexti, ut infido die prodeuns, condemnandus esset; an vero minus pravus, utpote eo, quo dixi, modo, genitus, foret habendus? Attamen modicis sub stragulis animadversus die septimo sudor quinque horarum, una cum hypostatica urina, cum absentia sebris, cum notabili functionum emendatione, judicatorius haberi posse videbatur. Equidem rigor sudori non præcesserat; sed alvus solutior, legibus Hippocratis, rigoris excluserat necessaries.

Verum sputorum perseverabat, alvique cruditas. Z 2 Ama-

Amamus profecto coctionem, coctique evacuationem, per omnia corporis excretoria loca cernere; aut faltem fi per unam, pluresque vias, excretio cocti prodeat, per alias minime, ut per has faltem non prodeant cruda, optamus. Sed in comperto hoc practicis eft, & fæpius in Nofocomio demonftratum, quod prægreffis fignis Coctionis, ac crifeos, evacuationes criticæ notabiles fic emendarent vires, ut & hæ fierent aptæ, quæ paulatim reliquas coquerent, & eliminarent, cruditates.

Ambiguum igitur judicium fuit. Attamen pulcra fere omnium, ac maxime pectoris, functionum reflitutio, continuatio urinarum hypoftaticarum die 8. & 9. plus dabat spei, quam metus.

Spem autem dies 14. illusit; in quo febris rediit, mutata quidem a priore, sed & ideo perniciosior. Incepit pulsu celeri ac duro, cephalalgia valida, siti intensa, lingua arida ac rigida, comate. Tussis increvit, excernens nihil præter quædam tenuia ac spumosa; semel autem quid mucoss, cum lineis sanguinis. Alvus interim cocta prodibat; urinæ etiam copia, odore, colore, bonæ, sed cum pertinaciter susses fusses for a fecta est ad unc. ix. quantitatem.

Die altero recidivæ, totius morbi 15., aderant vomendi conatus, inquietudo vehemens, febris fingulo bihorio fævitie auctior, moderatior : cocta interim alvus.

Die 3. Recidivæ, die 16. Morbi, fcbris enormis, intensus calor, lingua aridissima, ac rigida. Secta denuo vena effluxere sanguinis unciæ xviij. posteaque vesicantia admota sunt. Expectorantia data, & simul ad æstum vehementem contemperandum copiosum rob sambuci, ac nitrum. Tuss, vomituritio, Febris, ad hæc mitescebant; Alvus vero, quæ ab aliquot diebus cocta suerat, jam cruda iterum & tenuis.

muis. Vespere symptomata omnia graviora, insuper fingultus, æstus intolerabilis, pulsus celer, plenus, ac valde durus, calor universus, vires bonæ, tertiam in hac recidiva sanguinis missionem suaserunt.

Die 4. recidivæ, morbi 17. inchoante, calor 108. graduum in thermom. Fabrenheitiano, qui cum 34. in Reaumuriano correspondet. Symptomatibus iterum vehementiss, cum forti duroque pulsu, quarto misimus in hac recidiva sanguinem, copia xv. unciarum. Calor quidem inde sex gradibus minor, sed præcordia, quæ eo usque anxietas tenebat duntaxat, jam dolor vexat, vomitusque. Sic quidem, ut topicam hic suspicaremur phlogosin. Alvus nocte ac mane reddita quinquies est, flava quidem, sed tenuis, nihil mista; cum pluribus massius viridibus, compactis, quales in cadorum olei fundo reperire est: oleum porro ore anoque susserat multum.

Ad finem hujus diei 4. recidivæ, ad diem 17<sup>4</sup>/<sub>2</sub> totius morbi, unico quadrante horæ ante mortem, calor 100. graduum erat. Luĉta mortis horæ duravit quadrantem. In hac luĉta pulfus, non qualis effe folet celerrimus ac debiliflimus, verum lentus admodum, nec parvus, & vix inæqualis. Plus quippe decies ego, aliique, illum exploravimus. Refpiratio autem tam lenta, ut femel alta voce trigefies & ter numeraverim inter duas refpirationes. Moriens non convellebatur; brachia tantum in rectitudinem exporrigebat. Oculi bihorio a morte veluti hominis viventis; nihil enim opacati aut corrugati erant. Hoc phænomenon etiam altero die a morte obfervavimus in aliis.

Iteravimus denuo experimentum menfurandi mox a morte caloris, fpatio  $2\frac{1}{8}$  horarum, fingulis  $4\frac{1}{2}$  minutis gradum examinantes, & in charta notantes. Thermometrum noftrum indiget  $7\frac{1}{2}$  minutis ut calo-Z 3 rem

rem hominis indicet, addendo gradus duos ad notatum in eo gradum. Si 15. minutis applicatum, beneque tectum manet, haud afcendit ultra numerum. priorem, cui duo gradus additi fuerant. Notabat autem gradus hos: 88.95.96.98.97.98.97.98. $98.97.99.98\frac{1}{2}.9898.98.98.98.97.95.95.$ 

Superest examen fanguinis in recidiva missi. Sanguis primæ missionis, mox ubi in vasa exceptus erat, contractam habuit ac densam crustam, camque toto in ambitu fimbriatam.

In fanguine fecundæ miffionis crufta non contracta, non fimbriata, fed ut in morbi principio, crufta, & craffamentum, cum omni vitreæ fcutellæ ambitu cohærebant. Elapfis horis quinque, cepit in vafe fecundo cum Crufta, tum Craffamentum, fe ab uno vaforum latere feparare, feque contrahendo exprimere ferum. Elapfis horis 14. idem obfervari ceptum in vafculo primo; nondum vero in vafe tertio & quarto. Crufta quarti vafis viridefcit, fere transparet, craffitudinemque mediæ totius infulæ habet.

In fanguine tertiæ miffionis, post quietem  $10\frac{1}{2}$  horarum, nec contractæ crustæ, duræve; nec tamen glutinosæ. Crassamentum 1. 3. & 4. vasculi dissolutum; vasculi secundi valde tenax. Passim, quo crusta minus in lardum contracta est, eo minus solet & contractum, & durum esse ejusdem crassamentum.

Tandem ultimæ venæ sectionis sanguis, post horæ  $1\frac{1}{2}$ . quietem, tribus in vasis collectus, habuit crustam densitate crassiorem quam effet altitudo crasfamenti, tremulam vero, nondum consistentem; quomodo posteriore examine habuerit ses, doleo referre non posse, eo quod id chartis mandare neglexerim, nec sa accurate suggerat memoria.

Notavimus itaque primum recidivæ sanguinem eo prioris morbi magis fuisse phlogisticum : deinde &

fo-

folutum fanguinem, & compactum in eadem venæ tufione prodire: præterea fanguinem unius fcutellæ longe plus indiguisse temporis, quam aliûs, ut se contraheret: denique ab omnibus his V. S. pulsum plenum fortemque permansisse, ad usque breve mortis luctamen.

Calorem soli attritui non deberi, quod toties ursi, repetita exploratio cadaveris ultra bihorium producta, confirmavit denuo.

Sed quanta vis in febre caloris! In hac recidiva plus quatuor libris fanguinis detractum eft, dum interea calor, naturali calore humano femper fuperior, deprehendebatur. Quanta humorum aut copia, aut rarefactio! Post demtas 50. fanguinis uncias, pulsus ad mortem usque plenus ac fortis fuit.

Anatomen elapfis 23. a morte horis inftituimus. Oculi jam opaci & corrugati. Venter nihil inflatus. Caro musculosa multa, firma, exiguus adeps.

Aperto Ventre Viscera sic sita, ut Hepar ingens, amplusque Ventriculus, totam anteriorem universi epigastrii capacitatem explerent; & ut intestinum Colon, sub his depressum, umbilico fere accumberet. Dolor igitur Colicus sallere nos potest, coli ad umbilicum situm vix suspicatos.

Colum hoc arctum valde, & sub Hepate, & sub Liene, se longa sui parte supra ses reduplicabat : ut causa magnorum morborum existere potuerit, haud extiterit tamen. Vide Tab. 1. Fig. F.

Ileum intestinum semipedis longitudine ex Inflammatione jam purpurascebat, variis præterea in plagis levius inflammatum.

Hepar ingens lobo minore explebat mediam Hypochondrii *finifiri* latitudinem: alteram mediam hujus Hypochondrii latitudinem Splen, triplo major folito, occupabat.

Ventriculus duas liquidi mensuras, scil. octo li-Z 4 bras

bras medicas, menfura capta, continere valens, fuo minore, eaque finifiriore parte fupra, feu potius ante, lobum minorem Hepatis, & ante Lienem collocatus, reliqua fui parte eminebat juxta jecinoris crepidinem, fuoque Pyloro infra Jecur decurrens, abibat in Duodenum: quod quoque digiti dimidii longitudine horizontaliter verfus Spinam decurrens, defeendere demum incepit. Inflammatio aderat in ca Omenti portione, quæ Duodeno pro Mefenterio eft, uti & in ipfo Duodeno.

Idemque Ventriculus a fundi fui parte illa, quæ coffis finistris accumbit, per totam fere superficiem externam posteriorem, admodum inflammatus fuit, & magis adhuc in eadem superficiei internæ plaga.

Renes boni, magni. Vesica urinaria lotio turgida.

Pulmones firmissima cellulositate concreta sic cum Pleura, cum Diaphragmate, Mediastino, ac Pericardio; ut multis in locis fine horum, aut Pulmonis laceratione, divelli non possent; hocque æque lævo, quam dextro in latere: in finistro autem latere tantum modo versus costarum arcum, spatium duos fere pollices longum, latumque, erat ab accretione liberum.

Cor finistrum vacuum; dextrum fanguinem, non coagulatum, habuit; finus dexter polypum album, qui lente extractus, maslam polyposam pedis longitudine ex ambabus jugularibus ducebat, cum rami, quo jugulares inter se communicant, abrupta portione.

Bona dura mater : Pia autem fanguine valde infarcta tota; maxime autem ad lobos cerebri posteriores. Polyposus quasi vermis in finu longitudinali. Ventriculi cerebri superiores ne guttulam aquæ continuerunt; nihil aquæ tertius ventriculus, nihil quartus. Totum Cerebrum siccissimum. In capitis de-

detruncatione, nihil ex illo; nihil ex theca vertebrarum; nihil ex cranio, dum ferra dividebatur, extillavit.

Ex quibus omnibus patet infidam, infido in die, crifim fuiffe, quæ fudoribus, die fexto inchoantibus, apparuit: partem materiæ morbofæ coctam folummodo fuiffe, & crifi evacuatam; at vero magnam crudi copiam alte infixam manfiffe, quæ primo alternoque quaternario quieta, fymptomata nulla excitavit; inchoante vero tertio quaternario moveri cepta, corpus vehementer turbavit, fanguinem inflammatorie corrupit, inflammatione dira affecit piam Matrem, Ventriculum, Inteftinorum varias plagas, quarum una in latam gangrænam verfa, inter caufas mortis recenferi potuit. Sanguis idem ad mortem ufque inflammatorie fpiffus, per minima vafa impenetrabilis, inter mortis caufas certe erit annumerandus.

Hæc demum vere maligna febris fuit, vero sensu co, quo to nanontes intellexerit Hippocrates, postque eum Galenus, omnes Hippocratis sectatores, & ex cunctis his compendiolé Boerbaavius Inft. S. 919. Moneo hoc ideo, quod videam a nonnullis cum morbum proprie, uniceque, haberi malignum, qui humores diffolutos habeat, qui varias maculas, papulasque, expellat, qui ab ipfo morbi initio notabilem virium projectionem comitem habeat : dum interea vera malignitatis in acutis fignificatio denotet caufæ morbi vehementiam; graviorem functionis cujusque, maxime autem vitalis, læsionem; pertinacem adversus selectissima, optimeque indicata artis præsidia, resistentiam; ac symptomata non tantum ejus morbi confueta, sed variata, aut omnino alia, aut plane anomala.

Situs magnitudoque Jecoris, moles ingens Lienis, Coli inteftini transversus decursus adeo profundus, Z5 mos

monitum confirmant, quod toties repetivi de morborum in visceribus sede circumspecte, ac sæpe dubitanter tantummødo, determinanda.

Pulmonis arcta, ac indiffolubilis cum omnibus vicinis partibus concretio, malum videtur a longa die natum. Quare & 20. annorum spatio, præ pectoris affectione; laboriosas hyemes transegisse videtur. Et in ultimo morbo nimis adhærentes pulmones cruori phlogistico susceptiones, trajiciendoque ineptiores, letaliter demum infarcti fuerunt. Centena sane exempla sunt, quæ me impediunt assentiri illis, qui latas hasse pulmonum adhæssiones inculpate a mortalibus ferri assentir.

Siccitas infolita Encephali, an non a defectu fecretionis, ad quam phlogisticus fanguis arteriosus plane ineptus fuit?

### CAPUT XV.

### De Ileo Morbo.

S. I. Ileus morbus Gto. die letalis, cum auxiliorum adhibitorum recenfione. Epicrifis morbi. Anatome cujus notabilis pars exhibetur Tab. I. Fig. E. De aqua frigida in Ileo. In Ileo letali etiam alvus reddi poteft. Varius in boc morbo Gangranæ gradus. Omenti abfentia Colicæ caufa. Confpectus a morte baud infrequens thalami cordis utriusque perfecte vacui. §. II. Ileus letalis alius, natus post triennem, & quidem primo periodicam, fub finem autem continuam, Ventriculi Tympaniam. Cum hoc Ileo etiam tenuium Inteftinorum & Tympanitis, & Inflammatio. Memorabilis in hoc Ileo Hernia Entero-mefocolica, una cum monstrofo Ventriculo, Tab. II. Fig. I. II. III. exhibita. Epi-

Epicrifis totius bujus historiæ. Viscera a morbis sua sede exturbantur. Gangræna sine signis suis letalis. §. 111. Ileus morbus octavo die letalis, assumto etiam Mercurio. Anatome. Figura exhibens duodecim miros Coli intestini flexus. Vid. Tab. III. Fig. Epicrifis. Variæ confiderationes super causa proxima mortis in boc bomine, & in aliis boc morbo detentis. §. IV. Ilcus morbus curatus, alfumto Mercurio. Quædam de Fumo Tabaci immisso. Mercurii per 14. dies in corpore mora. §. V. Ileus morbus assumtis vij. unciis Mercurii curatus. Inquisitio variæ doseos Mercurii in boc morbi a variis exhibitæ. Questio agitatur num a Mercurio bic morbi nervorum timendi; eaque occasione de Auro deglutito loco Mercurii. An Mercurius frigore noceat ? demonstratur frigore potius prodesse : & sic convenire cum Methodo altera Hippocratis curandi Tetanum. De acribus umbilico applicandis. De Machina Italica.

§. I. Ileus frequens morbus, femper terribilis, creberrime letalis, quamvis a me in Tomis prioribus periodici hujus operis fæpius recenfitus fit, tamen ob recentiores, eosdemque notabiles admodum cafus, de integro me cogit de fua ipfius Tyrannide, deque Homicidiis fuis, nonnulla propalare.

Juvenis 19. annorum, ileo morbo elapía æstate periit. Vivo non adfui: quantum autem expiscari ex illis potui, qui eum & noverant, & amicitiæ causa in morbo inviserant, hecticus ante quadriennium a Medico habitus suerat, idque dimidii spatio anni: exinde paulo rectius se habere visus, tussi non frequenti quædam tenuia reddere consuevit, linguam sissam fissam perpetuo conquestus est, ac frequentioribus Colicis doloribus obnoxius vixit.

Anno 1766. Augusti Mensis die 5. consueta sua Co-

Colica, & modica febre, nocte corripiebatur. Clyfmate mane die 6. Aug. immissio, mitior dolor, vespere denuo sævior fuit. Dato tune emolliente decocto, cui Chamomillæ flores infusi, principio levari visus eft, deinde autem minime.

Die 7. Aug. Medicus ordinarius arceffitus, præfcripfit Mifturam ex Aq. Flor. Chamomillæ unc. vj. Magnefiæ nitri dr. iij. Salis polychr. dr. j. Syr. Althææ unc. B. cujus sumsit cochlearia tria fingulo bihorio. Juffitque Abdomen inungi unguento composito ex Ung. Dialth. & Flor. Calend. a unc. ij. Camph. fcrup. ij. Præterea immitti clyfma emolliens præcepit. His non levantibus, decoctum emolliens cum Tamarindis bibit ad noctem ; postquam alvus, quæ nulla co ufque fuerat, liquida copiolaque prodiit.

Die 8. Aug. Febris magna, duro cum pulfu, fixoque ad latus Ventris dextrum dolore. Mistura dicta Hoffmanniana data cft ; Decoctum hordei quoque, cui admistum Oxymel; nec non pulvis, quem componebant scrup. duo Magn. Nitri, gr. v. Nitri puri, & gr. x. pulv. Haly: erat mane hic pulvis, & vespere sumendus. Varia insuper & Cataplasmata, & Enemata præscripsit.

Die 9. Aug. æger fummo mane frigidam aquam clam bibit, brevi autem post ventre immaniter doluit, vomuit, contremuit, friguit. Interea dum Medicus expectabatur, sumebat confilio amici dragmam Rhei, & Milturam compositam ex Mentha cum opia granis duobus; repetivitque clyfma. Tenfus jam venter erat ubique; minusque latere dextro, magis in medio, dolebat. Tandem Medicus accedens, primam demum Venæsectionem instituit, Hoffmannianam Misturam continuaret, suasit, Hordeique Decoctum. Emulsum præterea dedit, cujus Libræ dr. vj. Syr. Diacodii additæ. Repetivit denique Enemata & -a- ano 1766. Augulti Mentis die 7. confucti

354

-00

355

Cataplasmata. Nox pessima. Pulsus celerrimus, par-

Die 10. Aug. Exp. Medicus Misturam dedit compositam ex Aq. Scorzoneræ unc. vj. Magnes. nitri dr. iij. Salis. polychr. scrup. ij. Nitri puri scrup. j. Camphor. gr. ij. Syr. Altheæ unc.  $\beta$ . cujus duo cochlearia quovis trihorio sumenda essent.

Deinde R. Auri fulminantis gr. vj. Arcani duplic. Jerup. B. Nitri puri gr. v. Eo die ter hic pulvis sumtus est.

Die 11. Aug. pulveres Auri fulminantis repetiti? Acceflit ad morbum Ventris Peripneumonia. Ad feptimam vespertinam moritur, expletis ferme fex morbi diebus.

Cadavere potiri, nonnisi elapsis 42. a morte horis, potui; hinc calida hac tempestate jam fætuit immaniter.

Et in perfeindendo Abdomine, clauso adhue Peritonæo, multus, isque fætidissimus, aër, ex tunica adiposa exhalabat, bullasque veluti Emphysematosas formabat; quales alibi, sed longe copiosiores, observasse me retuli Tom. 2. cap. de Ileo.

Aperto abdomine omenti longitudo, ut ut explicata, apparuit vix pollicis lati; ita ut nuda hic hæferint inteftina.

Colum intestinum defiguratum sic, ut verbis defcribi nequeat : unde Tabula I. Fig. E. idem depinxi.

Ad omnes hasce miras Coli reduplicationes inflammatio levior detegebatur: materies autem inflammatoria fanguinis transfudando genuerat crustam, qua illæ Coli Reduplicationes secum mutuo agglutinabantur.

Obex autem durus in hisce Reduplicationibus nullus est repertus.

Ileum intestinum duobus potisimum in locis dire

inflammatum reperiebatur, ac colore hic purpureo, illic livido, gangrænofum. Scilicet in latere dextro infimo, longitudine duorum pedum; & in codem latere, sed altius, ac secus umbilicum, longitudine pedis. Fuerantque ambo hæc loca doloris in ileo morbo sedes. Crusta flava, que in Colo, etiam hic, multas tegebat inteftinorum plagas, inflammatas potiffimum illas, gangrænofasque: aderatque & ad Melenterium.

In plagas ilei inteftini inflammatis nulla inventa coarctatio eft, nulla Introlusceptio, nec, quæ tranfitum denegare potuisset, dura materies: æqualem hic cum cæteris inteftini partibus inteftinum habebat diametron.

Ventriculus, valde expansus, habebat a facie sua anteriore, pauxillum finistrorsum, in suz altitudinis medio, transversam plagam, longitudinis latitudinisque digiti integri, Zonæ inftar, inflammatam, ut in pulcerrima injectione : in qua & hoc notabile, quod multis valde in locis exiles extravalationes exhiberentur, quæ, inter hæc pulcre veluti injecta vafa, plurimas quafi peticulas, seu petechias, referebant.

Hepar ingens lobo fuo majore in medio epigaftrio terminatum; minore autem lobo diaphragmatis inferiori laterali regioni, ope ligamenti fortis membranei, versus arcum infimarum costarum, connexum.

Pulmones, utroque pectoris in cavo, ab omni cohæfione cum vicinis liberrimi, cinerco colore in paucis, livido multis in locis, anterius ac lateraliter, conspiciebantur: postica vero facie universa ex rubicundo fere nigrescentes, ac facile ad levem contrectationem diffluentes. Quin & pulmones undique press, veluti per poros liquidum transfudabant : hoc

6-535

357

hoc præcipue in lobo dextro superiore ac medio : duri autem ab infarctu non erant.

In pericardio liquor non aquosus, sed obscure ruber, paulo forte solito copiosior.

Cor utrumque perfecte vacuum, ut vix reliquiæ tantilli fanguinis versus ejusdem orificia superessent.

Diagnofis morbi Ileus inflammatorius eft, ex Colica periodica natus; feu Colica periodica in letalem Ileum verfa. Qualisnam autem Colicæ species fuerit, hominem, dum viveret, contuitus nunquam, non ausim determinare.

Qua caufa proxima ilei letalis? Incertum est utrum hæc in inflammatis, gangrænofisque Ilei plagis, an vero in complicati Coli hæserit locis. Equidem elapfis 42 a morte horis nihil quo inteftinum five coarctaretur, five obturaretur, inventum eft: verum, quamvis non semper, sæpe tamen, relaxantur ejusmodi constrictiones, seu spasmodicæ, seu inflammatoriæ; aut suapte sponte, aut gangræna in morte, imo ante mortem : ut pluries in incarceratis herniis vidi. Sed complicatæ Coli superioris ac inferioris partes, dum hoc intestinum in principio morbi tensum repletumque esset, potuere citra spasmos, inflammationesque, viam aëri, fæcibusque, præcludere omnem: si jam, ut multis in Colicis, Pictonum maxime, fit, musculi abdominales convulsiva contractione arctaverint abdomen, in complicatis hisce Coli partibus causa morbi proxima co facilius locata fuisse intelligitur.

Ex iis, quos a diro hoc morbo DEO dante, vel curavi, vel hominum illo affectorum interitum procrastinavi, didici tutiorem certioremque eam methodum esse, quæ tempestivis V. S. quæ multo oleo, quæ purgantibus opio interpolatis, quæ clysmatibus fumi Tabaci mature valde adhibitis, & si opus est, epoto mercurio, instituatur; quam quæ misturis

ris dictis Hoffmannianis; quam quæ sera, imo serissima sanguinis missione, auroque sulminante, tentetur. Aurum sulminans si bene paratum est, nihil agit; non bene paratum, morbum auget. Nec laudavit id, quamvis ab aliis datum, Cl. Hoffmann. Cap. de iliaco dolore. Clysmata sumi Tabaci, licet pluries fallant, maxime quando aut causa plane invincibilis obtinet, aut nimis sero ad hoc auxilium confugitur, continuata tamen observatione restituunt multos. Exempla manifesta attuli olim, & in mea vicinia nuperrimum habetur.

An frigida, quam æger clam hausit, nocuit? Præftantiam gelidæ aquæ in hoc morbo experimentis evici Tomo 2. Cap. de Ileo. Sed sero nimis æger nofter eam bibit. Gangræna videtur quarto morbi die in priore loco doloris jam nata fuisse, eo quod, evanescente ibidem dolore, frigus, tremor, pulsusque cum debilitate frequens, observarentur.

An fæces liquidæ ac copiofæ, finiente altero morbi die miffæ, boni augurii non erant ? Et Iliacos, & Herniofos, cum ejusmodi dejectionibus tam fervari, quam mori, pluries vidimus. Vel enim obex folutus totus eft, redditusque talis periftalticus motus Inteftinis, ut antiperiftalticum viribus fuperet; vel prodit tantum vi enematum aut pars, aut totum flercoreum, quod infra locum ubi caufa proxima refidet, hærebat; morbo nihil inde levato: vel tandem gangræna, partes relaxans, nata eft; quæ fi parva, inchoataque tantum, aliquando adhuc curabilis eft; fi magna, atque completa jam eft, mortem infert. Vide quæ Tom. 1 & 2. & Parte 9. de Ileo & Hernia notata funt: maxime vero Tomo 2. Gapite 17. toto.

Omenti defectum inter Colicæ causas haud absurde quis memoret. Omenti enim est, intestinorum respectu, tegere illa; fovere, ac lubrica servare.

23

He

Hepar etiam hic totum fere Epigastrium explens, imo finistro in latere forti ligamento accretum cum Diaphragmate, confirmat toties datum monitum de necessaria prudentia in sede morborum ex solo partium situ determinanda.

Rarior observatio est hominis, pectore olim fic laborantis, ut multo tempore Phthisicus crederetur, posteaque semper tussi aliqua laboraret; cui tamen pulmones ab omni cohæsione perfectissime liberi invenirentur. Cæterum Peripneumonicorum referebant pulmones: Peripneumonia enim periit, jam in Gangrænam tendente, ut in Acutis toties. Vi inflammationis fanguis omnis inflammatorie corruptus, ineptus demum fit, qui pulmones permeet; vel & organum respirationis, debilitate a morbo genita, ineptum fit, quod humores, quamvis per se adhuc permeabiles, sat efficaciter transmittat.

Cordis vacui thalami utriusque sat frequens est obfervatio, ut in prioribus patuit, ut in hoc casu patet, & in §. seq. patebit; inane ostendens conamen omne vitales actiones, eas Cordis præcipue, systemate irritabilitatis explicandi.

§. II. Delata in Nosocomium fuit 16. Dec. 1766. vidua 57. annorum, cujus hæc Anamness. Ante elapsos ab hinc 30. annos viro profectæ ætatis nupfit, ac primo quidem anno peperit, deinceps vero nunquam. Gravida vehementer vexata hæmorrhoïdibus fuit; easdemque, post puerperium adhuc valde molestas, cum Medici consilium de aperiundis illis sprevisset, fistulam ani contraxit : a quo tamen malo operatione fortunata liberabatur.

Sexennium est, quod febre acuta laboraret, in qua integris sex diebus deliravit, & a qua non nisi post quatuor ærumnarum exactas septimanas emerfit. Meminit sitis, eodem in morbo inexplebilis, ut a continuo potu temperare sibi non posset, quan-

Aa

tums

tumcunque ne fibi irreparabile forte damnum inferret, affiduo moneretur. Quare etiam ex acuto hoc morbo in Hydropem intercutem brachiorum, crurum, ventris, lumbique, incidit. Ab illo tamen quopiam, quod ignorat, infuso, brevi curata fuit; ac fana integro postmodum triennio, flatu incommodo excepto, vixit.

Vitam sedentariam perpetuo, & hucusque, egit. Menses semper regulares in 45. ætatis annum habuit.

Triennium est, ex quo singulo fere sesquialtero mense latus abdominis lævum, mox sub costis, intumesceret sibi, tumore paulatim ultra medium ventrem porrecto, ibidemque veluti in acumen affurgente. Non doluit tumor, fed dum femina jocando ventrem tumentem sæpe percuteret, resonuit. Perstabat tumor tres quatuorve septimanas, perque alias duas tresve subsidebat. Disparente tumore copiosos commodosque emittere flatus potuit; codem vero redeunte, nullos.

A medio pene elapío abhine anno, urinam reddere cepit adeo acrem, ut fibi inde pudenda roderentur; copiosam quidem, sed frequenter urgentem, cum fedimento copiofo, alboque; in medio limpidam, & quid crassi in superficie gerentem.

Medius quoque annus erat, ex quo in deglutiendo id incommodi pati cepit, ut deglutita ad certum quendam locum hærerent, quem nos conjectabamur eum esse, in quo OEsophagus Diaphragmatis fisfuram transiturus est: sic ut nonnunquam ipsi per aliquot minutorum spatium interquiescendum effet, antequam ingerere quidquam de integro auderet.

Octiduo ante morbum, de quo mox, triffis, præterque morem morosa, levi quoque ac continua tusfi, vexata fuerat.

Tandem 12. Dec. tota die inhorruit, citra vel inter-

termistum, vel subsecutum, æstum. Appetitu caruit. Quo codem modo & die 13. Dec. se habuit.

Die autem 14. Dec. hora noctis prima Ventris ipfi tormina oriebantur, haud eo, quo solebant loco, verum in Ventre medio, ita ut centrum doloris umbilicus effet, una cum ructibus nauseisque. Prælo quasi fibi præcordia premi, ac contorqueri, conquerebatur, & ex ventre quidpiam versus pectus conscendere, a quo Singultus primo, deinde Vomitus. Toto hoc die Vomitus cum reliquis fymptomatibus continuavit, nec minus nocte. Quid vomitu reddidiffet rogata tenuem, regessit, aquosamque materiem.

Die 15. Dec. omnia hæc continuarunt. A biduo alvo carenti immissum Clysma fuerat, quod duram eduxit materiem : repetivissentque, ait, idem, ni a priore Clyfmate male habuiffet.

Die 16. vomens in Nofocomium Hifpanicum invecta carpento est, moxque inde ad nos, gestatorio.

Auditis feminæ querelis, mox Ventrem examinavimus. Dolebat ille & in loco antiquo, a margine finistrarum costarum, jamque adusque Ilei osfis cavum; & in plaga nova, medio nempe ventre: qui dolor ab umbilico, ceu centro, ad semipedis in ambitu latitudinem diffundebatur ; centro veluti acuminato.

Nullam aquæ fluctuationem, tasta deprehendimus; sed potius, non quidem sonitu, sed adspectu tumoris inæqualis, ac divisi, adesse Tympaniam judicavimus. Dolor ab attactu augebatur.

Principio quo apud nos fuit, haud vomuit, sed exprobravit; nec fingultivit vere, sed eructavit. Febricitantem acute a die 12. Dec. conclusimus ex inflammatione ventris. Cumque febris cum pulsu duro, coque pleno incresceret, uncias xiv. sanguinis de

Aaz

de brachio dextro mifimus. In vasculum primum fanguis optime fluxit, levem duntaxat crustam formans: in alterum vas lente fluxit, & crustam modicam, priore tamen densiorem; in vas tertium celerrime fluxit, & densiorem prioribus crustam exhibuit.

Enema ex emolliente Decocto, cum mellis & olei Lini à unc. ii. & Nitri dragma, injiciebatur; unde alvus post horam, cum multis parvis scybalis, & portione una majore. Emulsi Libra cum uncia Syrupi Diacodii dabatur, molliens Cataplasma toti Ventri circumdatum est, & Scutum stomachicum, ex Uncia Empl. de Labdano, granis xij. Campboræ & totidem Opii crudi, & Bals. peruv. q. s. compositum, regioni Ventriculi admotum est.

Posthæc omnia Symptomata, dolore excepto, mitigabantur, appetitus aliquis nascebatur, & absque insequente vomitu comedit, quod petierat, jus carnis cum panis tantillo.

Venter ad noctem tumidior quidem, fed mollior. Cepitque frigus conqueri internum, cum tepore extremorum; quamobrem plura stragula conjecimus in illam. An frigore hoc nascens ab inflammatione Gangræna notabatur? Sed ipsa febris bidui frigore inceperat, & cum præsenti frigore pulsus parum modo celer, plenusque ille, Gangrænam negabat.

Sitis interim magna continuat. Mala nox fuit ob vomitus continuos, ructus, fingultus, anxietates. Urina tamen, quæ prioribus diebus vix prodierat, hac nocte ultra libram prodiit, bene colorata, cum craffiore enæoremate, brevi fubfidente; adeoque nullatenus gangrænofa.

Die 17. Decembris ad 6. matutinam reperi calorem ejus ad Therm. Fahr. 98. gr. pullumque & fortem, & durum, & celerem. Calor ergo naturalem fere superans, pulsusque talis, metum removebant gan-

363

gangrænæ; licet quid adhuc superesset hesterni frigoris internarum partium.

Cum ergo ex enarratis febris aucta videretur, & dolor perfeveraret, aliam Venæ fectionem tentavi, quam jacens probe suftinuisset; fed dolorum immanitate, & anxietate victa, subito erexit sefe, erecta animo linqui cepit : hinc mox destiti captis sanguinis unciis quinque. Sanguis hic, qui bene fluxerat, non crustam, sed optimæ confistentiæ crassamentum exhibuit.

Sitis multa perfeverat. Enema, heri fecundo immislum, hodie ad r. matutinam cum paucis scybalis; & ad 6. cum materia flava, pultem referente, exivit.

Calor postmodum hominis sani, graduum 96. scilicet; pulsus fortior, durior, frequentior; Respiratio difficilior. Venter tamen mollior, in medio minus, sed per totum æquabilius expansus; in Epigastrio autem plus, quam heri, tumefactus.

Ambiguum profecto morbi itatum effe nemo non videbat. Etenim ab una parte inflammationis augmentum in fextum diem jam continuabat, internumque jam ultra 20. horarum frigus, quod necdum omnino dilparuerat, metum faciebant gangranæ ingentem: ab altera tamen parte calor, color, pulius, iuspicionem hanc penitus fugare videbantur.

Ad lleum igitur folvendum, allaborandum fuit : quæ enim ab enemate materies iterato prodierat, ex solo intestino Colo, haudquaquam a loco inflammato, videbatur prodire; fiquidem nec pulsus, nec dolor, mitigarentur; quæque pridie filuerant fymptomata, Vomitus, Singultus, Ructus, de nocle repetivissent.

Purgante itaque Chyli, Fæcumque, tentandum transitum ratus, primo Vomitum opiato sopire de-Aa 3 bul,

bui, Sydenhami, & Hoffmanni experientiam, mea pluries confirmatam, religiole fequutus.

Cepit itaque quovis horæ quadrante Cochleare hujus Misturæ uti. R. Laud. Liq. Syd. gtt. xxx. Syrupi Menthæ unc. jB. Aq. Melissæ simpl. unc. iij. & propter casus ambiguitatem, Extracti Cort. peruv. dr. ij.

Mistura hæc, mirum dictu, quam mox ab initio, perque diem totam, cuncta pacaret; Vomitum, Singultum, Anxietatem, Dolorem! Sic ut ægra exclamaret præstantiorem nunquam in vita sua sibi datam Medicinam fuisse, deque universo morbo unicam superesse lassitudinem.

Minus igitur de Gangræna cogitatum eft: quippe in qua pacantur quidem fymptomata, fed dum pacantur, fimul virium imminutio atque projectio advertitur, celerrimusque cum parvitate & inæqualitate pulfus, vultus præterea oculorumque collapfus, ac frigus: hic vero tota die pulfus decies, pluriesque, & a me, & ab aliis, exploratus, fubdurus deprehenfus eft, & plenus, æqualis, & modice tantum celer: nec in vultu, oculisque, quid pravi cernebatur; extremaque calebant.

Toto antemeridiano, totoque pomeridiano tempore, læta ægra fuit, quod tam bene fe håberet, quodque eousque, citra periculum fuffocationis, citraque Vomitum & Singultum, dextrum in latus cubare non potis, commode jam cubaret in illud; petivitque iterato fuam ne auferrem, mutaremve medicinam. Mutandi profecto illam non fuit mihi animus; a qua tam bene fe habebat; & quæ fpem dabat fore ut pacatis fymptomatibus, viribusque adco conftantibus, alvus demum refolveretur, præfertim fi molliore frequentique Clyfmate follicitare pergeremus candem. Poteramus cundem felicem, fubitumque ab Opio fperare effectum, quem Riverius

rius lætabatur Cent. 1. No. 12. in suo juvene, cui in ventris acerbissimo dolore, a datis Laudani opiati sex granis, tanta rerum mutatio fuit, ut intra bihorium dolor omnis cum ceffaret, tum non rediret : poteramus sperare, ita fortunatam ægram nostram fore, quemadmodum laudatus mox Autor ibidem No. 86. refert Sexagenariam fuille, quæ in diriffimum hunc morbum tertio relapía, ceterisque haud relevanda artis auxiliis, granis Opii quinque a dolore, & reliquis fymptomatibus convalesceret, nec relaberetur.

Sed ô vanas mortalium spes! ô fallacias! Dum ad vespertinam horam seminonam clyima, cum pauca flava, ac pultem referente materia, ægrota animofe deponeret, anxia reddi cepta eft, lævumque reclinata in latus oculos in altum defigere, petere qui affisteret Sacerdotem, ac voce demum destitui. Pulfus interea bonus effe perseveravit, Respiratio vix læfa, extrema quidem tepida, Vultus autem calidus mansit. Interim nihil eorum, quæ circa se gerebantur, gnara erat, neque ad validiores clamores vel minimum dedit mentis præsentis indicium. Brevi inde algere cepit, anxie refpirare, inæqualem habere, parvumque, & celerrimum pullum, pauloque ante decimam animam efflavit.

Toto hoc tempore me, lecto adstantem, respirationis occupabat modus. Irregularis illa fuit, fed adeo lenta, ut inter fingulas respirationes alta ego voce numerarem unum, duo, tria, & fic porro ad 20. usque, iterum ad 30. ad 34. ad 50. & semel ad 60. quod minuti circiter spatium explet. Inter antepenultimam & penultimam 60. iterum numeravi, inter penultimam & ultimam 30.

Animus fuit thermometro explorare corporis mox a morte calorem; quia vero id ilico ad manum non erat, quinto tantum a morte minuto fere expleto, ad- -

Aa 4

admotum eft: quovis femiquadrante horæ, adeoque per integram horam octies, idem gradus hofce, hoc ordine notavit. 92. 92. 94. 96. 97. 97. 96. 95. Nec fulpicetur quis thermometron continuata applicatione debito plus incaluiffe, altioresque proinde notaviffe gradus; nam nec in homine fano, quotiescunque ultra quadrantem horæ admoveatur, etiam bihorii ac trihorii fpatio; vix altius unquam, quam fpatio quadrantis adfcenderat, adfcendit: deinde, dum fenfim cadaver ad calorem Atmosphæræ reducitur, calentis thermometri gradus fenfim quoque diminuuntur, ad eumque Atmosphæræ reducuntur: ita ut perpetuo verus ejus, quod exploratur, corporis, gradus notetur caloris.

Dives profecto doctrinæ clinicæ hic casus est : quo autem ad illam contemplandam aptiores accedamus, Anatomen præmisisse expediet, quæ horis 35, a morte expletis publice facta est.

Oculi utriusque corrugata cornea, & opaca; dextri autem minus.

Rigiditas infernorum supernorumque artuum ea major multo, quæ Cadaveris esse folet. Forti tamen ac lenta flexione Brachia, quæ angulum rectum cum Humero faciebant, in rectitudinem porrigebantur, rectaque manebant. Hæc in præcedentibus sæpius ideo notata vides, quod clari Viri certas veræ mortis determinandæ regulas exinde cudere tentarint, frequentiore examine haud sufficienter instructi. Cum oculis veluti vivis, cum Artuum vel nulla, vel maxima rigiditate, certam mortem adesse pluribus demonstrationibus evici.

Panniculus adipofus digiti lati craffitiem habuit. Venter minus açuminatus in medio, minusque tumidus; ita ut corrugata jam cutis, fulcataque, confpicererur.

Peritonzo aperto, Tympanites & Ventriculi & In-

Intestinorum omnium, manifesta fuit, excepta duarum Spithamarum portione in fine Ilei. Hoc & cetera omnia, quo clarius capiantur, inspiciatur Tab. II.

### FIG. I. II. III.

- A. Ventriculus tympaniticus.
- B. Ejus os fuperius.
- C. Totum id, quod de Hepate sub costis visibile fuit.
- D. Fundus Veficulæ felleæ.
- E. Os Ventriculi inferius, feu Pylorus. In cadavere Ventriculus totum contexit fub fe Pylorum : unde hic Ventriculum minus, quam par eft, turgidum delineare debui, quo & Pylori fedem, & a Duodeni principio ortam jam Tympaniam, oftenderem. Una patet ad D. plica Ventriculi, ut & alia ejus plica, antequam Pylorum formet: nam ad usque F. Ventriculus eft.
- F. Angustatio corporis Ventriculi ad fundum Vesiculæ fellis, ex vesicula transfudantis, colore longe lateque tincta profundissime.
- G. Locus defignans umbilicum cadaveris, infra quem Colon inteftinum protrusum inveniebatur. NB. Post Pylorum, mox tympaniticum Duodenum apparet; cui Literam, ne figuram obscuraret, non apposui.
- H. Saccus Cæci parvus valde, cum processu fuo vermiculari; qui processus hic neutiquam vermicularis, sed digiti instar in rectitudinem porrigitur.
- I. Ilei inteftini finis, quo in Cæcum se inferit, angustus admodum, complanatus, & in sua com-Aa 5 pla-

307

planatione vix digitum latus. Melius confpicitur in fig. II. & III. ab S. ad X.

K. Flexus Coli Hepaticus, seu dexter.

- L. Humilis Coli fitus in Abdomine, qui ut melius confpiciatur, locus umbilici ad G notatus eft. Coli quoque hic apparet amplitudo.
- M. Colon fubito vehementerque inter duos flexus arctatum.
- N. Flexus Coli Lienaris, qui altior fuit quam in figura exhiberi potuit, fub Ventriculo quippe delitefcens.

00. Colon valde angustum.

P. Iterum triplo amplius.

Q. Coli flexus ultimus, ubi in Rectum abit, cum relicta ea tantummodo fui Mesocoli portione, quæ ad intelligenda sequentia requirebatur.

### FIG. II. & III.

Fig. 11. anteriorem, Fig. III. posteriorem faciem exhibet. Literæ duplices ad utrasque pertinent.

RR. Cæci Saccus.

- SS. Angustum Ileum a sua in Cæcum infertione, ad X. usque, spatio duarum spithamarum.
- TT. Ileum Inteftinum hic Tympaniticum, ut etiam erant Inteftina tenuia omnia, ad Pylorum ulque.
- VV. Extremum Coli, cum relicta Mefocoli portione.
- W. Locus ubi Ileum ex tympanitico arctum fieri incipit.

XX.Plaga in Mesocolo, in fig. II. notata, defignat

nat locum, ubi Inteftinum Ileum suo in Mesocolon ingressi Herniam tacit. In Fig. III. inversa, Litera X. Herniam indigitat: utraque autem figura tenuitatem indicat Intestini Ilei, Herniam inter, Cæcumque: constrictum hic valdopere intestinum suit, sic ut co educto vix minimi digiti apex per sacci herniosi collum potuerit transire.

In Pericardio vix aqua inerat. Magnum Cor. Sanguis multus grumofus in thalamo cjus finistro; in dextro autem & copiofior, & polypofior. Pulmo dexter nullibi, finister inferius superiusque, levi adhæssione cum Pleura nexus: uterque ab anteriore parte colore obscurior, a posteriore solito rubicundior.

Renes parvi, boni: bona Pelvis, Ureteres, Vefica.

Hepar universum sub Costis reconditum, cam lobi majoris si exceperis portiunculam, quæ ad Lit. C. sistiur.

Vesicula fellea ingens, cum Hepate sub costis recondita, fundo suo prominebat infra costas, supra monstrosi Ventriculi plicam, ut ad Lit. D. pingitur. In mundando, dum collum ejus fauciaretur, bilis bene multa estluxit in ventrem; nihilominus adhuc ultra uncias duas ex vesicula eduximus bilis fere nigræ, solitæ spissitudinis.

Plica quam Ventriculus in F formabat, transfudante bile profundifime tincta crat, ad duos in latitudine, ad tres in longitudine, pollices. An fic bilis intra fanguinem reforberi, hocque pacto Icterum creare possit?

Intestinum Ileum pluribus in locis leviter, propius ad Herniam multum, inflammatum fuit.

Atque hæc de visis & repertis in Cadavere sufficiant;

ciant; ut ad morbi pathologicam discuffionem, Anamnesi in memoriam revocata, accingamur.

In Anamneti ea coram flitimus, quæ ab annis retro 30. contigerint. Nemo anamnefticam noftram prolixitatem queratur. Solemus enim ægrorum anteactam vitam forupulofe femper inquirere, ne quid nos fugiat, quod ad determinandas mali caufas, naturamque, facere utcunque poffit. Ea intentione responsa illorum Literis mandamus, atque bis, ter, pluriesque, examen repetentes, non pauca sæpe corrigimus, desiderata complemus, ac sic perficimus totum.

Quæ ab annis 30. contigiffe femina narravit, ad rem præfentem facere non arbitror; fed quidem illa, quæ a Sexennio. Etenim valida febris acuta, in qua, ad fitim inextinguibilem enormem aquæ copiam fatetur abliguriiffe fefe, monitisque, ne ita ageret, iteratis, ob fitis intolerabilitatem non obtemperaffe; videtur corpus vehementer debilitaffe, intercutem creaffe Hydropem, tardam reduxiffe falutem, nec vires ad illibatam fanitatem requifitas poft fe reliquiffe; præfertim cum fedentaria vita, quam coluit femina perpetuo, corpus ab ægritudine infirmatum non roboret, fed debile, & iners, & flaccidum, relinquat.

Fundamentum itaque morbi, feu caufam prædisponentem, vita fedentaria una cum fuperflite hac debilitate pofuit: Flatus ac Borborygmi, quibus femina post acutum illum morbum obnoxiam se fuisse narrabat, hanc Ventriculi Intestinorumque, inertiam probant; huic deinde dispositio tympanitica in finistra, eaque superiore abdominis parte, se adjunxit: causa sufa sufcitans prædisponentem, ut cum eadem morbum, seu causam proximam, constituat, sorte haud e longinquo quærenda illi erit, qui perpendit

fecum viscera cava illuvie nimia sic extendi, ut multam faciant sue contractilitatis jacturam: qua ex re consequitur id, ut iterata sepius distendente causa, interea dum ipse vitæ modus corpus debilitat, hæc ipsa viscera vix ultra propellant contenta, hinc distendantur immaniter; &, cum propulsis contentis aër semper præsto est, qui in loco calido occlus vehementer rarescit, hinc in Tympaniam incidant.

Hæc porro Tympania Ventriculum præcipue occupafie videtur, fiquidem tumor finistro in latere mox sub costis, ad usque medium Epigastrium, refedisse fertur.

Itaque Ventriculus flatu turgens, videtur primum fuisse ab Hepate, ne dextrorsum extenderetur, præpeditus, unde tanto magis anteriora corporis extendit: & quia observaverat femina a superioribus paulatim ad umbilicum se extendisse tumorem, patet ctiam ventriculum hunc debilitatum magis magisque, tandem ab aëre ita expansum fuisse, ut totam hanc plagam occuparet.

Sed demum mulier ajebat tumorem dextrum quoque implevisse latus. Scilicet Tympanites ita crevit, ut pedetentim pepulerit sua de sede Jecur, inque superiora truserit; unde sic Hepar se sub costis recondere cogebatur.

Porro cum id lente admodum factum fit, Bilis excretio in Intestina inde multum passa non est; eo quod ductus communis, ductus Cysticus, & Hepaticus, sensim elongati, fine notabili turbatione pervii manserint : nisi postremo forte vitæ tempore, dum Vesicula bile tanta turgeret.

Ultimo in morbo haud Epigastrii, sed & Hypogastrii est tumor conspectus; Hypogastrii tamen maxime in finistro latere; quia prope herniam credibile est maximam Ilei expansionem contigisse.

In-

Intestinorum ultimo in morbo nata Tympanites; Herniæ effectusne suerit, an ejusdem causa?

Pro utraque sententia militat ratio. Primo namque Hernia omnem ex lleo Intestino transitum negans, in causa fuit, ut hoc Intestinum ab aëre, & alimentis, medicamentisque, vehementer expanderetur. Et confirmari hæc sententia videtur, co quod inferioris ventris tumor nonnisi cum signis Ilei morbi, sive Herniæ, comparuerit.

Ab altera parte, fi a Tympania Ventriculi fenfim, ut fit, Inteftina Tympaniam quoque fibi contrahant, caufæ Volvulorum, & Herniarum habebuntur in multis locis, iifque potifiimum, ubi Inteftinorum gyri fupra fe fe mutuo reduplicantur. Ponamus Inteftini Ilei ejufmodi plicam in pelvi fuiffe, & vacuatis Inteftinis Colo ac Recto, evacuataque Vefica urinaria, Ileum ante hanc plicam plurimo aëre tumuiffe: fi Coli finis, fi Rectum Inteftinum, fi Vefica urinaria de integro fua quæque materia amplificentur, utique turgens Inteftinum Mefocolon removere, in coque, non fatis retrocedente, Herniam generare potuit.

Notat autem Anamnesis Tympaniam non fuisse perpetuam, sed quovis sesquimense rediisse, sic ut una alterave septimana sileret. Quæ causa hujus? Si Catameniis suis, hisque quolibet sesqui altero mense redeuntibus, co tempore adhucægra gavisa effet, quæpiam ratio phænomeni haberetur: imo si Mensibus cessantibus supervenisset hæc Tympanites periodica, causam hujus nonnullam ex menstruorum continuante nisu explicare forsitan anniteremur: Sed novem anni a mensium defectu ad principium Tympanias decursi, non admittunt ejusmodi explicationem.

Nunquid Sanctorii observatio de menstrua hominum Plethora lucis hic afferat quidquam? Quippe quæ

quæ hujuscemodi irregularitatibus aliquando subjecta sit, quibus ea Feminarum menses qualibet 4ta. 5ta. 6ta. 8va. septimana habentium Plethora, seu universa, seu uteri saltem topica, obnoxia est? Hac ratione causam quandam infultus hujus Periodici caperemus, modo constaret annofiores viros, feminalque, ejulmodi Sanctorianam Plethoram menstruatim pati. Verum quidquid de hac excitante caufa fit, de eademque conjecturemur, veram certamque definire eam cum non valeamus, quæftionem totam in medio relinquemus. Cogimur in fimilibus ignorantiam nostram candidi fateri. Hodie vir sexagenario major, convenit me, qui calculum non mediocrem, eumque asperum valde, in Vesica habet; ut quatuor Medici, unusque Chirurgus, absque ulla difficultate, primo Catheteris tentamine deteximus; interea dum a longo admodum tempore calculi cruciatus triduo tantum patiatur, triduoque denuo, nullo adhibito auxilio, liberrimus fit. Multa fimilia in Rat. Med. exempla protuli.

Duos autem veluti alios, novoíque morbos, mulier nostra interea tolerare, medio ante mortem anno, debuit; quorum alter urinæ rodens acrimonia fuit, alter difficultas deglutiendi. Cum neutrius mechanicam in cadavere causam detexerimus, priorem ab humorum Cacochymia mucosa, acri, ad ouropoieticum systema determinata; alterum a portentosa Ventriculi expansione, in anteriora vehementer assure assure autore proinde finem distrahentis, vel Diaphragma quo loco Oesophagum transmittit comprimentis, fuam duxisse arbitror originem.

Tandem Febris videtur duorum dierum frigore, die 12. Decembris incepisse, tertioque ejus die vel Hernia entero-mesocolica accessifie, quæ Intestini Ilei inflammationem, tympaniam, gangrænamque ge-

genuerit ; vel Hernia talis ex Tympanitide Intestinorum genita accesserit : quæ ipsa Hernia tam sua constrictione, quam nata Intestini Ilei ante Herniam Gangræna, mortem 4<sup>10</sup>. die intulit.

Sed quæftio gravis ex eo nafcitur, quod femina gangræna periisse videatur, interea dum in vita pulsus, pluraque alia phænomena, longe abeffe gangrænam clamitarent. Quippe defuerunt hic, quæ in Gangræna provecta eoulque, ut mortem & minetur, & inferat, figna enarrantur: Virium projectio, Pulsuum cum celeritate parvitas, Frigus extremorum, Oculorum collapsus, Faciei, Labiorumque præcipue, livor &c. Utique fi cum omnibus hisce, aut saltem præcipuis, videatur æger quisquam fibi de futura salute blandiri, non est, quod propterea Medicus fallatur, indolentiæ partium, olim dolentium, causam ex Gangræna, caque letifera, oriundam ratus : at vero nullo pravorum fignorum præsente, cessante etiam, quod affuerat, frigore, ægrotam nostram Gangræna interfectam effe, ut & ultima vitæ horula, & anatomicus docuit conspectus; res profecto est, quæ, ut ut illam hinc flupemus, illinc fubtiliore ratiocinio quadantenus explicare periclitamur, novum faltem hunc medendi Canonem cudere jubet, ut, quantumvis disparentibus Gangrænæ fignis, fallacem, infidamque quamcumque emendationem esse statuamus, quamdiu haud redierit perfecta falus.

Exp. D. De Knobloch, natione Ruffus, qui biennii, ni fallor, spatio, indefessa diligentia collegia mea omnia frequentavit, hujusque seminæ & morbo adstitit, & Anatomæ, Dissertationis suæ inauguralis (quam laudatissimam fuisse, licet necdum acceperim, reor,) materiem, me annuente, inde sumsit, dum æstate elapsa in Alma & Inclyta Universitate Leydensi gradum Doctoratus acciperet.

§. III.

§. III. Sartor 73. annos natus, plurima æftatis & autumni parte anni 1766. Diarrhœa, ac fubinde Dyfenteria laboraverat, incaffum numerofis medicamentis affumtis. Emollientia dein imminuere dejectiones, fed non fliterunt. Agyrta demum arcanis fuis peffumdedit hominem, fic ut 19. Dec. inflammatione Inteftinorum laborare ceperit, quam biduo neglexit; dein antiphlogiftica methodo, purgantibus, oleo multo, opio, mercurio crudo, ter ad libram mediam affumto, vindicari a morte non potuit, quæ contigit initio diei 27. Dec. Cadaver 30. horis a morte, ejus in ædibus, nonnullis Studiofis & Medicis adítantibus, aperui.

In Abdomine aliquot unciæ aquæ rubellæ inerant. Intestina conspiciuntur in Tab. III. Tenuia erant inflata valde; Crassa autem valde tympanitica. Inflammatio multa iis non aderat, præterquam ad finem Coli, in quo obstructio notabilis mox enarranda.

- A. Inteftinum Cæcum in dextra pelvi.
- B. Flexus Coli Imus.
- C. Flexus Coli II<sup>dus</sup>.
- D. Reflexus Coli versus superiora, quam removi parum, quo clarius conspiceretur. In cadavere enim pars D. & E. fere omnino latebat sub B. & C.
- E. Flexus Coli, isque iterum sub Hepate IIItius.
- F. Flexus Coli IV<sup>tus</sup>. ifque Lienaris. Turgens hic Intestinum valde, Diaphragma vehementer trudebat in altum; ut Cordis actio hinc quoque multum perturbaretur, oportuerit.
- G. Descensus Coli ab hoc suo lienari flexu.
- H. Flexus Vtus.
- I. Flexus Coli VItus.
- K. Flexus VIImus.
- L. Flexus VIIIvus.

M,

M. Flexus IXnus.

N. Flexus Xinus.

O. Flexus XImus.

P. Flexus XIImus.

Q. Inteffinum Rectum.

Maxime notabamus flexus M. N. O. quos usque ad P. aperuimus. Inteffinum sub hoc loco toto M. N. O. complanatum fuit, ut in eo cavitas deesset. Pars ejus M. N. L. K. tympanitica compressit hos subjectos flexus.

Expeditum fuit Iter ex Ileo in Cæcum.

Mercurium fplendidifimi falis inftar invenimus flercoribus mollibus, non formatis, iisque copiofis, miftum, 1<sup>mo</sup>. in Ileo prope Cæcum, 2<sup>do</sup>. in Cæco ipfo. Sed homini dragmam Mercurii dulcis, cum aliis purgantibus, datam in hoc morbo fuifle inaudivi: unde forte qui hic ita fplendidus inventus Mercurius fuit, Mercurius ille dulcis fuerit.

Dum circa hæc invicem colloquebamur, & Mercurium hunc eluebamus, chirurgi interea cadaver ob immanem fætorem confuebant ; absque examine facto neceffario Inteftini tumentiffimi ad C. quo conflitiffet an forte ibi maxima Mercurii moles non hæreret.

Ventriculus parvus.

Pulmo fublividus uterque; anterius firmiter, laxius in latere, laxiffime in dorfo, cum pleura connatus.

Cor utrumque ita vacuum fanguine, ut veluti elotum effet. Grumofus fanguis utriusque in finu, in dextro magis.

Quæritur utrum folo in abdomine an vero etiam in Thorace, mortis fit quærenda statuendaque causa?

Profecto in folo intestino Colo XII. flexus reperti funt, quorum plerique ad letalem obstructionem sufficiant. Et ut Colon, ita quoque intestina tenuia tym-

tympanitica erant. Sic ut & craffa & tenuia Inteffina, longe amplius, quo apte continerentur, fpatium exigerent. Ut ut enim Diaphragma & Peritonæum cedunt, tandem refiftunt: fi nunc totus hic tubus adeo immaniter expanfus Clysmatibus hinc, medicamentis, alimentis, potulentis illinc, affiduo adhuc magis repletur; fi aër, in eodem tubo adeo multus, mora vehementer rarefcat; aër, inquam, qui in Phyficis demonstratur decies & fexies amplius, quam primo spatium occupare posse; necesse est omnia hæc tumentiss fina inter se se vehementer compressa fuisse, viamque se se si mutuo præclusse inca a omnes duodecim plicas, in Colo intestino; ad plicas Tenuium longe numerosiores; letalis obstructio nasci potuisse.

Si præterea vim Melenterii, quam ex eodem vulnerato, Ruischius didicit in vitam humanam ingentem esse, perpendamus; an non ab ejus in casu noftro compressione, vellicatione, contorsione, ac fere dilaceratione, horrenda phænomena, ipsumque consequi letum possint?

Gangræna equidem aut Mefenterii, ac Mefocoli, aut Inteftinorum, nondum vera aderat : verum & hæc, & illa; quando corundem arteriarum, venarum, .nervorumque interceptiones, nervorum præterea vellicationes, attente recogitemus; univerfum fyftema arteriofum, venofum, ac nervofum commovere, Senforium commune, Vitalesque turbare actiones, vitam demum fufflaminare, poffunt.

Sed Vitales actiones lædere, ac fic fufflaminare, ut Cor vacuum utrumque repertum fuerit, & Hepar potuit, & flexus Coli fuperior, in finistro latere: valida quippe horum in Diaphragma appressione, Cor cum suo Pericardio complanari, sicque basi sua flecti potuit, ut sanguis omnis in finibus colligeretur, hincque vacuus reperiretur uterque cordis thalamus. Bb 2 Quin

Quin & hæc Jecinoris in alta protrufio fola, forte necare hominem posset. Cogita eidem Venam cavam accrescere, hanc una cum illo attolli, violenter distrahi, comprimique; cellulofitatem fortem qua vena eadem cum omnibus vicinis colligatur, vellicari, lacerari; Nervos in vicinia decurrentes, ac cellulofitate eadem implicitos, una cum Vena cava distendi, convellique; an non præter pessima alia fymtomata, capiamus fanguinem venofum, ab inferioribus refluum, hac lege præpediri ne in cor dextrum fluat ? Idemque Hepar, si latum crassumque est, interea dum Diaphragma violenter attollit, an fimul non comprimit subjectam Aortam, Venamque cavam, quo universus sanguinis circulus perturbetur?

§. IV. Quinquagenaria Matrona, Cacochymica, Hydropis nonnunguam experta primordia, duro tumore in medio Hypogastrio laborans, frequenterque Colicam claufam, a qua enematibus plerumque liberabatur, perpessa, tandem elapía hac æstate, dum sat bene se habens aura rurali Petersdorfiensi, frueretur, sumsit, suadentibus in prophylaxin Amicis, lagenam Aquæ Sedlicenfis. Vix vero epota illa, ventrem tormina vexant, nec folvitur alvus.

Auctis cum anxietate doloribus, injici jubet clyfterem. Sed nec eo prodeunte, in urbem defertur. Clarus ejus Medicus, postquam multa auxilia artis frustra tentasset, Auri fulminantis vires explorare contendebat; sed nec sex ejus doses quid opis attulerunt. Vocatus fui die quarto in confilium. Conclusum fuit fumi Tabaci experiri Clysteres; hisque non opitulantibus, vivum Mercurium cum multo oleo amygdalino propinare.

Injecto porro hoc fumo, fæcum quidem aliquid prodiit, sed morbi interim increvere symptomata. An Tabacum nostrum vilius fuerit, ideoque non pro-

profuerit; co quod clarus Heysterus, qui hæc encmata tanti fecit, optimum ad id commendet Tabacum? Præstantissimum profecto mihi in posterum comparabo.

Igitur die morbi 5to, Mercurii vivi libra data efta qui cum Oleo amygdalino, trino hauttu, affumptus mox omnem, ut solet, vomitum stitit, Ileumque morbum copiofa alvo brevi folvit. Rescivi postmodum ab illa, nobilissimoque marito, primis ab affumto hoc remedio diebus Mercurium alvo liberaliter prodiisse, deinde vero parcius : sic quidem, ut 14. ab ejus assumptione die adhuc globuli Mercurii cum fæcibus conspicerentur. Ex illo tempore & bona, & quotidiana Alvus est. Reliqua ejus incommoda perseverabant, & Hydrops crurum, femorumque : sed perseverante tumore Hypogastrii, atque Hydrope intercute artuum inferiorum redeunte, viribus sensim defecit, ac trimestri spatio a curato Ileo elapío periit. Inspectione cadaveris, ut audio, conffitit corpus durum, atque ingens, ex Uteri substantia genitum esse. Forte id annorum aliquot spatio dolorem & obstructionem, Intestini five Ilei, five Coli, partem plus minus premendo, creavit, ipsumque demum lleum : ita tamen, ut Mercurii pondus Inteftinum compressum dilatare, reddereque potuerit permeabile. Optimus Hofmannus notavit quoque, Capite de dolore & spasmo iliaco, a fex Mercurii unciis affumtis intra 5. horas alvum prodiisse, & cum illa hujus semimetalli unciam, ultraque duas hebdomadas semper ejusdem quidquam in fæcibus conspectum fuisse. Catum hunc post icquentem historiam commentabor.

§. V. Anno 1752. vocabar ad Coquum Ileo morbo laborantem, a Colica pictaviensi, ut videbatur, orto. Pleraque auxilia frustra adhibita erant. Etiam autoritate Galeni ingens Cucurbita admota umbilico tue-

fuerat; postquam non modo non levatus fuit, sed in tantas convulsiones incidit, horæ quadrantem durantes, ut a tribus robustis viris vix teneri, vix gubernari, ne fibi noceret, lectove excideret, posset : ex convulfionibus autem, Epilepticorum instar in somnum stertorosum incidit, algido cum sudore, & omni modo pulsu inæquali. Cum autem æger pridie furibunde delirasset ; validissimaque convulsione totus quantus in altum esset sublatus, perfectaque Amaurosi assici cepisset ; non est cur convulsionem poss Cucurbitam natam, Cucurbitæ adscribamus. Amaurosis hæc, ut &, quæ assitit, Ischuria, Ileum, ex Pictaviensium Colica ortum, designabant.

Post hanc convulsionem vomitus continuus fuit potus, alimenti, & medicamenti. Id autem constanter observatum est, quod cerevisiam, quam clam subinde frigidam hauserat, non evomuisset.

Quarto die fumfit unc. iii. Mercurii crudi cum unc. ii. Olei Amygd. Eo non agente, dedi fequenti mane, fcilicet die morbi quinto, unc. iv. verum duas tantum deglutire voluit; duas reliquas fumfit die fexto.

Ut Celeberr. Hoffmannus, loco infra citando, in fua Matrona magnam ab affumto Mercurio tranquillitatem observaverat, ita quoque in meo Coquo, a tribus hisce fingulis Mercurii dofibus, tres noctes longe tranquilliores fequebantur. Alvus tamen nondum folvebatur, nisi repetito enemate. Ab hoc demum alvus copiofa, sed absque ullo Mercurio. Nihilominus vomitus redibat cunctorum, præterquam frigidae cerevilia. Altero enemate injecto modica prodiit, citra Mercurium, alvus; ut & post tertium enema, quod elaplo trihorio ab ultima alvo injectum erat. Doloribus inde crudeliffimis obortis, infedit calido molliente balneo ad jugulum fere usque i horæ. Quartum postea enema, idque purgans,

gans, injectum est; unde alvus quidem prodiit, sed nullus cum ea Mercurius. Dolorum ferocitas & quintum clysma, idque oleosum, & olei cum opio potum popofcit. Septimo morbi die, post tolerabiliorem ab opio oleoque noctem, fextum Clysma injectum est, ab coque cum fæcibus copiofis pars Mercurii prodiit. A feptimo & octavo clysmate, fine Mercurio alvus. Die octavo post nonum clysma aliquid Mercurii fæces habent. Jam demum ad fe rediit mens, gutta serena ablata est, appetitus adfuit, pulsusque omni modo bonus. Nona die spontanca Alvus prima, cum plurima veluti corrofi, ac nigricantis, Mercurii parte. Diebus aliquot subsequentibus examinatæ fæces, naturali modo quotidie redditæ, nullum amplius Mercurium habuerunt. Graviflimo hoc morbo foluto, nulla fecuta Paralyfis est; quod in cos noto, qui Paralysin, a Colica Pictonum oriundam, dato adscribant opio. Sed hos refutare non est opus, cum experientia abunde evicerit 1<sup>mo</sup>. non raro Paralyfin jam cum morbi principio nasci; dum de opio aut dando, aut non dando, nulla adhuc quæftio fit. 2do. Nervorum vellicationibus, & distractionibus, prudenti opii ulu mitigatis, rariorem longe a Colica Pictonum Paralyfin observari, quam quando fallo præconcepta de Opio opinio usum ejus in hoc morbo damnat.

Refractam valde Mercurii dofin dedi, cum quod fummopere reniteretur æger, ut ex historia patuit; tum quod candem, eave minorem, sufficere clari Viri censuerint. Riverius, 1. 2. uncias fibi scribit fuffeciffe. Sylvius De Le Boe, idea prax. med. Libr. I. cap. 15. §. 53. idem confirmat. Paraus Libr. 21. uncias iii. sufficere testatur. Alias majorem dofin Medici exhibere folent. Rhodius Cent. 2. No. 80. fcribit unc. v. melle rofaceo miftis, Iliacum deploratum se curavisse. Celeberrimus Hoffmannus Tom. 4.

Bb 4.

4. part. 2. Sect. 2. cap. 4. obf. 4. Matronam unciis vi. sanavit. Et Paræus, qui tres modo uncias dedit, plus dari posse censuit, laudando Marinum san-Etum Paralitanum, qui plus fimplici vice libram, imo libram sesquialteram, mulieri dederit, eamque citra noxam alvo viderit brevi ejectam. Zacutus Lusitanus Prax. adm. Libr. 2. observ. 35. ftrenuissimo Duci libram optimo cum eventu propinavit. Imo Libr 2. de Princ. med. hift. scribit multos in Ileo conclamato Mercurii libra, cum aqua calida haufta, ab imminente morte liberatos effe. Kalschmidius in Actis N. C. libram quoque dedit. Et Matronæ noftræ §. IV. libram generose dedimus, 1mo: quia, non ut Coquus, tergiversabatur, sed ad omnia paratam se exhibebat. 2do. quia metus mortis in procinctu erat, ni extemplo levaretur. 3<sup>tio</sup>. quia cum infons esfe remedium constiterit, tutior magna, quam parva, dofis effe videtur.

Verumtamen obstat Hoffmanni autoritas, qui caute mercandum esse fuadet, co quod ægri a Mercurio epoto non minus iis, qui Mercurium sodiunt, depurant, aut quomodocunque tractant, Nervorum sibi contrahere morbos possint; idque videtur seminæ demonstrare exemplo, cui ultra 14. dies quid hydrargyrii alvo prodiret: ,, ultimo vero loco, inp, quit, id non prætermittendum esse censeo, quod collectis licet viribus, somnoque & appetitu redeunte, tremorem in artubus, atque vacillatiop, nem & impotentiam in pedibus, ultra mensis adphuc spatium, perceperit: quæ permolestæ afphuc spatium, perceperit: quæ permolestæ afphuc som substate, & discussa Balneorum usu prorphus demum substate, & discussa fuerunt.

Negari utique non potest Mercurium, licet in fanis mox alvo elabatur, licet etiam in Ileo morbo sæpe cito pertranseat, tamen in Ileo, obstructis admodum Intestinis, diuturniorem aliquando moram tra-

382

trahere. Coquus noster cum sex diebus ventre continuit; Matrona nostra, & ea Hosfmanni, 14. diebus, licet copiosa quotidie alvus prodiret. Utrum duriore fæce, crassove muco, involutus, in Coli cellulis demoretur, an in Cæci delapsus Appendiculum sit, quibus a locis partitim lenteque depellatur, determinare non ausim. An in hisce latebris moratus ab acrimonia quadam erodi possit? Sicque Nervos non tantum crudus, sed & acer factus, lædere queat?

Quodfi hæc ita fe haberent, annon præftaret aureos globos deglutire? Aurum enim Mercurio tanto gravius, videretur effe quoque tanto ad fæces depellendas potentius; & fi diutius in corpore moraretur, non foret Nervis inimicum ita, ut Mercurius. In Ileo datum fuerat fruftra horrendum purgans ex granis. iv. Mercur. Vitæ, cum x. gran. Troch. Alhandal. Deglutitis tandem globulis aureis duobus, fequenti die copiofiffimæ fæces prodiere, & globuli aurei poft 36. horas : vide Burneti Thef. part. 1. pag. 357.

Sed contra: illustr. Hoffmannus unicum modo proferre potuit, quo hanc assertionem probaret, exemplum: deinde merito quæritur, num hoc exemplo id, quod probare conabatur, vere probaverit? 1<sup>mo</sup>. enim Paralytici morbi centies observantur curatos Iliacos a tergo sequi, fi Colica Pictonum in causa fuerit, licet Hydrargyron non potaverint. 2<sup>do</sup>. Winklerus apud Bonetum, Med. Sept. Lib. 3. cap. 30. exhibet hominem nobis, qui ope succi librarum sex putridorum pomorum Borssorssiensium ab Ileo liberatus, nihilominus contractura membrorum, spatio 18. septimanarum laboraverit. Et 3<sup>tio</sup>. ægri mei, Mercurio ab Ileo curati, nullos passi funt Nervorum morbos.

Sed aliud quid timetur, ne scilicet frigore noceat. Bb 5 Un-

383

Unde & nonnullos id calido cum potu, aut jure carnium, ut mox ex Zacuto discebamus, ingeffisse videmus : & Henricum ab Heers Lib. 1. obs. 2., ne "Mercurius frigore suo interranea lædere posset, "statim clysterem ex puro cretico vino injecisse, "legimus." Hoc autem experimenta docere debent, quæ an adsint, videamus.

1<sup>mo</sup>. In Iliaca clari *Hoffmanni*, & in meis, Mercurius vomitum aut omnino, aut ad tempus, ftitit; & fymptomata plus minus pacavit.

2<sup>do</sup>. Hoffmannus ibidem caſu V. ægræ ſuæ iliacæ dedit pro omni potu "aquam fontanam frigidam pu-" ram, aqua Menthæ correctam, cujus libræ ſa-" lis Abſinthii dr. j. & ſucci citrei unc. β. adjece-" rat, more *Riveriano*.

3<sup>tio</sup>, Idem magnus Autor gelidae usum cum Collega Naboth, testatur egregium ejusmodi in morbis se observasse.

4<sup>to</sup>. Experimenta, Part. IX. Rat. Med. Cap. V. relata, docent lleum morbum Neapoli aqua gelida curatum; potum frigidum eidem ægro poftmodum, Viennæ eundem in morbum relapío, unice proficuum; Herniamque incarceratam gelidæ admotu fuisse fanatam.

5<sup>to</sup>. Illustris Hoffmanni Oenopola vomitu cuncta rejecit, præter aquam gelidam, cui quidem calentis frustulum panis injectum erat, calorem vero ab illo servare non poterat.

6<sup>10</sup>. Idem in Epicrifi ad hunc Iliacum morbum, hanc fuam frigidam aquam laudat impente, teftimoniumque Amati Lusitani affert, afferentis, "fe atro-"cem Inteftinorum dolorem aquæ frigidæ exhibi-"tione fubito, & incantamenti instar, sustulisse.

7<sup>mo</sup>. Idem Autor præterea Tom. IV. sect. 2. cap. 5. laudat utrosque Lusitanos Zacutum, Amatumque, ut ,, qui Colicam Biliosam, (nobis dictam Pictavien-), sem)

" sem) cum aquæ frigidæ potu, tum nivis usu, " curatam meminissent.

8<sup>vo</sup>. Adjungit ad hæc Hoffmannus observasse fe se , Paralysin, hac de Colica natam, frigidioribus, , quam calidis Balneis, magis autcultasse.

9<sup>no</sup>. Petrus Forestus Lib. 21. in Schol. ad Obs. 12. mire quoque utrosque Lusitanos leudat, quod aquæ , frigidæ interno, externoque usu. complures & a , Colicis, & ab Iliacis morbis, curavissent.

10<sup>mo</sup>. Joannes Crato Lib. 3. con/. 13. Medicos magnos existere ait, , qui frigidissimam aquam adhi-, beant in hisce morbis.

11<sup>mo</sup>. Burnetus in Thefauro Lib. I. pag. 315. scribit Franciscum Gautier nonnis frigidissimis tantum & exhibitis, & admotis, ab hoc morbo curari potuisse.

12<sup>mo</sup>. Septalius Lib. 7. animado pag. 248. Hominem ventris dolore ad omnia rebelli fere enectum, ut algidus fudor jam adeflet, nullusque ultra percipiundus pulfus; aqua multa, etiam nive frigefacta, fic mutavit, ut mox in fomnum 4. horarum incideret, ab coque fomno alvum copiofiffimam deponeret, ac integræ reflitueretur fanitati.

Ex quibus omnibus, ni fallor, conficitur id, ut Mercurius frigoris caufa non modo non vituperandus, fed potius laudandus fit : ut cuncta in genere frigida actu, motum convulfivum a loco affecto Intettini verfus fuperiora moderando, fedandoque, efficiant, ut motus periftalticus ab irritante in affecto Inteftini loco caufa exfufcitetur, animetur, folusque nunc agens, materiæ obftruentis determinationem verfus inferiora promoveat.

Nunc forfitan, cum Hippocratis Tetani frigidae aquæ affufione curandi methodo, hujufcemodi convenirent Observata? Profecto si toties, aut totus Ileus convulsivus est, aut convulsio aliunde accedens, hunc morbum alias fors solubilem, jam irreso-

385

folubilem reddit, gelidorum Nervis applicatorum efficacia, videretur ex methodo *Hippocratis* explicanda: & effet quoque huc referenda Hiftoria, quam *Ill. Præfes* ex *Att. Edimb Tom.* 5. profert, in qua ad morem Hippocraticum prudens gelidæ affufio Ileum morbum, qui confuetæ methodo, calentibusque fomentis, minime obaudiverat, feliciter fanavit: quo eodem modo illuftris *Westerboff*, *Rat. Med. Part.* IX. pag. 56. incarceratam Vetulæ Herniam, calidis fomentis immorigeram, aquæ gelidæ applicatione fanavit.

Est tamen methodus Tetanum curandi Hippocrati duplex : altera quidem frigidis, calidis altera admotis; ut demonstravi Part. X. Rat. Med. pag. 112, Eodemque plane modo duplex & nostra est : plures enim & calidis epotis, & calidis percuramus fomentis; nec, nisi his irritis, ad frigida audacter confugere folemus.

Quæftio superest an tuto in hoc morbo violenta & acria remedia Umbilico adplicentur?

Varia argumenta videntur huic applicationi patrocinari. 1<sup>mo</sup>. Galenum novimus ingentem Cucurbitam Umbilico admovisse, idque plures laudasse Practicos.

2<sup>do</sup>. Ballonius Epid. I. ,, Vidimus, inquit, cui-,, dam acerbitate doloris colici detento, placatos ,, effe dolores, adhibito Umbilico modico empla-,, ftro cauítico, & veluti Efcharam faciente, & in-,, tus foras evocante. Sic refert ille, licet haud omnino id approbare videatur, fed, ad affinia effectu remedia, aliquanto autem tutiora, ut confugiamus, hortetur.

3<sup>tio</sup>. D. Sennertus Lib. 3. part. 2. Sect. 2. Cap. 2. & quoque Lib. 5. part. 3. Sect. 3. Cap. 6. , Efficax , eft ad Colicam Oleum Saponis, quod fic paratur: , R. Sap. Hifp. part. I. Calcis vivæ part. II. De-, ftill. per alemb. vel retort. Oleum ab aqua sepa-, re-

386

387

" retur, cujus gtt. 6. vel 7. Umbilico cum goffy-" pio imponantur.

- 4to. Differtatio Duispurgi ad Rhenum prodiit, anno 1763. Autore Mathæo Bruckner, de Colica Pictonum, cujus in cura commendatur lati, fortisque Emplastri Vesicantis, cum Cantharidibus parati, applicatio, ad locum Ventris plurimum dolentem. "Hoc, inquit, ita agit per Nervos in Emissaria », organorum excretoriorum, ut disponantur ad , transmittendum recrementum. Non extimefcen-, dus est ille dolor levis, inde excitatus, ac si do-" lorem dolori adderemus. Nec voiumus inquire-" re, an revellendo, an attrahendo, an ftimulan-, do, agat illud ? Scire sufficit optatum impetrari " effectum, puto doloris colici imminutionem ex " topico tali, anodyno hic omnium fummo." Sed cum in Colica Pictonum præcipuus dolor ad umbilicum sævit, videtur Autor ille Vesicantis ad Umbilicum intelligere adplicatum : imo posthac id videtur jubere, fiquidem addit : " Interea dum, hæc , aguntur, nempe cum Vefica elevatur in regione " umbilicali &c. Ergo umbilico applicandum ju-" bet, idque diu tenere apertum; fin minus, a » latere alterum imponendum effe. " Ac demum addit : " curam tutiffimam, citiffimam, ju-, cundiffimam, methodo nostra constanter observavi , succedore, qua Paresis arceri & præcaveri poteft, 2. & debet: & quo citius his fuccurritur, co minus » periculi.

Non video cur minus in desperato hoc morbo uteremur Vesicantibus, quam in fæva Pleuritide, postquam debitæ & evacuationes, & applicationes, vehementiam non moderantur doloris : unde cum Veficans in Pleuritide fæpe miranda præstet ; cum & Acria, & Vesicantia, Autores in Ileo morbo tantopere laudent ; tuto nos in hoc morbo vesicantibus uti

uti posse arbitror; postquam, ut in pleuritide, consueta artis adminicula incassum adhibita suerint. Et quemadmodum haud in laterum dolore Inflammatorio duntaxat, sed & in Rheumatico, atque Spasmodico, Vessicantium laudamus, extollimusque effectum, ita quoque in varia Ilei natura cadem confore reor.

Eft autem aliquid, hac occafione monendum. Oleum Lini clysmate frequentius injectum, Oleum amygd. recentifs. ore affumtum, morbo huic egregie mederi non femel vidi; ipfum autem Lini oleum, cum naufeofum fit, ægrique hi continuo fere vomant, raro ore fumendum dedi: cum tamen idipfum nunc percipiam ab exp. Viro Gallesky, Tilfitfenfi Medico, tot tantisque efferri encomiis, dum unum ejus, alterumve cochleare, quavis hora in potu aliquo calido exhibetur; ita quidem, ut etiam poft ftercoreum vomitum falutem afferret; tuto quoque inpofterum explorare expedit.

Machinam Italicam, de qua Part. 8. & 9. egi, in hoc morbo tantopere laudatam, Brutis tantum applicui, non applicaturus hominibus, donec numerofa Italorum exempla majorem ingerant fiduciam audaciamque: tum quod femel iterumque fefe obtulerit experimentum in Cadaveribus humanis, tantam effe nonnunquam Valvulæ Coli refiftentiam, ut ne ingens quidem hujus Machinæ potentia eam potuerit fuperare; tum præfertim, quod mirandus ac formidandus ille cafus, quem Rat. Med. Part. 9. Cap. V. retuli, homini profecto, fi contingeret, letum indubitato effet illaturus.

CA-

# CAPUT XVI.

## De Vario Hydrope.

§. I. Paracentesis Abdominis fortunata, quam Lympha educta sperabilem non fecerat. Laus Corticis Peruviani boc in casu. Phænomena Lymphæ eductæ, & facta cum eademexperimenta. §. II. Altera Paracentefis Octennis puellæ. Aliquid circa requisitam corporis in Paracentesi positionem. Remediorum a Paracentesi datorum, Chinæ potissimum, recensio. Experimenta cum Lympha facta. §. III. Paracentesis tertia feminæ 28. annorum. Et quoque optimos a Cortice peruviano bæc est experta effectus. Occasione experimentorum, de Lympha captorum, quædam de Lithiasi. Explicatio Textus prognofici ex Hipp. Libr. ij. Prorrh. Quadam de Hydrope Peritonæali. §. IV. Paracentesis quarta. Phænomena Lymphæ. Duplex in hac femina morbus, Pectoris, Ventrisque. Incertitudo utrum cum Ascite Cysticus, an solus adesset Ascites ? Reditus Ascitis post Paracentesin, & tandem Mors. Anatome. Epicrifis. Tumor in Vita manifestus, in Cadavere non invenitur; ad quod explicandum §. sequens adornatur. §. V. Tumor Epigastrii mobilis ; tumor profundior Ventris veluti emphysematicus, in vita percepti, citra eorundem in Cadavere vestigia. Ascites adjuit. Cur baud inflituta in illo Paracentesis? Anatome mirabilis. Epicrisis. Phænomena Lymphæ. Curiosa Membrana inventa in Ventre. Ventriculi degenerationes frequenter prope Pylorum inveniuntur. Quid demum fuerit id , quod nobis tumoris dederit perceptionem? De interna externaque sanguinis transsudatione. De judicatoriis nibil judicantibus. §. VI. Cysticus Hydrops, in quo octies est instituta Paracentesis. Enarrantur auxilia, que

quæ interne externeque admota sunt. Mors. Inspectio Cadaveris. Multa in eodem maxime notanda. Et Virgines quoque uterinos quosdam morbos, quos alias viro use, pati possunt. De Vermibus quædam. §. VII. Pathelogica disseussion quintuplicis nobis noti Hydropis, una cum serio examine I<sup>mo</sup>. Diagnosticorum singuli signorum; 2<sup>do</sup>. Auxiliorum, quæ peti ad singulum ex Medicina, Chirurgiaque, soleant; 3<sup>tio</sup>. ex demonstratione incertitudinis Diagnoseos, tutior medendi Methodus proponitur.

9. 1. Femina 25. annorum, convenit me die 15. Maji anni 1766. referens elapío abhinc fesquianno fe, in quintum mensem gravidam, febre intermittente correptam fuisse, ab eaque non liberatam, nisi sexta demum a Partu septimana. Lochia parcissime fluxisse, vix detumuisse a partu ventrem; & in octavam usque septimanam sese macram, debilemque, lactasse infantem : febre autem sexta a partu septimana exulante, tumidiorem ventrem sibi redditum fuisse, cruraque tumere cepta : hæc tamen postmodum, non illum, detumuisse.

Deprehendimus manifestam in Ventre fluctuationem. Nonnullis Medicamentis frustra usa erat: & licet a fex retro septimanis Baccarum Juniperi infufum, quod sepe confert, largiter bibisset, paucam tamen admodum urinam reddebat, multaque siti vexabatur. Menses tamen sub hujus infusi usu redierant, appetitus aderat, & quotidiana Alvus.

Dedi ipfi falem Alcalinum in Vino; Vinum fquilliticum, aromaticum, &c. a quibus dum nihil omnino levaretur, ad Paracentefin obeundam in Nofocomio mansit.

Paracentesi 28. Maji instituta, prodiere 68. Libræ aquæ, non fætentis quidem, sed subrubellæ, grumolo sanguine in Vasorum fundo paulatim collecto. Lympha

Lympha ad ignem parte multa avolabat, parte aliqua coagulabatur; admistu syrupi Violarum colorem non mutabat.

Emulfio leviter paregorica mox dabatur, admifta uncia unica aquæ Cinamomi fimplicis, a qua molesti post operationem flatus commode discutiebantur. Pressione aquarum ablata, promota mox urinarum secretio & excretio est: sic ut decima postea hora urinæ libram mingeret, deque die in diem copiosius, cum crasso fæpe sedimento.

Et hoc die, & toto tempore, quo in Nofocomio fuit, calor 96. 97. graduum, calor utique hominis fani, fuit. Mox bonus ab operatione appetitus, quamque passa inexplebilem erat, sedata sitis fuit. Intra 15. dies adeo convaluit, ut repeteret pagum sum

Eventum adeo felicem aqua, ventre educta, sperare vetuerat. Copia namque magna cruoris singulo in vase, quo eam effluentem exceperamus, subsidebat. Hinc partis cujusdam Diabrosin, facileque insequuturam Gangrænam, similes olim captæ obfervationes vereri jubebant.

Ut autem, quoad ejus fieri posset, hanc infaustam Prognosin averruncaremus, dedimus feminæ mox æ conspecta postridie hac Lympha, unciam integram Corticis Kinæ quotidie; domumque redeunti semilibram ejus procuravimus illi, ut unciam mediam quotidie adhuc sumeret.

§. II. Octennis puella, parvæ valde staturæ, rachitica, Variolas quinquennis passa, sana exinde, ceperat ineunte Octobri 1766. abdomine tumescere, & intra 14. dies ejus esse molis, quam nobis medio Januario 1767. in Nosocomio, cum manifesta sluctuatione, monstravit. Cum ab egregio solertissimoque Medico S. Rathberger optima ac selectissima remedia, summa quidem cum prudentia, incassum

Cc

VCrog

vero, exhibita essent, autor matri fui, ne inani medicatione vires ultra dilapidarentur, ut paracentesi aquam extrahi fineret. Annuit. Jan. 21. eam instituimus.

Inftrumentum triquetrum difficulter intravit, nec fine dolore folito majore. Caufam rimati, deprehendimus eam hic effe, quod jacente corpore lympha minus in pubem gravitans, fuperiora verfus fugiat, fi Venter totus lympha non expandatur. Unde fi quis poftmodum evacuandus Hydrops eft, qui univerium ventrem non tendat, corpore crecto puncturam faciemus; ut a gravitante aquarum in Epigaftrio mole tendatur maxume is, qui pertundendus eft, locus.

Libræ duntaxat fex effluxere Lymphæ, nihil fætentis, ad ignem coagulabilis, ex flavo viridefcentis, turbidioris, ac fenfim ejusmodi floccos fufpenfaque filamenta contrahentis, ac fi ferum, aut lympha, in filamenta jam coagulata, in reliquo humore fluctuaret. Alvus, & urina, quæ pigræ antea, ac parcæ fuerant, mox libere, copiofeque, fluxerunt. Dedi illi libram Emulfi cum uncia Syrupi Althææ de die, fimilemque nocte cum uncia Syr. Diacodii. Nulla fitis. Appetitus, fomnus, pulfus, vires, bona. Urinæ plerumque major, quam affumti liquidi copia, fic ut videretur, liberatis ab aquæ compreffione vifceribus ouropoieticis, id, quod reliquum lymphæ, infimo in ventre fuiffet, & abforptum, & renibus feliciter excretum fuiffe.

Decima exinde die, quo reftaurarentur omnia, & Recidiva averruncaretur, Cortex Peruvianus ipfi datus, coque 3. feptimanarum spatio fie usa puella est, ut decoctum unciæ mediæ Corticis absumeret quotidie. Convaluit egregie, ita ut Matri brevi restricueretur; ac medio ab illinc elapso anno sefe nobis belle valentem stiterit.

Lym-

- Lympham Paracentesi eductam, in tribus majoribus vitris fervatam, quotidie examinavimus, & necdum putrem cam 4. Febr., die post operationem 15., invenimus. Quin denuo hoc 15. die lympham nitido in cochleari igni exponentes, more scri fanguinis, & fani, & recens educti, in maffam sciffilem, albuminis ovi inftar, coagulari deprehendimus. Cum Syrupo Violarum tamen viridescebat, virore post biduum evanido toto. An fignum alcali hæc viridescentia? Flavi colores solent hunc syrupum viridem reddere perpetuo. Sed & ferum non, aut vix, flavum, quod quorundam hominum fanguini miffo adeft, fyrupum viridem reddere vidimus. Et ovi albumen, minime coloratum, syrupi viridem reddit colorem. An igitur cuncti humores animales latens quoddam Alcali possiderent, quod syrupus violarum præprimis indicaret? Attamen ferum hydropicum §. 1. hujus capitis fyrupi haud mutavit colorem : an hoc, quia pauca tantummodo parte coagulabile erat? Verum cur omnis ab hac mifcela viror natus, intra biduum evanuit? Sed quoque in mifturis color, eisdem a syrupo hoc conciliatus, brevi mutatur.

Die 12. Febr. qui a Paracentefi 23. erat, ipfa hæc Lympha, eousque confervata, manifesto efferbuit cum aceto. Alia ejus portio ad ignem coagulata fuit: indurescebatque præterea in scissilem masfam glutinosa illa materics, quæ in Lympha hac primo diu suspensa, ad fundum denique subsederat. Liquor proinde animalis, qui quiete, in aëre aperto, 23. dierum spatio, & putresactus, & alcalinus erat, vim adhuc plasticam sum, seu coagulabilem, servat; ubi tamen humores putredine resolvi, ac su coagulabilitate privari, vulgo creditur. Doleo me tentamen cum syrupo Violarum hoc tempore neglexisse.

Cc 2

S. III.

§. III. Femina 28. ann. procera, torofa, venusta, convenit nos die 25. Octobr. 1765. enarrans sequentia.

Decennium erat ex quo nupferat. Vix nupta autem, dolore, atque ardore Abdominis immani, cepit torqueri spatio nuchemeri; qui, ut alvo pertinaciter claufa ceptus, ita quoque enemate paffim folvi folitus est. Quotannis hucusque idem malum repetivit, femper autem ad enema confuctum conticuit. Quinquennium numerat ex quo intumescere cepit Abdomen, paulatimque fibi vifum est augefcere. Paffa quoque totis hifce annis Cephalæam gravem, frequentemque, eft. Gravida nunquam fuit. Catameniorum perpetuo ordinatum fluxum habet. Album fluorem primo fex menses pafia, citra ullum ardorem, doloremque, poftmodum vero tantum circa menstruum tempus. Mane solet tuffire, crassamque ejicere, glutinis instar, materiem. Alvus bona. Facies fana, pulcra. Nullus unquam crurum pedumque tumor. Decies & octies, dierum 9. spatio, Baadensi balneo usa citra levamen est; nisi quod recuperaverit, quem amiserat, appetitum: attamen angi a pastu solita, appetitum explere non audet. Non sitit unquam fere in vita sua. Sedentaria eft.

Ex observationibus, quas occasione alia §. VI. recensebo, Hydropem aut faccatum, aut peculiarem inter Peritonæum ac musculos abdominales locatum, suspicari quis posser; sed manifesta succuatio arguebat Asciten. Quamobrem remediis in Ascite plurimum laudatis, ac potissimum Vino, bulbo recenti Squillæ, Aromatibusque, medicato, morbum debellare ultra duos menses annisus, spem aliquando magnam sovi salutis; verum malo rursus increscente, Paracentes fin sussi; quam cum repudiaret, rem commissi naturæ, nec rediit.

Tan-

Tandem die 29. Julii hujus, quem vivimus, anni, fe rursum stitit, monstrose tumens, maxime hypogastrio, Paracentesin subitura: quam elotis pridie intestinis, die 3. Augusti perfecimus. Ascites enim haud minus jam, quam olim, ex sluctuatione manifestus apparuit: quin & nunc raram Alvum, ac paucam conquerebatur urinam.

Figura hæc abdominis, monftrofius nunc ad Hypochondrium penduli, atque ad media femora defcendentis, revocabat nobis in memoriam Ventris effigiem, quam Job van Mekeren in Juis Obfervationibus dederat, una cum phænomenis, eorum, quæ femina noftra patiebatur, confimilibus: circa quæ egregius vir J. B. Morgagni haud minore cum judicio, quam experientia, commentatus eft: & circa quæ ipfe poftmodum fufius differam.

In Paracentesi ægra doluit transeunte instrumento, minus principio, quam fine, antequam totus venter esser essertatus.

Aqua limpida, inodora, non colorata, librarunt 54. pondere effluxit; ultimo in vase leviter tincta cruore, eo quod aquam omnem vacuare conati, vulnus utcumque irritassemus.

Ut omnes, ita hæc femina, nullam debilitatem, nullam anxietatem, nullam vultus mutationem paffa eft. Quippe caufa horum incommodorum prævenitur, hodierno more adaptando machinam Aqualiculo, quæ illum totum pro ratione eductæ lymphæ molliter, æquabiliterque, ftringat. Et quod omnes paffim numerofi flatus ac borborygmi torquent, noftra non eft paffa, cujus rei mox forte ratio patebit.

Cum nunquam fitiret, vix bibit die libram emulfi, & Panadellam in nutrimentum fumfit. Nihilominus fex & ultra libras urinæ mifit. Pulfus, Cc 3 fom:

fomnus, optimi. Atque ita a principio operationis bene se habens, domum rediit 13. Augusti.

Verum quemadmodum prioribus, fic & huic mulieri, Corticem Peruvianum dare cepimus jam tertio ab operatione die, mediæ unciæ quantitate spatio nucthemeri; ne scilicet operationem Gangræna sequeretur, ut vires conservarentur, fluida compingerentur, ac demum adstringerentur, roborarenturque sic folida, ut omnis recidiva, quoad ejus sieri posset, averruncaretur. An igitur quod ægri nostri tam belle se se post Paracentes in, habeant; quod quovis pravo Symptomate careant; quodque tam cito ad negotia sua redeant; Corticis Peruviani usui magnam partem adscribendum est?

Lympha affervata in spatiolo cubiculo, in quo, ope venti admissi, calor Amosphæræ, foras calidissimæ, vix 70. gradum excederet, ut non in eductione fætuerat, ita nec toto quatuor dierum spatio fætorem ullum contraxit: his demum elapsis sensim fætere cepit; omnium vero primum illa, quæ ultimo educta, sanguinis id pauculum, cujus memini, gerebat. Porro idem ille sanguis pauxillatim disparebat, atque lympham pellucidam relinquebat, minimeque coloratam: hæcque iterum lympha, corrupta demum penitus, exhibuit nobis copiosam arenam, ad latera vasis assistant, eodem plane modo, quo toties in Urinis ægrotantium contemplamur.

Confirmatur inde Lithiafin haud unice ab urina, verum etiam ab aliis generari humoribus; mirumque propterea non effe, quod quocumque humani corporis in loco calculos Medici, atque Anatomici, invenerint. Nec minus capitur caufa, ob quam ruber nofter fanguis rubedinem pedetentim amittere posfit; fic ut demum pallidus humor, vix coloratus, im

in internis palpebris, labiis, internis naribus, toto-, que ore interno, appareat.

Lympha hæc & principio, & post quatriduum, & cum demum fætebat, in puro cochleari igni imposita in massam scissilem coibat. Confirmatur hinc observatio §. præcedentis.

Redeamus paulisper ad Diagnosin nostram, quæ vel cum Hydrope ascite Cysticum, vel Hydropem peculiarem, Peritonæum inter musculosque abdominales, defignare videbatur; coquod in utraque hac specie, collectis sententiis Nuckii in Adenographia, Gullmanni Tom. 3. actor. C. N. Obf. 105. Maucharti. Eph. N. C. Cent. 8. Obf. 14., Drelincurtii in Resp. ad Epist. de rec med. st. Littræi Acad. Sc. Reg. Par. 1707. pluriumque aliorum Autorum, id evidenter constat, quod mensium naturalis fluor, facici nativus color, appetitus, vix fitis, crura non tumida, virium integritas, priore faltem tempore, observari soleant: quæ profecto omnia in nostra femina aderant. Sed dubium brevi folvebatur; ut mox patebit. Eductis Paracentesi aquis, Venter quidem nobis minus justo concidisse videbatur, verum cum Machina quæ, suppositis hinc inde pulvinarculis, abdomen arcte constringere debebat, conveniens ejusdem impediret examen, noftrum suspendimus eodem tempore judicium; donec post Octiduum, machina ablata, tumor ventris appareret, & quidem Cyfticus ille, & magnus, & fere medio in abdomine, sub umbilico finistrorsum locatus, quoque corporis fitu vario volubilis in omnem, maxime in finistram, partem. Sic quidem ut Hydropem cum Cyfticum, tum Asciten, una in ventre femina gereret; & hoc punctura ablato, illum adhuc pateretur.

Hæc data a claris fcriptoribus figna Hydropis, five Cyftici, five inter musculos abdominales, Cc 4 Pc-

Peritonæumque locati, ea ipsa sunt, quæ magnus Hipprocrates, diffuso suo textu Prorrhet. Lib. 11. ad felicem in Hydrope Prognofin abfolute requirebat. Eadem figna noftræ ægræ in Hydrope & Afcite aderant, & Cyftico. Afcites hinc bonum exitum per Paracentesin habebat : sed Hydrops cyfticus, fi ex bonis iftis fignis internofcatur, non fuftinet tamen bonam Hydropis, quam Hippocrates curabilem facile existimabat, prognofin; utpote quæ ferius ocyus in interitum vergat. Neque etiam bona eadem figna bonam fæpe Prognofin in ea Hydropis specie formant, quæ Peritonæum inter musculosque est: quandoquidem distinctos prope Umbilicum tumores crebro habet, a quibus degenerascentibus ejusmodi Hydrops sæpe nascitur, & a quo-rum malignitate mortem inferre solet. Ergo bona hæc figna fauftam quidem prognofin & in Hydrope ava sagra, & in Afcite formare sæpe solent; rarius vero in Hydrope Cyftico, & co, qui musculos abdominales inter & Peritonæum fit.

Mulier nostra, quæ, ut retuli, Corticem Kinæ mox a principio fumfit, fumere illum ad medium Augustum, summo emolumento, optimisque cum excretionibus, continuavit. Dolore Colico tunc, cum modica admodum fæcum urinarumque excretione laborans, purgante Aq. Lax. Vienn. bis fumto, datilque Paregoricis ac Mulcentibus, brevi convaluit: ita tamen, ut novi Ascitis post hanc Colicam principia iterum animadverti videantur. Ut autem urinæ fluor, qui post hanc ultimam Colicam parcus erat, promoveretur, sumsit remedii compositi ex Bals. peruviani dr. jB. Vitelli ovi n. 1. & fyrupi Glycyrrhizæ unc. iij. cochleare parvum omni trihorio: hujus auxilio urinæ laudabilistimæ, cum virium, cunctarumque functionum restitutione, tumorisque decremento, hucusque profluunt.

S. IV

§. IV. Convenit me in Nosocomio femina 33. annos nata, die 26. Nov. 1766. narrans ab ipfa fua infantia difficiliore respiratione se laborasse; fanam cæterum ac vegetam octo infantes se feliciter enixam esse, atque lactasse; ita tamen, ut dum infantem octavum lactaret, nonnihil fanguinis cum sputis reddidiffet. Elapfis autem 15. ab hinc menfibus, se paffam este abortum, ac fanguinis octo integris septimanis perseverantem fluxum : quo vix cessante, denuo concepisse se, ventremque in eadem graviditate præter confuetum graviditatis morem intumuisfe; tussi deinde, ac vomitu, floridique expuitione cruoris laboranti fibi, Venam tusam esse; quo effectum, ut sputi sanguinis cessaret quidem violentia, fed idem tamen cum glutine nonnunquam adhuc prodiret. Nec ventrem folum præter graviditatis morem extumuisse, sed tribus ante partum septimanis & crura tumida fieri cepta. Medio demum Septembri se peperisse quidem feliciter, vix vero ventrem concidisse, octiduo primo infantem lactasse se se, monente autem Medico, ablactasse. Die a partu octavo, more vulgi Auftriaci, Templum fe adiisse, recrescentibusque brevi viribus, & ventrem fic a data medicina collabi cepisse, ut jam durum quoddam in eodem corpus, cum a se se, tum a medico, deprehenderetur: verum triduo post in molem priore duplo majorem extumuisse abdomen, idque ita pertinaciter, ut nec priora, nec alia felectissima remedia, nec ipfa, quæ diu affuisser Diarrhœa, quidquam profuissent. Respirationem laboriofam nunc fibi effe, Tuffim acrem, noctes infomnes.

Hac facta ab illa, maritoque, Anamnessi, ad formandam Diagnosin, & Prognosin, multo non erat labore, opus: ex enarratis quippe facile constabat, quemadmodum in casu proxime priori, Ascitem, & Ccs fimul

fimul aut Cysticum esse Hydropem, aut alius generis tumorem; defectu autem bonorum signorum, quæ supra recensuimus, ambiguam valde esse Hydropis utriusque Prognosin.

Cum manifesta perciperetur Lymphæ fluctuatio, cum vita feminæ miseranda, ac fere intolerabilis essentesentessentessentessentesentessentessentessentesentesentessentessen

Lympha educta flava, & limpida, dum & mox a Paracentefi, & octiduo poft, igni imponeretur, fic difparuit, ut levis modo, ac tenuis, pellicula relinqueretur. Confervabatur omnis Lympha in 15. vitris majoribus, quorum in uno alterove fubaciduli quid odore advertebatur die 8<sup>vo</sup>, die vero 11<sup>mo</sup> quid putridi, absque ulla tamen cum aceto effervescentia. Cubiculum in quo servabatur hæc lympha gradus caloris 62. 64. perpetuo notabat, nif: forte semel iterumque paulo vehementius accenso fornace.

Urinam, post operationem, paucam semper ægra reddidit; &, contra id, quod cum in nostris urinis sanis, tum in iis febricitantium, quotidie observamus, urinæ ejus, in 12. diem asservatæ omnes, nec mihi, nec mecum examinantibus multis aliis, vel minimum exhibuere fætoris; quamvis indies magis sus fuscescerent, sedimen formarent, imo situm quendam, eæ priorum dierum saltem, contraherent. Sedimen urinarum quatuor priorum dierum lateri contrito, ut Hydropicorum sæpe est, simile fuit; reliquorum autem dierum substavam. Que

Quo tempore urinæ sedimen lateri trito simile, eodem tempore sebricula adfuit. Cortice actutum tunc dato, & febris cessavit brevi, & sedimen ruffum. Febriculam hanc pulsu, haud vero thermometro, cognovimus: hoc enim perpetuo calorem signavit naturalem.

Flatus post operationem affuere quidem, sed haud molesti. Dolorem a die quarto a Lumbis ad inguina tendentem questa est.

Quæ præcedentibus, & huic data emulfa funt. Mifcui cum Cortice Peruviano diuretica: hæc nihil operabantur; illius vero ope & febris filebat, & renafcebatur appetitus, fomnusque, & pectus liberum fuit, & ceffantibus antiquis torminibus Ventris, alvus quater, quinquies quotidie, cum levamine, commodeque, pofita fuit; vires tandem co creverunt, ut tota fere die extra lectum effe amaret.

Cum omnibus hisce emendationibus, lymphæ die 7<sup>mo</sup> reditum percepimus, ita ut tamen durum corpus, de quo supra, adhuc deprehenderemus.

Itaque duo morbi principes videntur adfuisse: alter pulmo debilis, ac, cum tussi, fæpius quid fanguinis sputis commisti, semel sanguinem purum floridumque, ejiciens: id quod a diathessi jam infantiæ, a repetita toties graviditate, partuque; nec minus a tot infantum lactatione, oriri potuisse facile capimus. Alter morbus, Ascites; quem in graviditate nona, a nimia per abortum hæmorrhagia eam reor contraxisse: qui & ipse Hydrops ascites, utrum a tumore quopiam præternaturali cujusquam in ventre visceris originem duxerit; an vero præter Asciten verus Hydrops Cysticus adesset, coram Auditoribus determinare non potui.

Crescente immaniter Ventris tumore, Paracentefin alteram suasi, viribus egregie constantibus: maluit

luit vero illa proprios repetere Lares, aptisque ibidem medicamentis uti.

Posthac sæpius se stitit coram, statum exhibitura suum, auxiliumque petitura: hyeme vero asperiore solus maritus venit. Tandem vi morbi victa maritum ursit, ut in sella gestatoria in urbem, & nosocomium, se se ferret; quo a me examinari, & sive medicamentis, sive altera Paracentessi, suis levari miseriis posset. Marito id renuncianti præ letali ejus debilitate dissus. Dies 17. Martii calamitatum finis fuit.

Die 18. Martii, elapfis 30. a morte horis, cadaver examinaturus acceffi, non modicam Medicorum ac Studioforum inveniens catervam. A diuturna ponderofi corporis decubitu, ab humorum putredine, vitaque diu minima, confumferat Gangræna lumbos, femora, nates: purpureusque color crura, ventremque, deturpabat.

Tumidisfimus sane ac monstrosus Aqualiculus fuit: extantibus cum Sterno costarum infimarum cartilaginibus plurimum extrorsum. Eratque adhuc ita tumidus tunc Venter, licet non in Paracenteseos loco, sed pone illum, facta sponte apertura inveniretur, qua liquor de ventre extillasset, jamque, moto pauxillum cadavere, ingenti jactu erumperet.

Spontanea hac apertura cultro dilatata, aqua copiofiffima profiliit, eaque limpida, fubflava, fætida admodum. Menturare eandem, ac ponderare, defectus in his ædibus vaforum, inftrumentorumque, vetabat.

Evacuatis illis, animus erat tumoris duri, quem in vita toties deprehendebamus, examinare originem, naturamque; verum nihil ei fimile reperiimus. Quid ergo Mulier, quid nos, dum videbamur ingens

gens ibidem corpus toties deprehendere, revera deprehendimus?

Cunctorum inteftinorum superficies gangrænosa apparuit. Ipsa vero intestina, in hoc spatiosifimo ventre, spatium haud majus, quam in parva puella explessent, occuparunt: Aquarum quippe prodigiofa moles intestina omni ex parte in parvam compegerat massam.

Sed antequam loco quidquam moveremus, obftupefcebamus eam gibbi Diaphragmatis altitudinem; quæ Thoraci, pro corde pulmonibusque locandis, vix fpatium relinqueret. Haud enim, ut fæpe, gibba Diaphragmatis pars mammarum æquabat altitudinem, verum una cofta in finistro latere, duabus costis in dextro, altior fuit: Sic ut Cor ad jugulum fere hæreret, Diaphragmate æque altistimo, quo loco ad Pericardium connascitur, quam alibi.

Aqua haud Inteftina duntaxat, fed & Ventriculum, & Jecur, & Splenem, versus dorsum compresserat sic, ut ipsa hæc aqua ante omnia hæc compressa viscera, interque eadem & trusas extrorsum infimarum Costarum cartilagines, musculos abdominales monstrose expansos, elatumque valde diaphragma, amplissimum sane spatium occuparet.

Quamvis brevis adeo Thorax, inferius scilicet plurimum repandus, nihilominus præ Diaphragmatis altitudine jecur totum intra Thoracem delituit; lobo majore dextrum, mediaque parte finistrum, non dico Epigastrii, aut Hypochondriorum, verum ingentis illius cavi, ab elato Diaphragmate formati, omnino explens. Vid. Tab. II. Fig. IV. Lit. H.

Hepar pallidum totum; & dum discinderetur, non tactu, sed visu, apparuit granulosum.

Modice plena vesicula fellea duriusculi quid intra se gerere credebatur; perscissa autem bilem exhibuit, non spissam modo, sed & grumosam, & ut High

Hippocrates Bilem atram depinxerat, fæci olei fimilem.

Splen magnus valde ab aqua quoque versus postica pressus, pro maxima parte infra lobum finistrum Jecinoris locatus erat; mollioris ille substantiæ, digitisque in pultem facile conterendæ. Lit. G.

Ventriculus magnus sub conspectum non venit, nisi Colo Intestino remoto; sic ut oblique deorsum tenderet inferiore valde abdominis loco: id quod facile ibi fieri potuit, ubi Ventriculus Diaphragma, hic non elatum, pertransit, Oesophago pollicem & ultra infra Diaphragma elongato; ut pluries in cadaveribus observamus, & ut clarus Vir Morgagni haud raro observavit. Lit. F.

Colon, cæteraque Inteftina, in locum, id quod mox monui, longe arctiorem, collecta erant, cunctaque livebant: tenuia parum, imo folito minus, expanía; Colon vero valde amplifimum a Cæco usque ad plexum in finistro latere ad C.; ubi vero de suo plexu devolvebatur, ad D. angustius inaniusque fuit: Nec flexum Hepaticum, nec Lienarem fecit, at vero sic decurrebat, ut ad A. ex Cæco Intestino oblique ascenderet ad B. inde oblique finistrorsum ad C. quo in loco supra se fe reduplicatum erat: emersum function ad latus lævum abdominis extremum, sed secundum Lumborum spinam deortum tendebat, formaturum ad E Intestinum Rectum.

Boni Renes: Ureteres folito multo ampliores.

Uterus teminæ, quæ decies pepererat, illo Virginum haud major erat: Ovaria bona. Monftrofum fane faccum apertus totus Aqualiculus referebat: & moles omnium Inteftinørum ad fefe mutuo compactorum, vix molem inteftinorum pueri æquabat. Laminæ perfeiffi crucialiter Peritonæi, in latera reflexæ, explebant fere totam latam valde Tabulam, in

in qua Cadaver repositum erat; quod, quoad ejus facere potui, in Figura exhibui. Quamobrem eo magis doleo nos, præ vasorum desectu, effluentium aquarum mensuram, quæ omnem sorte fidem superasser, capere non potuisse. Vide Lit. KKKK. Quæ autem Literis II. notantur, sunt oblongæ ac leves eminentiæ, quæ a retrosseris cum Peritonæo integumentis formabantur, formantes quasi latera abdominis.

Atque hucusque Diaphragma infolitam fuam fervabat, quam prius mirati fueramus, altitudinem : dum vero Thorax incidebatur, mox idem quadam veluti vi deprimebatur: quin & albidi valde Pulmones fpatiofiorem longe locum mox occupabant. An pulmonibus in flatum violentum compressione redactis, ca infedit, superfuitque, expandendi se, atque naturalem in molem se ampliandi, potentia?

Numquid athmosphæricus aër, glottide in Pulmonem illapsus, mox ab ablata externa pressione, cousque extendit eundem?

Modica finistri Pulmonis cum Pleura cohæsio, dextri nulla; id quod in compressione adeo forti, & diuturna, vix expectari potuisset.

Paucæ guttulæ rubellæ in toto Pericardio.

Cor dextrum primo incifum, congrumato fanguine plenum fuit; lævum quoque, fed dextro minus.

Hydrops igitur fuit Afcites, a nimia quidem cruoris in Abortu jactura ortus, qui una cum infequente mox graviditate inchoans, cum graviditate aliquantum, post partum vehementer auctus, remediisque haud aufcultans, Paracentesi evacuatus quidem, sed, causa remanente, renatus fuit. Aqua hæc, Paracentesi educta, non plastica, ad ignem sere evanescens tota in auras, haud tamen putrida, putredinem valde sero contraxit; quemadmodum & Urinæ, post Paracentesin missa, folito tardiorem contraxere putres

#### JOG DE VARIO HYDROPE.

tredinem. Ipfa hæc Hæmorrhagia ut caufa, quemadmodum vitalem liquorem ita profundit, ut demum fensorio communi deficere videatur id, quod Nervorum prospiciat actionibus; fic quoque vafa eandem ob causam debilitat, redditque desidia in agendo. Unde humorum tenuium, haud compactorum. pars aquofa per flaccida, defidiaque vaforum ofcula, in cava corporis effunditur; ibidemque, quod vafa inhalantia ad reforbendum inepta fint, colligitur, ac ventrem explet. Eductis his Paracentesi aquis, defuit tamen Sanguini id, quod Cerebro debuiffet dare: mansit flacciditas vasorum, inertiaque talis, ut ne optima quidem Cardiaca & replentia, & adstringendo roborantia, apta hisce vitiis reparandis eousque fuerint. Unde mox novus oriretur tumor necesse fuit. / Hunc forsitan altera, tertia, compluresque Paracenteses, sustulissent; ita ut fic vel mors procrastinata fuisset, vel etiam, auxiliis aptis solida fors reftaurata, inque sua fluida rite agentia, penitus hanc Hydropis causam delevissent. Jam vero Paracentesi neglecta, aquæ eousque ventrem inundarunt, omniaque impleverunt, ut viscera vitalia ad suam functionem redderentur inepta; ut Intestina compressione fierent gangrænosa; ut gangræna etiam a defectu circulationis oborta, corporis extrema corrumperet, & fic denique ægra summis pectoris anxietatibus, viriumque defectu. suffocaretur.

Superest ad duri tumoris, & ab ægra, & a nobis, toties percepti, ac nulla sui in cadavere vestigia relinquentis, examen nos convertamus. Possibilene est molis corpora tantæ, sponte scilicet sua, fatiscere sic, ut nullæ corum reliquiæ, nulla omnino vestigia, postmodum advertantur?

Ad hanc quæstionem ut respondeam, Historia enarranda alia est; postquam duos hosce parietes una fidelia dealbare conabor.

6. V.

S. V. Mulier a die 17. Maij, anni 1757. ad medium fere annum 1759. nos fæpe convenerat, varia variis conquesta diebus, dolorem autem præcipue, pondusque in medio Epigastrio perpetuum ; postquam pluribus antea annis codem in loco non, nifi imminente Mensium fluxu, doluisset: pondus hoc durum fibi videri, tendi nonnunquam, volvi, moverique, aliquando in duos tresve globulos divisum fibi visum effe, &c. Gravida interim facta, ultimoque graviditatis tempore miserrime habens, die 17. Jul. 1759. in Nosocomio peperit: qua occasione de morbis gravidarum, parturientium, puerperarum, atque infantum, publice egi. Tempore postremo graviditatis, ipso in puerperio, postque idem, dum illam propter infantis incommoda aliquot septimanis in Nosocomio detineremus, hoc de pondere, atque dolore, vix conquesta est. Brevi autem postea, siquidem lactare infantem non posset. cum redeuntibus mensibus periodicum hoc pondus, atque dolor redierunt, & cessantibus tandem, præ annorum L. ætatem, Catameniis, denuo afflixere perpetui.

Tandem anno 1764. mense Septembri, gravi ex alto in Ventrem casu, validam Hypogastrii contufionem passa est, enormemque dolorem, ad quem non modo nullum auxilium adhibuit, fed &, ad quem summa paupertas cogebat, laborem, ligna in ftam. contegnationem quotidie ferendi, perrexit. Victa demum morbo, lecto commisit se, alvo ab octiduo carens, quam demum fale amaro solvisse se ait. Conquerebatur per Epigastrium tubera nodosque, veluti concatenatos, initio percepisse se; in Hypogastrio autem, quo tempore aut alvum, aut urinam, aut flatus, emissura esset, adeo vehementes dolores expertam esse, ut quos toties enormes passa crat partus dolores, cosdem longe superarent. Ad hæc

hæc omnia tandem universi Abdominis tumor accessit. Totoque hoc tempore somnum vix oculis viderat, vix appetiverat, nec nisi urinam paucissimam crudelissimo cum dolore miserat unquam.

Duodecim diebus a lapíu exactis, venit demum Maritus in nofocomium, petiturus auxilium. Vix rem ex illo capiens, palliantia quædam præfcripfi, & omnem operam navavi, ut in urbem ac nofocomium deferretur. Die 4. Nov. huc delata eft. An motu currus effectum id, ut urinam, quam toto hoc tempore nonnifi guttatim, dolentiflimeque reddiderat, copiofam nunc, minusque dolorificam, ac pleno jactu, ex quo in Nofocomium fuícepta effet, emitteret?

Ventrem examinavimus actutum. Conspectu ille externo, tactuque, tubera & inæqualitates duras, Tympanias in morem, nobis exhibuit; sonitum vero Tympanias non dedit, sed obscuram potius Ascitis fluctuantis ideam. Non fitiebat, nec cruribus tumebat. Itaque Ascitis atque Tympanitidis suspicio erat; ast dolor tantus, & ante casum ab alto, & post eundem, perceptus, non solet horum alterutrum aut a principio, aut perpetuo, concomitari; præcipue ad Vesicæ, Rectique Intestini, excretionem. Anxia quoque pectore perpetuo fuit, nec lecto decumbere unquam, nisi elatiore pectore & capite, potuit. Tuffis frequens aderat, sputaque glutinosa. Alvus perpetuo dolorifica & dysenterica; flava quidem ac pultiformis, posthac vero tenesmoidæa, cum muco non pellucido, fed lineis fanguineis notato, quibus Recti successit prolapsus. Frequenter nauseat. Aquarum fluctuatio sensim manifestior fit.

Ex principiis artis de Paracentesi hic cogitandum non erat, sed pro crebritate ac varietate symptomatum, sæpe contraindicantium, agendum. Varia dedi-

dedimus ad ea quæ potifimum urgerent, iisque folamen multum, instabile tamen, conciliavimus. Et cum in Hydropis cura tantopere laudaverint cum Prisci, tum recentiores Medici, clysmata urinæ five Ovium, & Afinorum, ut Avicenna; five Vaccarum, ut plures Moderni; five etiam hominum, ut Valeriora; qui Lib. 1. Obf. 2. " enema ex im-" puberis pueri urina parabat, cocta cum tantillo " fermento panis, seminis Carthami, cum melle , despumato, eoque mirifice Hydropem allevari , testatur : nullo enim magis, quam hoc, detu-" mescere ventrem, aquola excerni, & flatuofa " discuti, æger sentiebat: estque hic, inquit, Cly-, ster mihi in ejusmodi affectibus familiaris, atque , probatus. " Et in Actis Acad. Reg. Sc. Parif. anni 1707. clarus L'emmery multa de Juvencæ urina. commentatus eft, variasque attulit ad hujus usum conditiones. Michelottus quoque apud ill. Morgagni afferebat " Juvencæ urinam fibi feliciter, nec se-" mel, adversus Anafarka ceffisse. " Et ipse Morgagni Epist. Anat. Med. 38. , hanc medicinam ani-" malem petenti ægro conceffit, & ore quidem as-" sumendam, quæ principio quandam ipsi ebrieta-" tem concitavit, sed non, quam prioribus, utili-», tatem. "

Duo præterea Viri expertifimi extranei, hanc noftram ægram invifentes, Vaccinæ urinæ enemata fummopere commendabant, pulcerrimis id experimentis edocti. Unde intra octiduum quater ejusmodi clysma injici curavi; fed deftiti, cum nullam evacuationem notabilem promoveret, & fingula vice vehementer dolorem augeret. An forfitan malum provectius, quam ut admitteret medelam?

Mense Januario 1765. major, quam unquam, ventris tumor, ambitu quidem mollior, in medio vero longe durior, & quidem sic, ut in hoc medio Dd 2 durum

# AIO DE VARIO HYDROPE!

durum corpus ineffe perciperetur, quod dextrorfum sinistrorsumque extendens sese, in dextro tandem Hypochondrio terminabatur. Ardor illum ac dolor comitabantur. Sed jam cum tumore strepitum validum plures Medici, ac Medicinæ studiosi, mecum integro adverterunt octiduo, quo elapío, ultra perceptum hujus nihil. Acceflit Hydrops intercus. Pectore quoque dolens ac tufficulosa toto quidem morbi tempore, circa vitæ vero finem cum maxime fuit. Gangrænam intestini elapsi, eamque natium, lumborum ac scapularum, licet tribus ultimis vitæ septimanis ægra nunc inscia, nunc involuntaria, lectum putridis fecibus continuo conspurcaret; nos tamen, mutato lecto creberrime, inungendo bis die cunctas, in quas decumbebat, partes unguento, quod ex albumine ovorum cum spiritu Vini paratur; & admoto ad inteftinorum prolapfum decocto corticis Peruviani, feliciter præcavimus. 20. Martii obiit.

De morte certi Anatomen, transactis 16. ab illa horis, fecimus, mirati externum corporis, internumque vifcerum abdominalium calorem; quamvis cadaver mox a morte in frigida admodum cavea depofitum fuiffet. Doleo me antea non exploraffe cadaveris ope Thermometri calorem, nec illum, aperto ventre, vifcerum: unde forte detexiffemus, quo usque calor, quem fæpius fere naturalem, bihorio poft mortem, deprehenderamus, etiam hic fedecim a morte horis cadaveri, faltem vifceribus ventris, perfeveraffet.

Libras xiv. lymphæ ex ventre eduximus, quæ ex albo fuscescebat, ac plures fuscas pseudomeninges gerebat; ubi autem aliquantisper steterat, gelati quid in superficie sua habebat: In portione Libr. V. postremo educea, separatis vasis excepta, inerat multum gelati, ei consimilis, quod in educto de venis

venis fanguine, dum in compactam crustam non formatur, semipellucidum, ac sæpe copiosum, contegit crassamentum sanguinis.

Sed Pfeudomeninx alia nostram mentem figebat. Non enim, ut affolet, flava erat, sed plane rubra, tenuia intestina tegens, extendens sefe supra Colon, ipsumque Jecur, quo usque hoc viscus, ut mox patebit, non erat cum vicinis partibus connatum: emittebatque de sese processum, qui ad Mesenterii centrum, & alium, qui ad Lienem sese affigens, secundum posticum Coli latus in pelvim descendebat.

Hepar concretum undique cum Diaphragmate furfum, & a poficis, anterius cum Peritonæo, deinde cum Colo, ipfoque cum Ventriculo; excepta plaga quadam in ipfius, nempe Jecinoris, dextra parte, aliaque fub cartilagine mucronata. Concretio hæc fortis, ac membranacea fuit, hinc vi, illinc non nifi vifceris dilaceratione, folvenda. Ruffum Jecur erat, totumque granulofum.

Ventriculus ab Hepate connato folutus, ad Pylorum duos in ambitu pollices durus erat, tuberolus, feirrhofus, hie tres, ibi quatuor, alio iterum in log co fex lineas craffus.

Coli fuico-purpureus color.

Ren finister durus; dexter tota sua corticali substantia cartilagineus.

In vesicula fellea pauca flava bilis, & calculus unicus, asper, fere rotundus.

Uterus exiguæ admodum cavitatis, substantia sua nonnisi durum cartilagineum corpus.

Circa pelvim intestinum Colon firmissima, ac membranacea concretione cum Intestino Recto coaluerat, & contractum glomerem cum omnibus, quibus adjacebat, partibus, referebat, fic ut hic omnino immobile hæreret.

Dd 3

Pul-

#### AIL DE VARIO HYDROPE.

Pulmones ambo cum Pleura, cum Diaphragmate, cum Pericardio, Mediaftino, mutuisque inter fefe lobis, firma ac membranacea concretione, unicum veluti corpus componebant: finifter poffica parte gangrænofus totus. In una aliave non connata plaga Thorax uncias aliquot lymphæ collectas gerebat, Modica in Pericardio aqua. Cor fuo apice cum Pericardio connatum erat ope proceffus fere cartilaginei, tres lineas craffi, digitis non dilacerandi. Cordis dextri fubftantia tenuis, ac flaccida; finiftri digitum craffa, atque ita compacta ac folida, ut abfolute non videatur contrahi potuiffe: maffam quippe referebat præ duritie vix flexibilem. Sanguis grumofus in codem, quam in dextro, multo copiofior.

Igitur Hydropem Afcitem invenimus, adeo vero mediocrem, ut ventri admodum extendendo par non fuerit; ita ut alias caufas inquirere tanti debeamus tumoris, tantorumque phænomenôn, quæ cum in viva, tum in denata, circa ventrem animadverterimus.

Ac primo quidem ex tota historia morbi evidens fit ventriculum omnium primum se male habuisse, & ex obstructione, vel ex rolione acrium lenta, in enormem hance crassitiem, perfectumque denique scirrhum degenerasse.

Sed hujus mali fedes prope Pylorum inventa est. Notemus hic 1<sup>mo</sup>. Ill. Hoffmannum ejus sententiæ fuisse, ut in Cardialgiis Pylorus & potius, & primario, afficeretur. 2<sup>do</sup>. Optimum Morgagni censere haud quidem omnes, sed plerasque chronicas ventriculi degenerationes, sexulcerationes, indurationes, atque sententiones, in ea ejusdem parte reperiri solere, quæ pone pylorum est Epist. Anat. med. 29. Quare a vero haud alienam esse Hoffmanni censet sententiam. Multa quoque nobis suadent duros pendulosque tumo-

mores in cadaveribus prope pylorum inventos, plerumque oriri a laceris, & calloforum ibidem ulcerum membranis, corumve reliquiis degenerafcentibus.

Porro ajebat femina a decennio se in medio Epigastrio pati: ac primum quidem periodice ad menfium tempora: fic ut bene fluentibus illis, dolore, tumore, pondere, anxietate, flatu, nausea, careret; menstruis vero propter ætatem cessantibus, se hisce incommodis perpetuo excruciari. Prava ventriculi conditio principio exigua, atque paulatim duntaxat aucta, ad menstruam plethoram, motumve, potifimum irritata fuit, eaque foluta, quievit: at vero malum indies crescens deficientium Catameniorum tulit omne pondus; co profecto modo, quo aliis atque aliis feminis, aut caput, aut pectus, aut lumbus, aut intestinum, aut uterus, aut vesica, a ceffante motu menstruo potisimum afficitur. Eamque ob causam, & antequam illa ad nos veniret, & quamdiu apud nos fuerit, ac præsertim postquam lapfus in ventrem violentus hanc partem gravius affecerit, dolor haud ultra periodicus, fed continuus fuerit, oportuit. Atque hæc fi fic fiunt, secundum leges ordinarias, secundum communes fiunt observationes. Quod ideo noto, quia lege plane extraordinaria deprehendimus homines nunquam aut hæc, aut similia, in vita esse conquestos, quorum tamen cadavera & has, & his deteriores degenerationes, feu in ventriculo, seu prope eundem, seu in visceribus aliis, dudum habuisse, pluries demonstravi.

2<sup>do</sup>. Caufam aliam capimus, ob quam mulier dolorem dolentem in medio Epigastrio primum periodice, tandem continuo, perpeti debuerit. Actionem ventriculi, contenta versus pylorum promovendi, perturbari magis oportuit magisque, partis hujus indics augescente rigiditate, atque crassitudi-

Dd4

ne,

ne, ab accedente primum plethora menstrua, seu universali, seu saltem uterina, postmodum ab cadem plethora jam continua. Mirum proinde hoc non est, quod amplificaretur ventriculus, quodque magis induresceret; eo quod contenta in se edulia, potum, aëremque, diutius longe debuerit retinere, antequam per cam induratam sui partem, perque arctatum transmittere potuerit pylorum. Nausearum hinc intelligimus, molestorumque flatuum, quos conquesta totics fuit, originem.

3<sup>tio</sup>. Ab ejusdem ventriculi cum jecore & colo, cohæfione, actio ejusdem digerens, mifcens, movens, compingens, atque ad pylorum determinans, vehementer impedita, exposita mox symptomata multum augere debuit.

4<sup>to</sup>. Sed cur plures nonnunquam tumores, catenatim veluti invicem nexos, loco inftabiles, & conquesta illa est, & nos aliquando tactu percepimus?

Tactu, visuque, Tympanitidem sæpe videre videbamur, eo tantummodo desiderato, qui Tympanitidis est, sonitu. Sed lympha cum Tympanitide præsens, suique præsentiam fluctuando notans, an non sua interpositione suffocavit sonitum? Credibile. Itaque cum intestinum colon, prout in cadavere patuit, ea emetitum spatia st, in quibus duri illi tumores observabantur, merito credimus colon hoc sæpe in globos tympaniticos, & quidem nunc in medio ventre superiore, nunc dextrorsum, deorsum globorum perceptionem creasse tangentibus: idque prosecto co magis, quo hoc ipsum colon cum ventriculo & hepate firmius esset connatum, hincque sua stione plurimum turbatum.

5<sup>to</sup>. A caíu in ventrem gravislimo, contusio, & inflammatio ejus Coli partis, qua in gyros convolutum supra principium Recti inventum suit, immanem il,

1. 1.4

illum effecit, quem Anamnelis refert, dolorem: & quia inflammata pars, quod non perspiret, cum vicina coalescit, ac fortiter cohæret, actio omnium harum partium læfa fuit. Inde ea dolorum fævities, quando tanta vi diaphragmatis, & abdominalium musculorum, ad exitum fæcum, flatuum, & urinarum, per coalitas hasce partes promovendum, opus erat; & quando Colum in fua actione Rectum, hocque vicifim illud, in expulsione sua materia dittrahebat, ac vellicabat. Quippe dilacerationi fæpe proximas fuisse hasce mutuo adeo coalitas partes, in egerendo necesse est. Præterea externa recti intestini tunica cum illa coli connata cum esfet, interior ejusdem tunica cedere impetui debuit, anoque prolabi: unde etiam, dum nonnunquam alvus & urina & flatus commodius redderentur, inteftinum hoc non prolabebatur. Quoad dolorem autem in reddenda urina, licet cum ceteris Vefica haud coaluisset, actio tamen respirationis ad mingendum necessaria, dum æque in intestinorum concretorum glomerem pressit, quam in vesicam, etiam mictus creavit dolorem.

6to. Undenam strepitus ille, quem tangendo toties, primum ad coli principium, deinde paulo elevatius, idque non externe, sed profundius in abdomine, clare percepimus?

Strepitum ejusmodi raro, nisi ab aere in crassa alicubi materie, aut in cellulofitate, diffuso, percipere folemus; non enim memini me aut proprio experimento, aut lectis didicisse Autoribus, aëra in cavo intestino tympanitico, aliove cavo majore, strepitum edidisse: non enim strepitum vocamus Borborygmorum murmur. Unde credibile est emphyfema tunc temporis inter varias inteftini membranas adfuisse; idque vel ideo a morte non patuisse, quod diu ante mortem cessante strepitu, intestino-Ddr

rum

rum membranæ, abeunte aëre, iterum collapíæ esfent, & fic ne aëris quidem vestigia servare potuerint.

7<sup>mo</sup>. Quid de mira illa Pseudomeninge cogitandum?

Si revocemus nobis in memoriam, quo pacto omnes illæ pfeudomeninges, a transpreffo fero fanguinis visceribus atque membranis circumfuse, nafcantur, haud multum laboris hæc explicatio habebit. Notavi fuo loco in lympha, ventre educta, gelatam materiem, eamque copiosam, apparuisse: videtur proinde ex arteriis viscerum abdominalium exhalantibus multa materies, ejus, quæ alias crustam inflammatoriam facit, simillima, exhalasse; visceribus autem pro more minime concrevisie, quod aqua undique alluens, concretionem ad viscerum superficies prohiberet. Igitur exhalans hoc inflammatorium ferum in lympha fluitavit; eodemque modo, quo eadem lympha in vitris nostris quiescendo collectum hoc ferum exhibebat, etiam idem ferum, in vita feminæ in aqua fluitans, videtur in diuturno decubitu fundum lymphæ petiiffe, visceribus incubuisse, & fic pleudomeningem illam cum omnibus fuis proceffibus genuiffe.

Regeres cum pseudomeningibus ad viscera, membranasque adnatis, non inveniri commistum cruorem, adeoque, quæ data fuerit, solutionem, non satisfacere: respondeo quemadmodum viscerum exhalantia vasa, ut pro rore serum sanguinis inflammatum transfudent, multum dilarentur sit necesse, ita eadem, gradu dilatationis uno majoris, globulos sanguineos transmittere: qua unica ratione explicatur quoque sudor sanguineus, quo nonnulli in plena fanitate ad axillas laborent, & quo quosdam a metu ingenti, hosque inter Sanctimonialem, ab invadente milite stuprum metuentem, toto corpore perfusos fuisse,

fuisse, Historia refert. Vide Schenckium, aliosque. An non peripneumonicorum, pleuriticorumque sputa, lineis sanguineis notata, codem modo explicari queant? Unde neutiquam miror amplæ huic pseudomeningi tantam adfuisse cum flavo rubedinem.

Inftabis ultra confideratione mulieris temperamenti, quod a tot tantisque chronicis ærumnis in Hydropem quidem convertum, a ftatu autem inflammatorio alienifimum fuerit. Sed refero in majoribus obstructionibus, viscerumque compressionibus, fanguinem liberis in vasis comprimi, densari, compingi, disponique ad inflammationem qualem inflammationem videre quandoque est in fanguine Hydropicorum, qui vel tecta imprudenter vena, vel narium profunditur fluxu, vel ventriculo, pulmonibusve, eructatur.

Confirmavit hanc experientiam meam ipfa hæc nostra Mulier; dum, nona & octava septimana ante mortem, ab ingente febre, eademque continua, & ab intolerabili anxietate, præsentissimo in mortis periculo versans, nec alio sublevanda auxilio, terna fanguinis miffione modica ab interitu veluti refurgeret. Sanguis enim fingula miffione craffe compactus, crustam nobis exhibuit duram admodum, ac flavam, valdeque contractam. Tandem íputa, quovis die, pluribus ante interitum septimanis, nonnunquam partim, nonnunquam tota quanta puriformia, absque ullis Pulmonum vomicis, tuberculisque, inventis, hanc perennem diathesin sanguinis inflammatoriam oftendunt, evincunt. Verbo, membranas denfas, ac flavas, fero coagulabili inflammato genitas, haud fecius eorum in cadaveribus invenimus, quos lenti, quam quos acuti morbi, sustulerint.

Attentionem autem nostram excitat sputorum, alvi, atque urinæ, pluribus ante obitum septimanis,

nis, quotidiana Coctio, ac veluti Critica evacuatio; dum interim, in pejus labente de die in diem ægra, cunctæ hæ evacuationes veræ coctionis, crifeosque, notis caruerint. Profecto in morbis acutis, atque in inflammatoriis, hæc nesouna un nesvorra, ut ca Galenus vocabat, ne tuta crederemus, totics nos monuit Hippocrates, nisi reliqua bona signa una adeffent. Videtur autem fic cum hac re comparatum. effe: inflammatoria fanguinis Diathefis, nata a morbo acuto, morbo coquitur, vinciturque fic, ut ultra non adfit. Diathefis eadem nonnullis fanis naturalis, morbo acuto aucta, vi acuti morbi catenus aut resolvitur, aut critice expellitur, ut id, quod ab acuto morbo antiquæ diathesi adjectum fuerat, deleatur; ea ejus portione superstite, quacum olim in idioouvageola tali affuerat fanitas. Nata tandem in corpore eadem diathefis tota præternaturalis, fed ita abundans, ut, quantumvis sputorum, aliarumve excretionum, ope evacuetur, nihilofecius inexhaufta persistat; nihil emendationis affert, & demum corpus peffumdat. Exemplis pluribus Ratio medendi hoc demonstravit.

Atque ita problemati §. proxime præcedentis, cui post relatam hanc morbi, atque Anatomes, historiam, responsum distuleram, abunde me respondisse reor. Causa nimirum intelligitur, cur tumores, iique & majores, & plures, ita disparere suapte sponte queant, ut postliminio sive in vita multos annos sana, sive etiam perpetuante se morbo, sive denique in denatis corporibus, nullum sui vestigium exhibeant. Unaque ex hisce liquet, haud quaquam omnem esse infanabilem Tympaniam; quandoquidem in utraque hac ægra, in utriusque miserabili, brevique perituro corporis tabernaculo, sponte concidit. §. VI. Anno 1765. medio Augusto Puellam 16. annorum examinavi, torosam, optimi coloris, rite men-

2112

menstruantem; quæ ab aliquot retro mensibus, in plena sanitate, paulatim tumefieri orsa, plurimum jam tumebat. Tumentis abdominis expansio inæqualis tympanitidem quidem referebat, aft, qui tympanitidis indicium est, sonitus deficiebat. Defiderabatur quoque ea, quæ Hydropen Afciten defignare folet, fluctuatio. Tribus poltmodum Mcdicis, præclaris in arte Viris, mihique, Puellæ repetentibus examen, obscurior quædam animadversa fluctuatio est. Dixi Hydrops fi fit, eum cysticum effe, quam diagnofin dudum ex ejusmodi ægris, quorum cadavera poftmodum incideram, didici, quamque postmodum a Cl. Morgagni Epist. Anat. med. 38. §. 67. 68. 69. 70. 71. multiplici obfervatione confirmare vidi. Nullum enim hic dubium, utrum Cyfticus effet hydrops, fi revera hydrops esfet, an vero illa hydropis rarioris species, quæ inter Abdominis musculos, atque Peritonæum fit: ut feq. §§. clare patebit.

Fluctuatione manifestiore indies percepta, Paracentesis decreta in confilio fuit, ac die 29. Augusti instituta, finistro in latere, in sacci cujusdam majoris veluti fundo: dixi enim supra, ventrem inæquali extensione loca eminentiora, ac depressiora exhibuisse.

Prodiit aquæ fuscæ, turbidæ, non fætentis, copia mensurarum quinque, 20. Librarum medicarum. Nihil ultra educi potuit. Neque subsedisse venter nobis visus est. Nullus unquam fætor in singulæ Paracenteseos lympha, spatio 24. horarum conservata, observatus est.

Die 1. Septembris fimilem copiam ex prominente loco lateris dextri eduximus: inodora lympha fuit, fed minime turbida.

Finiente Septembri in finistri lateris prominentia facta paracentesis, haud ultra tres mensuras evacua-

re potuit aquæ turbidæ valde, inodoræ.

Cum altero die Epigastrium universum vehementer turgescere deprehenderetur; quamvis visu, tactuque, communicare inter ses utriusque lateris aquæ viderentur; instituta quarta paracentes est in dextro latere, paulo altius, plusque versus lineam albam, quam antea. Educere non potuimus plusquam tres lymphæ inodoræ, pellucidissimæ, ac straminei coloris, mensuras.

Iterata fic quater operatione, lymphæ, dextro de latere femper limpidæ, de finistro perpetuo turbidæ, Libræ 64. cum aliqua considentia ventris evacuatæ sunt. Color interim, vires, appetitusque, boni.

Senfim tamen urina inquietudinem pariebat. Toto tempore morbi in Septembrim usque, urina copia debita, conditione fana, reddita erat; jamque cum dato vino fquillitico & longe profusior urina prodiret, & longe prominentius abdomen redderetur, conclusimus diuretica attenuando & ad renes determinando agentia, in hydropicas cystides, veluti legibus vix ultra subjectas circulationis, non agere ultra; agere in humores corporis fanos, in quos folos agere non debuissent : valedicendum itaque esfe hisce, quæ quo operantur potentius, eo plus, humores dissolvendo, augent hydropem. Neglectus hujus observationis innumeros ægros ante diem, humano more loquendo, perdidir.

Dixi mox Cystides hydropicas legibus circulationis vix ultra fubjectas esse esse aliquem tamen locum adhuc superesse, unde sanies, ichorve, intra sanguinem absorberetur, urina indicavit: hæc enim Septembri mense, eoque sere integro, turbida suit, ac crassa, opaca, ex albo quandoque leviter subcærulescente pellicula tegebatur, sedimentumque deponebat surfureum: medio autem Septembri sætor,

15-

isque ingens sæpe, adjunxit sesse; ita ut urina quo missa momento erat, cum aceto effervesceret. Qua de causa conclusum est corpus potu *Limonada* dicto, quem ægra vehementer amabat, implere; Kinamque porrigere.

Parciori Corticis dosi minime auscultans fætor, tandem mense Octobri liberaliori ejus dosi disparuit omnis.

Interea totus venter tumidior fit, absque ulla, hucusque imminuta ventriculi, pectoris, viriumque integritate. Vide hic iterum Epist. 38. Morgagnianam.

Ventre igitur longe tumidiore, ex facco eminentiore lateris dextri eductæ funt XI. Libræ aquæ limpidæ, atque inodoræ: biduoque post de lævo latere aquæ fuscæ & turbidæ Libræ XIV. Posserioris paracenteseos hujus vitrum prius nonnihil fætebat, reliqua minime. Ventre æque turgescente, Puella omnes functiones comedendo, respirando, gradiendo, optime perficere pergebat.

Die 4. Jan. 1766. in confilio decretum fuit septimam instituere Paracentesin, in eoque eorum opinio prævaluit ut, lympha educta, saccus injectione aquæ hordei mellitæ elueretur, & ab adhærente ad ejusdem parietes muco vel sanie detergeretur; ut optimis Parisiensibus Chirurgis moris else Tomus secundus Acad. R. Cb. fidem facit. Utque etiam cannula bene adaptata, & firmata, qua lympha & mucus jugiter extillare posset, in vulnere maneret. Hoc ipso die hæc omnia tentabantur: quin & vacuo Siphone aërem sæpius ex vacuo aquis sacco extrahere tentatum est.

At vero, quod ab illis, qui non abiverant in hanc fententiam, prævifum erat, ilico contigit. Elapfo fcilicet trihorio dolor ingens oboriebatur, ac febris valida. Hinc protinus educta cannula est, febrimque, quæ perseverabat, deinde cortice peruviano, qui

qui una posset metuendæ gangrænæ prospicere, abigere conabamur.

Die 14. Jan. Ventre ubique, ac superius maxime, turgente, octava paracentesis facta est sinistri lateris, qua non plus tribus libris turbidæ, multumque mucaginosæ materiæ, educi potuit. Tentata iterum sacci detersio, aërisque eductio.

Ex septima autem Paracentesi dolor ventris, sebrisque continua remittens, ægrotam perpetuo vexarunt, quamvis continuo Kina uteretur. Paucas urinas minxit, easque cum copioso ruffo, rubrove, fedimento; appetitu plane destituta, noctes insomnes, anxiasque transigens, quantumvis paregoricis usa, & inexplebiliter fitiens. Ita ut, febre, bis ad 10. matutinam, tertio die ad meridiem, cum horrore, ac vomituritione, ingravescente, demum die 27. Jan. piam animam creatori redderet.

Elapfis 24. horis, cadaver aperuimus. Inducto instrumento per cicatricem Paracenteseos, aut prope illam, materiem partim purulentam, partim glutinosam, eduximus. Aperientes hunc finistri Hypogastrii faccum secundum ejus longitudinem, deprehendimus eundem omni ex parte liberum, præterquam ad peritonæum, quocum vagis, sortibusque fibris, cohærebat. Quibus fibris, ut & iis aliorum faccorum, dissolutis, universum abdomen denudavimus, quo conspectui omnia paterent.

Sed turbatum parumper examen fuit. Quo expeditior Anatome fieret, abdomen Chirurgi perforaverant, ut eductis aquis mox paterent contenta ventris. Animus autem mihi fuerat accurate explorare, utrum Hydrops Cyfticus folus, an quoque Afcites adeflet? quod haud inepte quis ex aqua limpida, quam ex dextro latere femper eduxeramus, fufpicari poffet. Jam vero elabente ex facco pertufo aqua, corpore fimul in latus, anterioraque, reclinato,

to, incertum plane fuit, utrum aqua, quæ paracentesi cadaveris prodierat, effluxisset per cannulam omnis; an vero etiam faccum inter Peritonæumque, quocum facci laxe tantum cohærebant, furtim ses infinuasset. Impediebamur inde quoque examinare num injectio detergens non etiam parte sui effusa in ventrem effet.

Peritonæo toto usque ad margines costarum ablato, nihil ab ima pelvi, ad diaphragma usque, excepto eo, quod primo intuitu credebatur Hepar esfe, nifi unicus, ast tumore vario inæqualis faccus, ventrem videbatur explere : quæ inæqualitates in vivente nobis veluti totidem facci esse apparuerant : videbaturque totus ille, ingensque faccus, fuam ducere ab uno Hepate originem.

At vero propius omnia intuiti, reperiebamus rem longe alio modo fe habere: Hepar nempe intra costas delitefcere totum, quodque Hepar credideramus, esse peculiarem faeci tumorem.

Saccus porro qui, ut supra relatum, vagis productionibus, potissimum prope umbilicum, pauloque altius, cum Peritonæo concreverat, lata valde basi versus pelvim cohærebat cum uterino systemate.

Unde faccum universum cum utero, tubis, ovariis, e ventre folvimus. Apparuit tunc evidenter adhæssionis sacci principium ad mediam sundi uteri partem inchoare, cohærere deinde cum mesenterio, cum peritonæo ad ossa pubis, ad musculum psoam & iliacum internum, ad nervum, vasaque cruralia; terminari tandem digito lato a dictis musculis, dextrorsum.

Uteri collum oblongum admodum; finistra ejus cavitas naturalis capacitatis; dextra in parte, concretis parietibus, cavitas nulla: quam ob rem nec ibi vestigia tubæ. Sed neque finistro in latere, ubi uterus ceterum naturaliter se habebat, tuba patebat. E e Ovas

Ovarium finistrum naturali duplo majus, cartilagineum, scabrum, scirrhosum, una denique infigniore, pluribusque exilioribus hydatidibus, plenum.

De Tuba dextra tota, deque dextro ovario, nulla vestigia: lata modo membrana a medio uteri fundo ad inguen sefe fortiter affigebat.

Porro craffa hæc membrana tres quatuorve latos digitos lata, a fundo uteri & inguine adfcendens, mox expandebatur in faccum inæqualem, tuberofum, integrum abdomen replens, atque inferiore fui parte extuberante univerfam quoque pelvim explens, protuberantia fua inferiore obvelans craffam illam, unde originem ducebat, membranam.

Veri fimile itaque fit, ipfum ovarium dextrum in hunc immanem faccum degeneraffe: cujusmodi ovarii degenerationes superioribus in tomis retuli complures; maxime Tom. II. Cap. 2. §. 3. ubi codem modo, quam hic, Ovarii faccus accumbendo cum utero concrescens, æque latam in origine bafim referebat.

Saccus ipfe hic lineam, ibi duas, alibi digitum, pollicemque craffus, hinc inde mollis, nonnullis in locis cartilagineus, in aliis fcirrhofus, in tria potisfimum tubera dispescebatur, quorum finistrum maximum erat, inferius minus, dextrum minimum, fed omnium folidissimum: qua de causa, uti etiam ob figuram fitumque, principio nobis imposuerat ac fi hepar effet, a quo saccus ipse nasceretur: color autem eo hepatis albidior, ipsumque demum altius inventum hepar, revelarunt errorem.

Notavi fupra Chirurgos, ante adventum meum pungendo ventrem, magnam contenti in eo liquidi copiam profudiffe. Quamobrem non potui in facco tali loculamentum invenire, ex quo 20. libras aquæ unica vice eduxeramus; collapía enim omnia erant. Neque in dextri lateris cavitatibus cam limpidam lym-

lympham reperii, cujusmodi olim in fingula evacuatione prodierat. Forte tempore postremo limpidam haud amplius, sed turbidam, sed mucaginosam, dexter hic saccus continuit aquam, vel forte, ut supra innui, limpida illa aqua ascitica fuit.

Ipfe faccus, qui hucusque nobis in tres divifus apparuerat, hoc modo fe habuit: quocunque in loco incideretur, membranaceis fepimentis in varia variæ amplitudinus loculamenta divifus erat. Loculamentorum horum majora, tubercula continebant, quæ aut fcirrhos inæquales, politasve cartilagines, referrent, aut hic aquam, ibi pus, alibi mucaginem, continerent. Pus enim, mucusve tenax, aut aqua, cavitates omnes five majores, five minores, explebat. Singularis autem nigredo, feu ex atro profunde fufcefcens color, majoribus inerat cavitatibus, haud a gangræna, fed eo modo ubique apparens, uti ille, qui in oculo retinam, uveam, ciliaresque proceffus, conveftit.

Itaque ovarium dextrum, paulatim degenerascens, in tantæ molis faccum excreverat, ovulaque cum calicibus fuis in tot loculamenta mutata erant. Hæc porro ovula feirrhofa, cartilaginea, hydatica, factæ fic erant in hoc monstroso ovario, quemadmodum mutata reperiebantur proportione minore, (en miniature) in ovario finistro: perinde ac ovarium finistrum, in su parvitate, veluti prototypon effet monstrosi Ovarii dextri.

Membrana autem facci universi, membranæ cunc torum loculamentorum, tumorumque, rubris vasis, iisque permultis, scatebant, diametro auctis cum ovarii incremento. Non referebant ergo hydaticas membranas, quæ vasis carentes, coagulato albumini ovi, in planum essus, scagulato albumibiles, esse folent. Vid. Part. VII. Cap. 16.

His patienter lustratis, ad contemplanda reliqua E e 2 yiz

vifcera nos convertebamus. Hepar jam dixi fic intra costas delituiste, ut certo sensu pateret haud erraste *Hippocratem*, Hepar visceribus annumerando Thoracis. Permagnum autem ita erat, ut lobo majore cavum dextrum, a marginibus costarum infimarum, ad altitudinem costæ octavæ, numero ab inferioribus inito, partemque cavi finistri, expleret; minore vero lobo hypochondrium finistrum ad arcum costarum usque, occuparet. Bilem vesicula copiosam satis, probeque tinctam, continebat.

Sub lobo minore Jecoris ventriculus, integræ manus magnitudine, a facco duro complicabatur, ut modica tantum cavitate gauderet. Postque & sub codem, lien non magnus, spinæ dorsi, quam arcui costarum, proximior. Lienem hoc loco sæpe inveni: ut dolores tumoresque lateris sinistri externo tactu patentes, perceptive, sæpe perverse Lieni adferibantur.

Intestina omnia ab incumbente facco compressa valde. Colon ab origine arctum, parvis scybalis plenum, finistro in hypochondrio ante ventriculum triplo amplius, denuo valde contractum inferiora petebat. Nulli in intestinis Vermes.

Cor cum pericardio bonum. Nunquam vidi pericardii extimam membranam pluribus majoribusque fcatentem vafis. Cor finistrum grumosi sanguinis multum, dextrum plurimum habuit.

Pulmo dexter omni ex parte a Pleura liber : finifter undique membranaceis productionibus, haud facile dilacerandis, cum pleura connascebatur.

Itaque vidimus Puellam tantis cum malis, vultu; oculis, viribus, respiratione, appetitu, catameniis, optima fanitatis indicia præbuisse, ad paracentesin feptimam usque. Clariss. Bianchi, Taurinensis Professor, ejusmodi in morbis bilem scripserat aut nullam esse, aut aquosam inertemque. Hic non ita; nec

nec ita in pluribus hydropicorum cadaveribus deprehendi; ut faltem Viri clariffimi non fit universalis observatio. An bona Puellæ bilis ad tantam tot functionum contulit præstantiam? Plausibile hoc foret, nisi prioribus hujus operis Tomis cum bona copiofaque bile, has functiones languidifimas effe deprehendissemus. Vide de his plura Tom. I. cap. 31. a pag. 299. ad 303.

Familiare est in feminis, quæ peperere, systema uteri universum hujuscemodi morbis affici : incommoda graviditatis, inflammationes a difficili partu, a lochiis retentis, generare talia folent; fed in innuptis, in honeftis, caftisque puellis, rariora longe deprehenduntur : fieri tamen quoque in hisce, & præsenti exemplo, & aliis in Part. bujus Operis sexta, pag. 109. & 113. relatis, constat.

Vermium symptomata in vita passa puella non est: vermem unicum in morbo excrevit, postea nullum; quod, propter conspecta, & accurate examinata a Medico excrementa, certo novimus: nec vermis ullus in cadavere reperiundus fuit. Exemplum fic haberetur Solitarii lumbrici teretis, ut datur tenia Solitaria. At vero ut teretium raro solitarium esse numerum novimus, ita & teniarum non folitariarum, sed complurium, exempla nobis ex variis Autoribus collegit Ill. L. B. van Swieten Tom. 4. com. Cap. de morb. infant. Et in cane Auditoribus meis illos numero xij. demonstravi. Et proferam deinde hiltoriam integrarum teniarum numero octodecim. quam femina emisit, necdum a symptomatibus vermium immunis: imo adhuc particulas teniæ excernens.

Sed putridum urinarum, verumque earundem alcali, qua cretum origine, qua arte ablatum eft? Putrida materies ex facci plaga quadam reforpta intra fanguinem, olim mox a bona Natura ad renes Eez de-

demandabatur : ita ut fanguis continuo se per renes expurgaret ab co, quod effet reforptum. Hinc codem tempore appetitus, vires, menses, fomnus, motus, veluti illibatæ fanitatis. Præftitiffet nihilominus putridam non adfuisse fomitem, qui metum perpetuum incuteret, ne, aucta ea, penitus corrumperentur diffolverenturque humores. Interim corticis Kinæ requifita dofis, una cum acido potu, videtur progressum corruptionis stitisse, eandemque jam factam minuisse fic, ut posthac multa de se figna præbere, nifi vita ad metam properante, non potuerit. Egregia exempla Nofocomium vidit putredinis humorum in maculis rubris, purpureisque, cutis, & in mictu cruento malignorum morborum, quam feliciter fliterit, Cortex. Videtur fane in hac morborum malignitate putridum omne ex ignoto fomite fic a fanguine verfus cutem, renesve, determinari, ut primo faltem tempore, humores univerfos corrumpere nequeat : ne autem corrumpat demum, Medici Peruviano cortice prævertere conantur.

6. VII. Longus fui, fed longus effe debui, in referenda varii Hydropis hiltoria; morbi quippe formidolofi, ac totics co citius letiferi, quo fludiofius eidem medicari fueris annifus. Equidem ego in eodem pertractando semper multus, communemque olim Praxin secutus, in specie morbi quacunque, quibuslibet selectioribus remediis, & si mitiora haud opitularentur, generofioribus, aquas pellere conatus fum: hoc vero incaffum tentato, ad Paracentefin, ægris fi vires necdum confractæ effent, tandem confugi. Quin etiam ipfam hanc Paracentelin, etli hominem non curaret, nihilofecius laudabam, ut quæ alias imminentem brevi interitum procrastinaret. Nunc vero in Praxi me quodammodo confenescentem, ipsoque propterea usu rerum tutiora edoc-

doctum, Palinodiam canere, ac vulgari praxi renuntiare, monet, jubet, urgetque, proximi falus, Porro ut hujus mutatæ fententiæ rationes exponam, neceffe erit omnes Hydropis species, seorsim singulas, suo in ortu, suo in progressu, suo denique in fine, mature examinare.

Quinque Hydropis species enumerare Medicina folet. 1<sup>mam</sup> Hydropem intercutem, quem & evel ragne vocant. 2<sup>dam</sup> Hydropem Asciten. 3<sup>tiam</sup> Peritonæalem. 4<sup>tam</sup> Cysticum, seu saccatum. 5<sup>tam</sup> Tympanitidem.

I. Hydrops intercus, qui aquam, aliquando gelatam materiem, imo & nonnunquam quid aërei intermistum habet, cum consuetis artis auxiliis semper tractandus sit, nos hic morari non debet.

Altera species, Afcites, nos aliquantisper detineat oportet. Aquarum moles eft, in ventris, seu Peritonæi, cavo collecta. Hanc adelle novimus, caufarum præcedentium primo gnari, Hæmorrhagiæ, Potuum aquoforum ingluviei, Spirituum abusu; Colicæ Pictonum, Acutorum morborum male curatorum, aut non rite judicatorum, Febrium intermittentium, fimiliter le habentium, Urinæ parcioris, non auctis excretionibus aliis, Coloris, oculorumque, a priore statu sano mutationis, Chloroseos, &c. fi deinde cum hilce tumor in Hypogastrio, & ad Ilia, fi a Venarum Iliacarum inde nata compresfione nonnullus observatur crurum tumor, fi variato corporis fitu fluctuationem quandam observat æger. fi moles corporis fensim inde crescit, fi vires, fi vultus, si appetitus, si urinæ excretio, si mensium in feminis profluvium, quocunque modo vitiantur, Alciten agnolcimus.

Si femper hi Afcitici fe nobis principio examinandos fifterent, morbum paulo facilius fæpe agnoferemus, nafcentemque felicius, atque crebrius, per-Ee 4

fanaremus. Cum vero annofi, atque inveterati, fæpe nos primum adeant, fere immemores modi, quo ceptus morbus, quo cretus fuerit, minus profecto certam, minusque tutam formare Diagnofin poffumus.

2<sup>do</sup>. Si jam venter primo examine diftentior eft, frustra sæpe expectamus fluctuationem, Afcitis testem: Advertit jam *Duverneyus* junior hic, veluti in vesica aqua distenta nimis, fluctuationem non percipi.

3<sup>tio</sup>. Idem clarus autor, &, fi quis unquam, in diagnofi Hydropis cujuscumque fagax, & exercitatus, pro fuo, quo erat, candore fatetur, fe aliquoties in diagnofi deceptum fuisse, dum fluctuationem percepisse fe ratus, nullam in cadavere aquam, verum intestina muco & aëre plena, deprehenderet.

4<sup>to</sup>. Sydenhamus in suo de Hydrope tractatu testatur nobis & Asciten adesse fuis ex signis creditum fuisse, & vel meras excrescentias carnosas, vel flatus adfuisse, qui mentirentur Asciten.

5<sup>to</sup>. Sepulcreti T. Boneti Tomus alter plurima nobis exhibet variorum exempla morborum, quos exercitati etiam Medici falio falutaffent afciticos, ipfiusque graviditatis: quam ego quoque a celebrioribus artis Antifitibus pro Afcite cousque tractatam vidi, donec in lucem prodiret vivus Hydrops.

6<sup>to</sup>. Refert Acad. Reg Sc. Par. anni 1732. & Hydropem falutatum quendam ventris tumentis morbum fuisse, & institutam quater, licet nullus unquam humor prodiret, Paracentesin: tumore interim universo a Rene finistro 35. Librarum pondere gallico, & paucula aqua, quæ fluctuationis sensu Medicis imposuerat, oriundo. Similem utcumque historiam Renis prioribus in Tomis retuli.

Tertia Hydropis species ea est, quæ inter Perito-

næum, & Abdominales musculos colligitur; & Hydropis Peritonæalis nomine venit. Hujus signa Diagnostica minus evidentia esse apparent, quam vulgo credunt, & statuunt.

Egregius Littræus, cui in hisce, aliisque, multa debemus, regulas quasdam Ac. R. Sc. Par. an. 1707. condidit, quo fiamus præsentiæ hujus morbi certiores. 1<sup>mo</sup>. Si Hydropis bæc species non nisi plurium annorum spatio (plusieurs années) formata fuerit, & progressum, maxime in initio, lentissimum fecerit.

Sed & Cyftici Hydropis lentissimum incrementum quandoque est. Mulier, §. III. hujus ejusdem Capitis, quinquennium numerabat, ex quo intumescere cepit abdomen, paulatimque sibi augescere visum suit. Constitit autem manifesto eandem non Peritonæali, sed Cystico laborasse hydrope: e contrario Chomel, Acad. R. Sc. P. anni 1707. Peritonæalem Hydropem puerperæ refert, intra 15. dies, a suo principio numeratos, ita crevisse, ut venter æque jam esset, quam ante partum, tumidus. Ergo regula fallit, cum idem lentoris incrementum morbi & in quarta ejus specie obtineat, & ipsum hoc signum in eadem specie desit.

2<sup>do</sup>. Si & circumscriptus tumor est, & tumoris sigura mutato corporis situ, vix mutetur. Camerarius Pater tamen, & Drelincurtius, & alii complures, tumorem circumscriptum, acuminatum, divisumque, suis in ægris non invenerunt, sed ventrem æqualiter tumidum. Præterea ovarii cysticus Hydrops, dum ventrem nondum integrum mole sua explet, circumferipti tumoris externi figuram habet, tactuque percipitur circumscriptus: quod si fimul Peritonæo accreverit, ut pluries vidi, situ corporis mutato, non ipse mutatur. Ergo & hoc alterum fignum Hydropis Peritonæalis sallit.

3<sup>tio</sup>. Littræus vult at in conscripto tumore fluctuatio; Ee 5 extra

extra limites vero ejusdem nulla perceptio fluctuationis fit.

Attamen Nuck, Hochstetter, Camerarius Pater, negant omnem Periton alis Hydropis fluctuationem; faltem Nuckius absentiam fluctuationis inter bona figna connumerat.

4to. Si crura aliæve corporis partes non extumefcant. nifi provecto jam multum morbo. Quamquam plures ita censcant, dico tamen primo Gabrlipii feminam ab initio tumidis extitiffe crutibus: secundo, saltem hanc 3. speciem a subsequente 4<sup>ta</sup>. non discriminari. in qua idem fignum habetur.

5to. Si præter ponderis molestiam viz guid incommodi toleret ægrotans. Pariter, ut ad præcedens, refpondeo, & Nuckii feminam vehementer fitiviffe, vehementerque potantem, urinam parce miliffe; & itcrum ob idem fignum hanc speciem morbi non interstingui a specie sequenti, qui idem signum scribitur habere.

6to. Si mox a punctura, antequam aqua emittitur, sonda longa, per Cannulam inducta, per omnem ventris capacitatem duci nequeat. Verum idem vidi Chirurgos experiri in tumore quocunque Cyftico, five minore, five ctiam ventrem explente totum, quando divifus in partes, variaque loculamenta eft. Dices forte instrumentum triquetrum in Hydrope Peritonæali mox penetrare in cavum; in Hydrope vero faccato longum emetiri debere spatium, antequam integumenta, musculos, Peritonæum, ipsumque penetraverit faccum, adeoque vel fic diffinctionis haberi notam. Sed regero, experientia edoctus, instrumentum in gracili ventre, & sæpe gracili Cystidis plaga, mox penetrare, adeoque hoc ad diffinetionem non sufficere. Vide quam tenuis cystidis membrana effet in Historia Morandi Ac. R. Sc. Par. anni 1719. Anni Landa anni 1719. 7mo.

7 30

Sections.

7<sup>mo</sup>. Si per eandem sondam non eas percipiamus inæqualitates, quas intestina, cæteræque formant abdominis partes. Hoc fignum aliquid probaret, nisi saccos inveniremus tenues, ac fere politos interna sua superficie, in quibus proinde idem sonda doceret.

8<sup>vo</sup>. Si post Paracentesin paucum admodum aquæ in cavo restitaverit. Sed vix remanere quidquam in Ascite, & in Cystico, aliquando deprehendimus.

9<sup>no</sup>. Si post eductas aquas resupinato corpore liquor per cannulam injectus, per eandem extemplo exsiliat. Idem in Cystico adverti.

Cum præter hæc novem, alia figna apud Autores non enumerentur, hæcque ipfa fallacia effe demonftrentur, imo hanc speciem morbi cum subsequente confundant, concludi fas est, Diagnosin Hydropis Peritonæalis incertam admodum esse.

Quamquam autem novem tantummodo figna, ut mox dixi, eaque incerta valde, enumerari ioleant, an decimi figni loco numeranda non effet iniqua fexus feminei fors, in quem fere unicum hæc Hydropis species cadat? Quantum enim pro mea virili historiam medicam discusserim, necdum plus unico viro, quem invaserit, se obviam mihi fecit; scilicet Abornii Adolescens, cujus etiam meminit laudata toties Morgagni Epistola.

Hoc fic fe habente, haud effet, Viro tumidum gerente abdomen, ulla fere unquam de Peritonæali Hydrope formanda fufpicio. Sed undenam folis feminis familiaris? Legendus hic omnino eft incomparabilis Winslow in Acad. Reg. Sc. Par. an. 1741. a pag. 76. ad 80. & a pag. 234. ad 250. Edit. in 8<sup>vo</sup>. fuper durioribus atque rigidioribus Thoracibus, qui inferiores feminarum coftas deprimendo, comprimendoque Hypochondria, ad hæcce, & alia peffima mala generanda, apti nati effe videntur. Sive enim inde compreffa vafa lymphatica in nodulos, quos detexig

texit Anatome, primo affurgunt, ac dein crepando hunc Hydropem generant; five potius a tumoribus præ thoracum compressione in cellulositate natis, tandemque sic auctis, ut a Peritonæo musculi abdominales secedant; Vasa lymphatica, a Peritonæo ad hos musculos pertinentia, rumpuntur, & sic lympha in hanc intercapedinem illapsa, eandem auget: abunde intelligimus thoracum pressione gigni hanc Hydropis speciem sæpe & posse, & debere. Præterquam quod, præter alias Cysticorum tumorum, de quibus mox, causas, etiam hac thoracum pressione corundem ortus, atque progression, haud difficulter intelligatur: qua de re legi meretur Targioni Tozzetta prima raccolta di osferv. mediche.

Describitur 4<sup>ta</sup>. Hydropis species, cystica, seu saccata, dicta, quæ a variis ventris visceribus, partibusque, originem trahere suam potest.

Ac 1<sup>mo</sup>. quidem ex Ovario alterutro, quod, quemadmodum pluries demonstravi, & in variis hujus operis partibus descripsi, vel magnam ventris partem explere, vel totum, potest.

Secundo, a Tuba alterutra: quemadmodum quoque antea descripsi.

Tertio, ab ipso utero, ut observarunt Autores.

Quarta ab Hydatidibus natis in Hepate infignioribus, Hepatis molem monstrose extendentibus; quales Auditoribus meis publice demonstravi : vel ctiam ab Hydatidibus numerosissimis ex hepate, ex liene, ex utero, alioque quocumque viscere propullulantibus, vel & inter omenti laminas, in Peritonæo, aut quoque in cavo Omentum inter, Peritonæumque, formato, inventis.

Signa Hydropis Cyftidis nunc inveftigemus accurate. Ore omnium veluti fcriptorum, Mauchartus, Eph. N. C. Cent. 8. Obf. 14. & Nuckius in Aden: hæc figna collecta dederunt.

ELX51

, Qua

" Quæ Hydropicæ, fcribit Mauchartus, nec pal-, lent, sed roseum potius genarum servant deco-, rem, nec pedes habent tumidos, ut potius, aucto licet indies abdomine, gracilescant cum reliquis artubus & corpore: hæ ti diu, absque notabili actionum læsione sarcinam hanc circumferant, 23 appetitum habeant bonum, non admodum fitiant. 32 nec tuffiant, alvus autem faciat officium, urina 23 naturalis fit, & moles abdominis nec purganti-33 bus, nec diureticis obediat, & præcipue malum 33 a partu difficili, puerperio infelici, molæ gesta-27 " tione, aut abortu ducat originem, nec figna Ca-" chexiæ concurrant, Hydrope ovarii, seu Saccato, " vel Cyflico dicto, sæpe tenentur. "

Et Nuckius: " Ego, inquit, experientia didici " illas, quarum facies colore grato eft rofea, quæ " fatis bene comedunt, bibunt, alvum deponunt, " urinamque fine notabili moleftia excernunt, qua-" rum corpora nec purgantibus, nec diureticis, nec " diaphoreticis, multum aufcultant, illas, inquam, " ordinario affectu uteri, tubarum, vel ovariorum, " laborare Hydropico, lymphamque peculiari fac-" culo inclufam nulla arte curari poffe."

Obiter advertamus fcripto'rum horum priorem de folo ovarii Hydrope agere, posteriorem de co, & ovarii, & tubæ, & uteri: priorem malum deducere a partu difficili, puerperio infelici, molæ gestatione, aut abortu; non excludere tamen ab hoc morbo virgines bene menstruantes, quales vidimus, cum non dicat has *folas* affici, fed *præcipue*.

Advertamus fecundo nullam in utraque hac defcriptione fluctuationis fieri mentionem, quam, ut ut fæpe abeft, obfcuriorem ego deprehendi tamen, & Clar. Targionius in fua matrona invenit manifeftam. Ergone & abeft & adeft, ut in Peritonæali? ob idque nihil in Diagnoff juvat?

Si

Si nunc animo perpendamus pleraque figna in hoc Cyftico Hydrope veluti Diagnoftica, imo Pathognomica tradita, convenire cum iis, quæ in Hydrope Peritonæali fignorum Diagnofticorum, atque Pathognomicorum nomine cluebant, convincimur præter conjecturam, aut faltem præter probabilitatem, nihil reliqui fieri.

Sed ad alia quam plura attendamus oportet. Dantur veri Cystici tumores, dantur & *fpurii*; & sic quidem, ut crebro signa nobis desint, quibus verum a spurio discriminemus, spuriumque a vero. Neque veluti gratis me hæc assertem ii incusabunt, qui hac in re pluries se sua in praxi norint esse deceptos. Videantur quæ celeberrimum Valsalvam observasse clarus per omnia referat Morgagnus. Tumido in vita existente abdomine, a morte tumor invenitur pondere 25. librarum, e mesenterio enatus, processibus suis Jecur & Lienem premens, infra cum tumido teste sinistro communicans, substantiæ cancrofæ.

Mulieri adeft in vita ingens medio in ventre tumor: in denata illius bafis invenitur ad mefenterium, ipfeque cum colo unitus, hic firma, ibi mollior. *Marcellus Donatus* ejusmodi tumoris meminit, pure repleti.

Poft tumidum admodum in vita ventrem, tumorem cadaver exhibuit prægrande hominis caput æquans, is natus ex uteri poftica parte, carnofa fubftantia durior, duos in faccos divifus, quorum alter vacuus, fevo alter plenus. Primum liber tumor, poftmodum utpote cum vicinis concrefcens, immobilis fuerat.

Tumor ingens, immanis, totius non Epigastrii, quod notandum, sed Hypogastrii, sepius de die variæ magnitudinis, diu ægrum torquet. Invenit Valsalva molis ingentis ventriculum locatum in Hypoz

pogastrio. Similem refert Mangetus Anatomen. Ill. Morgagni immenfum talem ventriculum deprehendit. qui ctiam vacuus, vix a pubis distaret offibus. Ill. Macneven o Kelly ab Agrim in Diff. de raro Ventriculz cafu, 1760. edita, ventriculum demonstravit, Scirrho Pylorum fere obturante, eam in molem amplificatum, ut, facci inftar, univerfum abdomen expleret, suoque fundo inter Rectum atque Vesicam sese infinuans, caufam tenesmi extitiffet, frequentisque stranguriæ. Ingens adeo hic ventriculus erat, ut, referente Clariffimo Autore, " filum arcui majori " circumductum, antequam evacuaretur, ulnam , Bohemicam, cum tribus quadrantibus & duobus , pollicibus, æquaret: minor arcus tres daret ulnæ ", quadrantes cum uno pollice. " Et, quem apud Riverium Antifiodorensis Medicus Jodon describit, ventriculus, quantane mole ventrem extenderit, qui nonaginta librarum pondere liquidum intra fefe comprehendere, inventus eft? Moinichenius Ventriculum vidit fic universum explentem abdomen, ut coöperiret inteftina omnia. Profecto fimiles tumores, antequam ventrem penitus impleant, Cyflicorum more se habere, nobisque imponere possunt; & grandescentes demum fic, ut & expleant totum ventris cavum, & liquore turgeant, fluctuatione fuz Alciten mentiri queunt.

Intestina concreta mutuo inter sefe, ac conglobata, sensum tumoris inæqualis saccati Medicis exhibuerunt. Monachus creditur Ascite mediocri laborare, una cum tumore sorte cystico, quo presso flatus per inferiora excludebantur. In cadavere invenitur tumor a conglobatis intestinis tenuibus & partim quoque crassis, ope crassorum atque cartilagineorum ligamentorum. Qui hanc Historiam refert Morgagnus, addit se in alio principium hujus tumoris una cum Ascite invenisse. Anni sunt 23. quod publicar

blicæ lucis fecerim historiam feminæ, cui Paracentefin tres Medici feceramus, veluti Hydrope Cystico laboranti; in cadavere invenimus ope Omenti monstross, geminos digitos crassi, Ventriculum, Jecur, Colon, Jejunum, Duodenum, in unam veluti fasciam coivisse & concrevisse. Rubellus liquor, quem pondere 16. vel 17. librarum Paracentesi eduxeramus, & qui integro triduo post hanc foramine extillaverat, in unico ventris cavo, quod in finistro latere inveniebatur, non faccato, hæserat.

Cysticum tumorem mentita vesica urinaria est, quam III. Morgagni invenit immensam in bursam esse amplificatam, ac Peritonæo connatam: ex vesicæ quippe orificio corpora quædam alba excreverant in vesicam; unde perpetuum quidem urinæ stillicidium, sed etiam urinæ plurimæ diuturnior in eadem mora: quo sensim factum, ut in stupendam hanc molem Vesica excrevisset, in parietibus suis digito crassior. In Boneti Sepulcreto tumor ventris ingens, isque Cysticus, reperitur, ab abscessui ingenti, inter Vesicæ tunicas anteriores oriundo.

Part. IV. Rat. Med. demonstrationem publicam communicavi Jecinoris atque Lienis, substantiæ quidem optimæ, sed molis adeo incredibilis, ut viscera hæc utraque universum ventrem, Hydropis saccati modo explerent, parva modo parte versus pubem excepta.

Part. VI. exhibui immensæ molis omentum, omnia explens, & universa abdominis viscera fere obvelans. Similia & Ruischius descripsit.

Ren invenitur apud celebr. Morgagni cujus portentofa mole cuncta ventris viscera premerentur in Peritonæum. Medici Parisienses homini cuiquam tentaverant quater ventris aquas Paracentesi educere; nec eduxerant quidquam. Ren demum in cadavere

14.7

cum deite invenide. Anne unt ass qued pu-

Dice

invenitur 35. librarum Gallicarum. Semel quoque ejusmodi Renem publice demonstravi.

Uterus, vel in cavo fuo hydropicus, vel pure, ichore, fcirrho, in fubftantia fua horrendæ molis, aut graviditatem mentitus fæpe eft, aut Hydropem. Omitto tumidos ventres a vermibus, ab Aneurismate, a fyftemate venæ portarum obstructo, &c.

Sed & ipfa ovaria, ut ut Hydropem cyfticum verum formant, ita non minus frequenter spurium, ut ante jam monui; utpote aut pro majore parte, aut tota, sive atheromatosa, sive steatomatosa, sive cartilaginea, sive sciences, &c.

Ex quibus omnibus mature confideratis sponte, opinor, liquet, & Diagnosin 3. & 4. speciei Hydropis plerumque dubiam haberi, & Paracentesin, rariore quidem casu proficuam, plerumque vero aut periculosam, aut letalem esse.

Quinta Hydropis species est Tympania. Tumor scilicet ventris natus ut plurimum ab aëre & materia chylosa, mucosa, stercorea, ventriculum & intestina vehementer extendente. Negandum tamen non est constituise experimentis, quæ rite capta suppono, rarissimis tamen, Tympanitidem nasci posse, si aër Peritonæum inter ventrisque viscera contineatur, aut si aër & intestina distendat, & ventris cavum, aut si aër fimul & aqua cavo in ventre reperitur, aut denique aër intestina tumefaciat, & aqua abdomen.

Signum 1<sup>mum</sup>. Tympanias Medici ponunt ventris minorem, quam in Afcite, tumorem: hoc fignum fallax esse demonstravit Tympaniticus, cujus historiam dedi Part. 2. Rat. Med.

2<sup>do</sup>. Ajunt fluctuationem non percipi. Hoc certe non ita generale fignum est, quin candidus Duverneyus junior fateatur se aliquoties deceptum fuisse, dum fluctuationem se percipere credidisset, & post-Ff

liminio deprehendisset, loco lymphæ, aëre, aë multa glutinosa materie, repleta intestina fuisse.

3<sup>tio</sup>. Sonitum Tympani madentis, aut obducti, flatuunt Tympanitidis fignum esse. Quanquam sæpe numero id verum ess, fateri tamen debemus hunc sonitum, neque perraro, adeo esse obscurum, ut utrum adsit, nec ne, jure dubites. Symbolam tamen hæc tria enumerata signa conferunt, si cum hisce homo ess ad stateram levis; cum e contrario in Ascite, & Hydrope quocunque alio, ponderis insignisægri sint ob colluviem aquæ.

Verum neque hoc quidem ultimum citra exceptionem in diuturniore Tympanitide admittebat Vir præstantissimus, hac elapía æstate nobis morte ereptus, Werlhofius. Et dum amplissima Tympaniticorum intestina Duverneyus crassa materie mediam partem repleta videret, an hoc fignum levitatis ponderis admittere potuit? Ad rem hic Morgagni, ,, Hur-, terus, inquit, in Tympanitico puero cum mira-», retur crassa præprimis intestina distenta adco, ut " Colon sua mole jecinori vim attulisset, & fini-" strorfum compulisset, materiem intus invenit tan-, ta copia, quanta id facere potuerat, pultiformem, , spumescentem, & ex albo flavescentem: quæ res " in morbum, quem adstricta alvus comitatur, tunc, », opinor, maxime conjicienda est, cum aut paulo " antequam morbus evidenter inciperet, multa æ-» gri ingefferunt, aut non perpauca, postquam in-" cepit, porro ingerere perrexerunt." Adeoque non erunt tales, ratione suæ molis, pondere leviores.

Et quoad penultimum, de ventre refonante; in Casparo Lombria, Patricio Veneto, III. Morgagni describit ventrem tumidum Tympani instar resonasse, dum tamen in Anatome,, Venter aquæ sætidæ, ex viridi flavæ, copiam habuit, quantam maximam præter omnem modum distentus habere potuit."

Nec modo aliquando deeft hoc fignum in tympas nia, verum etiam adeft in Opistotono sic ut Aretæus Cappadox Lib. 1. de C. & S. Ac. cap. VI. illud inter signa hujus morbi diagnostica ponat : megmerses xoixing i Juopnaa ... Imyaserov Imrerapsion, is ei Imressois, enges. Opistotonos autem nihil commune cum tympanitide habet. Sic ut etiam resonantia tympani non monstret perpetuo tympanias præsentiam.

Atque ita demum Hydropis, fingulas fuas in fpecies divisi, signa tantum probabilia invenimus, quæ fane & alterum, & tertium poscunt, antequam quid certi aut statuamus, aut pronuntiemus, examen: quamquam & aliquando tunc adhuc hæsitare Medici prudentis sit. Quod enim centies olim, quod nostris toties contigit temporibus, ut Viris, vere in arte præclaris, hæc res turpiter imposuerit, idem & aliis, & nobis omnibus, poteft contingere. Quare nihil indecentius turpiusque in Medicorum confilio eft, quam quod suam quisque sententiam acriter, crebroque in aliter sentientes ignominiose, proferat ca in re, de qua nemo certitudinem, ad fummum vero meram habeat probabilitatem. Exemplo nobis hic ipfe fit præclarus Morgagni qui Ep. A. M. 39. in referenda confultatione quinque Medicorum. super tumido ventre Revmi Brisiani Antistitis habita, vel ob id folito longe diffusior esse videtur, quo discerent Medici omnes & in ægrorum salutem, & in matui tutamen honoris, suam quique mentem, suam quique proferre sententiam. Dum iple quartus perorans, fuam sententiam dixerat, ., Veruntamen. , addebat, non hæc a me dici, quasi aliorum sen-, tentiæ conjecturam præferrem meam, quam om-, nium judicio fubjicerem, nihil ipfe ut in re ar-" dua, & præobscura, definiens, ideoque, nec 2) quod aliis visum effet, contemnens,"

Diag-

Diagnofi variarum Hydropis specierum plerumque incerta, incerta sæpe quoque prognosis erit; minus tamen crebro, quam diagnosis: sæpe enim calamitatem ægrotantium, vitæque discrimen, agnofcimus ex functionum læssone, cæterisque prognofticis signis, licet genuinam necdum capiamus natutam speciemque morbi.

De curatione nunc pauca videamus.

Ac primo quidem in ejus Hydropis cura, qui confultis cunctis experientiæ regulis nobis Afcites effe appareat, isque verus, cum alia quacunque fpecie non confuíus; in hujus, inquam, cura, indicans, indicatio, & indicata, omnium optime invenientur in *Immortalis Boerbaavii Capite de Hydrope*: potifimum fi una conferantur, quæ ex numerofis Autoribus, ac multiplici fua praxi & experientia, ad hoc caput, pulchro concinnoque ordine, *Ill. L. B. van Swieten* commentatus eft: ea tamen lege, ut fi æger ab auxiliis felectifimis non emendetur, imo pejoretur potius, ferio perpendamus, num forfitan hydrops hic aut non complicatus fit cum alia ejus fpecie, aut inveteratior, quam ut folis internis levetur, abigaturque auxiliis.

De Paracentesi tunc deliberandum est, ne, fi sit instituenda, ea demum ægro incurabili facto, in artis vituperium instituatur. Quæ si levet ægrum, rarius unica vice salutem affert, unde pluries repetenda est.

Novi equidem claros in Anglia Viros conatos fuisfe, injectione in ventrem adstringente ac roborante, composita ex aqua Bristolensi & vino rubro, calide injecta, reditum præcavere aquarum post paracentesin, sed cum bona illorum venia necdum imitari illos ausus sum. In sua enim historia candide enarrant, ægram sub ipsa injectione, pungentes pectore percepisse dolores, perque omnia viscera lancinaUnable to display this page

Dottiff. Brehm. Att. N. C. Tom. IX. Obf. 79. feminam solo per umbilicum facto sponte, die alterno, sub alvi exoneratione, aquarum copiosissimarum effluvio, Natura curaverit.

Verum enim vero licet Natura aliquoties hac via attulerit falutem, intulit quandoque via eadem interitum, ut Hagedorn in N. C. Cent. 2. demonstravit.

Secundo, in laudatis hisce historiis, ita fortunatis, dubitatur, num revera, Peritonæalis Hydrops adesset?

Tertio, licet Natura fic revera hunc morbum curaffe statuatur, hoc non impedit, quo minus Paracenteseos negotium magnis implicitum difficultatibus agnoscamus. Si præter aquam nihil vitii locus haber, fortunata aquarum eductio esse potest. Verum cadavera toties, post eductas aquas, tumores nobis revelant pravos, ulcerofos, cancrofos, quos occultaverat lymphæ moles. Hinc Perill. Morgagni Ep. A. M. 38. " Ac priusquam, air, a te suscipia-», tur æger, exquiras diligenter velim, num duri-», ties, aut tumor aliquis antea fuerit, quem nunc , magna abdominis extentio occultet : præterea " num dolor, non cum dico, quem ipía illa di-" stensio parit, sed ulcerosus, testis erosionis, æ-" grum torqueat, aut certa aliqua in parte arctius a , te contrectati abdominis excitetur." Ratio cur Paracentesis tunc nedum juvet, sed mortem præcipitet, aër est, qui putredinem accessu sulceratis affert partibus: imo & absque accessuracentesis non levat, eo quod exulceratæ partes pergant more suo corrumpi, augeri, quodque ex erofis, apertisque lymphaticis valis, scaturigine scilicet prioris hydropis, novus hydrops regeneretur. Equidem Autores nonnulli methodum commendarunt ejusmodi exulcerationes depurandi & curandi, verum quid de ea cogitandum sit, mox patebit insequentibus. Pro-

Profecto fi ab una parte cum tentatæ curationis periculum, tum acceleratam ab illa mortem, intueamur; ab altera vero parte morbi fibi demiffi cum tolerabilitatem, tum etiam diuturnitatem; ne quam curam unquam, five in hac, five in fequenti fpecie, fufcipiamus, facile perfuademur. *Tulpii* femina, cujus mortuæ venter 110. libras aquæ inter Peritonæum & mufculos gerebat, tulit hoc malum integro generofa feptennio, fic, ut potuerit, perinde atque faniffima, deambulare, peregre proficifci, imo & *Clivienfium* confcendere turrim. Femina *Brehmii* morbum tulit 14. annis. Virgo Munnickii annorum 18. fpatio. In Attis Anglicanis mulier alia morbum 30. annis tulit, alia annis 44.

Confideranda 3<sup>tio</sup>. Hydropis, quem faccatum ajunt, cura. Et Paracentefi hanc perficiendam effe Medici arbitrantur : quin & nonnullæ enarrantur, paucæ tamen, curationis ejusmodi fortunatæ. Vid. laud. mox Act. Ac. Reg. Sc. ann. 1728.

Verum enim vero, cum antea confliterit, quam difficulter diagnofis vera hujus morbi-capiatur, cumque ab altera parte laudatæ curationes fanitatem reddentes, num res ita fe habuerit, anatomica demonstratione haud potuerint evincere, curationes eædem id non probant, quod earum intendunt Autores.

Alios proinde confulamus. Egregius Duverney junior, in Actis iisdem anni 1707. multus est in docenda arte ea, qua, post Paracentes in, ope injectionum, saccorum exulcerationes depurentur, postea etiam comprimantur ac vinciantur, ipsique si adfint tumores, incidantur, suppurandoque consumantur. Acad. Chir. Reg. Par. in suo altero tomo consimilia suadet.

E contrario 1<sup>mo</sup>. innumera exempla monstrant, præter cum, quem pertuderis, saccos dari plures: Ff 4 fic

fic ut vel aqua, vel pure, vel glutine, ex facco uno educto, & alii & complures, facci adfint, qui nihil communicantes cum priore, minime concidunt; interea dum aër in aperto priore omnia difponat ad corruptionem.

2<sup>do</sup>. Plures etiam fi pertundantur Cyftides, quid demum id proderit? Scimus enim fepimentis, inter fefe neutiquam communicantibus, fuam fingulo in facco contineri, ut plurimum, materiem: unde non raro a paracentefi vel nullus, vel parcus admodum materiei effluxus.

3<sup>tio</sup>. Et unicus modo faccus fit, isque fepimentis non divifus, quid inde? Certine fumus, fi ille aut nihil, aut partim tantum, cum peritonæo concrevit, nec Omentum intereffe, nec inteftinum, quod infeliciter forte pertundatur? Aut poffimusne affeverare de aperto facco non effluxuram in cavum ventrem materiæ corruptæ portionem, quæ letum inferat brevi?

Imo evitari se hoc ajunt posse, feminam locando in ventrem pronam, quo totum cystidis pondus in Peritonaum gravitet. Verum Ill. Morgagni id principio possibile quidem esse concedit, minus vero, quando faccus nunc ab evacuatione flaccidior, minus apprimitur ad peritonæum: neque etiam hunc effluxum tunc impediri, quando filamenta in liquore natantia cannulam obturaverint, liquore tunc juxta cannolam in ventrem transfudante. Et demum aër, quacunque adhibita cura furtive intrans, facco minabitur gangrænam. Quotiesne præterea faccus pauculorum spatio dierum æque, atque antea turget, & pejorem sequenti Paracentesi materiem fundit? Frequenti enim cadaverum apertura didicimus collabentis facci aperturam coire, ut ex codem denuo repleto nihil in ventrem effundatur : fin autem quandoque non coiverit, ut perpetuum fiat corruptæ

sæ materiæ in ventrem stillicidium, sicque iterum ob aliam, quam hucusque exposui, causam ægra pereat necesse est.

Sed cannulam, inquiunt, in apertura relinquemus, ut faccus continua novæ materiei evacuatione, concidat tandem, materieique, facci collapíu, coalituque, fcaturigo annihiletur. Refpondeo, ut olim, ita & nunc, cannulam irritando, aëremque continuo admittendo, gangrænam mortemque accelerare; ut allato fuperius exemplo in noftra puella conflitit.

Hinc neceffe foret faccum poffe confumi. Littræus quædam hunc in finem propofuit: Cyprianus etiam aliquid tentare aufus fuit, fed in occafione tam rariffima, ut mille, milleque Medici, eandem nunquam aut fuerint adepti, aut adepturi fint. Vide cjus tractatum impressium post Librum, cui titulus: Bellosse Chirurgien de l'Hopital. Chirurgi Parisienses in Actis Acad. suæ, Ovarii exstirpationem audacter proposuerunt, eo quo brutæ femellæ castrantur modo, hæc autem, speculatione ingeniosa genita, non videntur per tot annos, qui exsequerentur, habuisse. Vide quæ Part. IV. de hac re differui.

Duverneyus tamen judicabat, educta materia, collabi faccum, collapfosque inter fefe coire parietes, eoque modo par feminarum fe integræ reddidiffe fanitati. Cum vero vixerint poftmodum ambæ, neque apertæ a morte fuerint, de natura illarum morbi, incertam adeo diagnofin habentis, jure merito dubitamus.

Et quidni dubitemus? Ipfo scilicet hoc claro Autore sponte, & ingenue, fatente: "Je n'en ai " point vu guerir: au contraire plusieurs femmes, " qui jouissoient d'une affez bonne santé, & qui " n'avoient point d'autre incommodité, que celle de Ff 5 pors

» porter un gros ventre, sont péri en peu de tems, » pour avoir voulu s'en defaire."

Nec Nuckii, licet speculative Paracentesin propofuisset, alia sententia suit, eas nempe, quæ Cystico Hydrope laborarent, nulla arte curari posse, candide asserntis. Adstipulatur Targionius.

Nullane igitur in Cystico Hydrope paracentesis locum habet? Nullane auxilia alia? Quod Duverneyus, & Nuckius, & Targionius mox, idem ego, idem mecum complures testantur; omnes scilicet feminas, quibus, in hac morbi specie, aut instituta paracentesis fuerit, aut multa antihydropica remedia exhibita, morbum brevi habuisse calamitosiorem, citiusque letalem.

Interim bonum vitæ regimen, nimiique qui nocerc posset, motus, nec non violentarum animæ passionum, sollicita evitatio; Diæta quoque salutaris, aërque salubris, conferent multum. Risu crepuit Cystis in Cl. Morgagni Matrona, unde pessimus natus Ascites. Feminæ meæ, de qua Part. IV. a motu nimio per plateas, saccus crepuit, & funestus quoque sequutus est Hydrops.

Quid fi probabilitas magna est & Cysticum Hydropem adesse, & Asciten? Servatis regulis generalibus, Paracentess profutura videtur, ut saltem saccus, eductis aquis majore libertate gaudeat. Quid de remediis demum internis? Si ceterum semina valet, abstineat ab illis; cum sive per diuressin, sive per alvum, sive per sudores, hæc agant, semper turbabunt corpus, alias bene se habens, & citra ullam sacci, extra leges circulationis hærentis, emendationem, vires ægræ frustra dilapidabuntur. Sin verø semina male habeat, palliative, pro re nata, adjuvetur.

Quintæ denique speciei Hydropis, Tympanitidis dictæ, curam, moderata frictione, medicamine atque

que alimonia vires restaurantibus, inertesque intestinorum fibras apte exstimulantibus, tentare folemus: interpolamusque purgantia, quæ, dum in morbo nondum conclamato, desides intestinorum fibras in actionem cieant, aërem, contentamque in intestinis materiem eliminando efficiunt, ut area morbi finibus conferibatur arctioribus, atque ita morbi causa minuatur, ac forte tollatur. Cortex Peruvianus, qui multos haud minus alvo laxat, quam viribus restaurat, addita frictione, affert aliquando plurimum boni.

## C A P U T XVII.

#### Anatomica quædam, & expositio Tabularum.

Tilcerum, ac potisimum abdominalium, fitum, configurationemque, in fingula cadaverum apertura, ut Auditores mei accurate notent, hortari foleo; ut exinde intelligant, quam crebro 1mo vifcera hæc eum non occupent locum, quem vulgo credimus eadem occupare. 2<sup>do</sup> Quam fæpe contingat, ut corundem moles, longitudine, latitudine, amplitudine, capacitate, connexione, vel partim, vel integre, aucta, imminutave, reperiatur. 200 Quam fallax noftrum judicium sæpe in morbis sit, dum v. g. Hepar in dextro Hypochondrio quærimus, ubi idem intra costas totum delitescit : dum Hepar in dextro tantummodo latere locari arbitrati, non raro idem vel totum Hypochondrium finistrum, vel magnam ejusdem occupare partem reperimus : dum Hepar solito in loco esse creditur, idque tamen invenitur a Diaphragmate ad Umbilicum, imo & ad longe inferiora, ventrem occupare : dum splen in and an

#### 450 ANATOMICA QUEDAM,

extrema parte finistri Hypochondrii, sub arcu costarum, quæritur; ubi interea sæpe aut nihil omnino infra costas eminet, aut versus dorsi spinam locatur, aut in abdomine infra Hepar depressus invenitur, aut intra lobum minorem Hepatis, jam maximum, involutus: dum dolente ægro in læva, atque media Epigastrii plaga, ventriculus accufatur, isque interea fape aut post jecur dorfum versus, aut post tympaniticum Colon, aut totus fere in dextro Hypochondrio, aut elongato Oefophago infra craffum Jecur ad umbilicum protrusus five horizontaliter, five etiam perpendiculariter locatus eft, aut mole ingens totum sæpe Epigastrium sic implet, ut tangat utrinque infimarum costarum arcus, aut totus deprimatur infra umbilicum, aut tandem explet fic universum ventrem, ut aperto Peritonzo omnia viscera a Diaphragmate adusque pubem contegat : quam e contrario autem aliquando adeo parvus fit, ut vix uncias quatuor, tres, imo duas, capiat, & parvi contracti inteftinuli formam habeat : dum intestinum Colon in colica accusamus, ubi illud in loco dolente minime jacet, & e contrario veri colici dolores iis in plagis hominem torquent, in quibus nemo fere Colon quæreret: dum ipfum hoc inteftinum supra Jecur, Ventriculum, ac Lienem decurrens, imo cartilaginibus coftarum spuriarum ac mucronata cartilagine tectum, aliarum potius partium morbos refert, quam suos.

Ipfa autem prava conformatio, quam pro parte jam in recensione loci, quem occupant, alieni, magnitudine aucta, minutave, vidimus, mirificum sepe adspectum præbet, docetque homines multas causas proegumenas morborum intra ses gerere, ut puta, Colicæ variæ, imo etiam Pictavienss, Ilei, Tympanitidis, &c. quorum alii ejusmodi morbos pluries in vita vario perpetiuntur insultu, alii rarius, alii

## ET EXPOSITIO TABULARUM. IST

alii vero nihil omnino: docet præterea morbos complures immedicabiles fæpenumero effe, quia corundem causa prædisponens tolli nequit; Medici tunc effe, ut in caufas evigilet excitantes, quibus averruncatis, haud raro Diathefis sopietur fic, ac fi corpori non ineffet. Tandem dum partium degenerationes, fæpe enormes, obfirmatas, ac proinde antiquas, corum cadavera revelant, qui in vita fua figna harum degenerationum præ fefe non tuliffent, docet hæc eadem denatorum inspectio aut 1mo. partes mifere affectas, non quo loco hæreant, gignereque morbos debeant, sed in diffitis multum plagis seu nervorum commercio, seu quadam arcana lege, corpora lacescere : aut 2<sup>do</sup>. grandes morborum causas Mortalium ineffe Visceribus, quæ in actum prorumpant nunquam.

Discimus igitur ex his omnibus prudentiam in Diagnosi formanda: discimus cur sæpe eandem deprehendamus fallacem: discimus Prognosin majoris quandoque non esse certitudinis, & proinde curam ca prudentia & cautela incipiendam, promovendamque esse, ut, quando auxiliorum admotorum esses intentioni non respondent, imo morbum exasperant, ferio inquiramus, an forsan causa in his, de quibus hic fermo est, quærenda, reperiundaque non sit?

Tabulæ hic adpositæ multa eorum, quæ dixi, explanabunt. Sunt in iis, quæ ad varias historias hujus Part. XI. pertinent; sunt quæ minime: bæc prout sunt, repræsentabuntur, & explicabuntur; illa paginam libri notabunt, in qua historia eorung dem enarratur.

TA-

## ASZ ANATOMICA QUEDAM,

## TABULA I.

#### FIGURA A.

Intestinum colon juvenis 18. ann. qui Hydrope Afcite, sed potissimum pectoris, & pericardii periit.

A. Cæci amplus faccus.

B. Flexus Hepaticus.

C. Reflexus fupra fe.

D. Tertius flexus.

E. Quartus flexus.

F. Quintus.

G. Hucusque inteftinum tympaniticum, jam post volvulum suum gracilescit, & format flexum Lienalem, flexum scilicet sextum.

H. Flexus feptimus, ab eoque ad renem pergit.

I. Flexus octavus a rene ad latus abdominis.

K. Flexus nonus.

+A TP

L. Flexus decimus.

M. Saccus magnus tympaniticus.

N. Principium Recti.

Juvenis hic triennio ante mortem Dyfenteria laboraverat. An infirmatum inde Colon, in hafce degenerationes abiverat? Inteftinum, quo loco contractum, in co crafium valde fua in fubstantia erat. Historiam reliquam ob fui mirabilitatem in aliam occasionem refervo. Cæterum morbi ex hac mala conformatione non extiterunt.

FI

## ET EXPOSITIO TABULARUM. 453

\*\*\*\*\*\*\*

#### FIGURA B.

Viri 26. annorum est, qui sex subsequentium sibi annorum spatio febre, partim tertiana, partim quartana, laboraverat, a septem autem ultimis vitæ annis non amplius, sed quidem tussi frequentiore, ac semel Hæmoptoë; jam vero præter tussim quandam a biennio sanus, demum in sebrim ardentem incidit, ejusque 21. die periit.

A. Flexus coli hepaticus.

B. Flexus lienaris, a quo usque ad C. tympanitica expansio.

C. Subita Coli contractio usque ad D.

D. Flexus iliacus, mox abeuns in tympaniticum faccum.

E. Subita & priore arctior contractio ad F. usque.

F. Tertius faccus tympaniticus.

G. Contractio coli tertia brevisima.

- H. Quartus tympaniticus faccus.
- 1. Contractio quarta.

K. Rectum inteftinum dilatatius.

Homo hic nunquam ventris incommodis, quantum ex tota anamnestica historia fciri potuit, laboravit. An forte puerorum juvenumque consuetudo, alvum cohibendi, occasionem formandorum ejusmodi saccorum præbere possit? Sic ut loca fæcibus aëreque repleta, expandantur, & irritatio inde nata contrahat loca intermedia, non expansa?

many decision and provide the

FIG.

#### 474 ANATOMICA QUEDAM,

\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*

#### FIG. C.

Colon intestinum pueri novennis spina ventosa pessima mortui.

- A. Inteftinum cæcum profundis cellulis a parte externa incifum ita, ut fæces per angusta admodum spatia se penetrare debuerint.
- B. Appendiculus cæci.
- C. Flexus primus coli sub hepate.
- D. Flexus levis alter.
- E. Flexus tertius. Tumor inteftini hic loci inter Hepar & Peritonæum extabat, & potuerat in vivente puero, ceu tumore magno hepatis exiftente, imponere, & pro dolore colico, hepatis fingere dolorem. Prætera Colon hic fæpe turgens, & hepar fricans, comprimens, ac veluti contundens, potuisset inflammationem, indurationem, scirrhum hepatis efficere.
- F. Flexus coli quartus. Locus, quem hic fub hepate ad usque F. & ab F. ad mediam partem spatii F. P. Colon occupat, cum st intestinorum tenuium consueta sedes, imponere posset pro dolore colico iliacum mentiendo.
- G. Coli flexus quintus admodum altus.
- H. Sextus & septimus flexus parvus coli.
- 1. Octavus flexus.
- K. Nonus ubi Rectum L. format.
- M. N. P. Hepar magnum, ad umbilicum fere pertingens, magnam quoque finistri hypochondrii explens partem. Igitur cum hoc frequenter secur faciat, erramus dum hepatis morbos in dextro duntaxat hypochondrio quærimus. Lien, qui hic apte exhiberi non potuit, ingens quoque erat, & digitum latum infra arcum costæ ultimæ pro-

# ET EXPOSITIO TABULARUM, 455

prominebat. Utriusque autem visceris bona substantia fuit.

O. Ventriculus sub hepate', infraque idem, fere perpendicularis, & ultra umbilicum extensus, fi doluisset parte dextra sua, non sui, sed tenuium potius intestinorum dolorem mentitus fuisset.

# \*

#### FIG. D.

Inteftinum Colon hominis sexagenarii, qui afthmate pessimo diu laborans, de futuro mox Paroxysmo, ex anxietate & dolore ventris, præmoneri solitus erat. Sed quod in ventre præsentiebat, nonnisi causa excitans asthmatis fuit, causa prædisponente in Thorace abundanter inventa, de qua alia occasione.

A. Cæcum inteftinum tympaniticum.

- B. Inteftinum Ileum contractifiimum antequam in Cæcum abiret.
- C. Proceffus Vermicularis ad lacunar tympanitici cæci.
- D. Coli principium angustum, ad E. angustius, ubi sub sui portione F. G. decurrit.
- F. Circumflexio coli hic iterum dilatati.
- G. Reflexum colum angustifimum.
- H. Flexus coli hepaticus, qui jam tertius est.
- 1. Brevi ultra I. Contractio firma coli notabilis. Ab I. ad O. colon est naturaliter expansum.
- K. Levis ejusdem descensus.
- L. Flexus lienaris.
- M. Flexus quintus.
- N. Flexus fextus.
- O. Contractio magna coli, brevis tamen.
- P. Dilatatio ejusdem.
- Q. Angustatio.

45 . 24

Gg

R. D?.

### 416 ANATOMICA QUEDAMS

R. Dilatatio.

S. Angustatio.

T. Dilatatio.

V. Ejusdem denuo angustatio antequam in Rectum abeat.

Notemus hic maxime coli a K. ad L. adfcenfum supra jecur, id est inter jecur & peritonzum; ileique intestini ad B. coarctationem, & coli quoque universi vicissitudinariam expansionem, & coarctationem. Cum enim æger futurum paroxysmum dolore & anxietate ventris præsentiret, eumque non codem semper in loco : cum præterea æger nunquam diutius liber ab asthmate effet, quam alvo per epicrafin perpetuo soluta; an ergo colo toties a materia fæcali ad omnes has angustias irritato & convulso, asthma nervorum iterasset conscnsu? An idem irritatum ac tumidum, interque K. & L. inter peritonæum & hepar locatum, Hepar irritavit, quod certe Doeveriano experimento irritabile viscus eft; hepar autem, diaphragmati connatum, ipsum diaphragma irritando paroxysmum genuerit? Aut potius colon inter K. & L. hepati vim inferens, illud sursum trusit, sic ut diaphragmate irritato, & sursum pulso, cor & pulmones misere affecti redintegrarent paroxysmum?

# 

#### FIG. E.

Exhibet Ventriculum, & intestinum Colon Juvenis, Ileo morbo defuncti: vide Cap. XV. §. 1. ubi Morbus & Anatome describuntur.

A. Cæcum valde tumidum.

B. Colon a principio valde amplum, levem contractionem ad B. habet, ac toto suo transverso cursu ventriculi basi incumbens.

C. Co-

# ET EXPOSITIO TABULARUM: 457

- C. Colon adscendens circum ventriculum.
- D. Colon hic fub ventriculo ad œsophagum pertingit.
- E. Idem a D. & ultra E. fub ejusdem portione C. D. comprimitur. In ipfo cadavere C. D. multo magis fupra D. E. extenfum erat, & ventriculus magis fupra C. D. incumbebat.
- F. Angustius colon.
- G. Flexus paulo amplioris coli iliacus, isque totius coli tertius.
- H. Flexus quartus.
- I. Quintus.
- K. Sextus.

Hi tres flexus a sefe versus latera reclinati repræfentantur, quo distinctius appareant : cæterum in cadavere supra se invicem positi erant, & crusta crassa flava inter se mutuo connexi, quæ eadem crusta partes C. D. & D. E. inter sese conglutinabat. De causa llei morbi vide textum ipsum, Cap. XV. §. I.

#### \*\*\*\*\*\*\*

#### FIG. F.

Intestinum Colon hominis, cujus morbus & Anatome Cap. XIV. §. II. habetur.

- A. Cæcum inteftinum.
- B. Flexus coli primus.
- C. Colon compressum valde sub portione ejus E.
- D. Flexus coli fecundus.
- E. Flexus tertius.
- F. Compressum iterum colon sub flexu D.
- H. Colon prope umbilicum, una cum ventriculo, hærebat; arctius autem multo contractum, quam vitiofa hic figura exhibet.
- G. Flexus quartus.

Gg 2

I. Fles

# 458 ANATOMICA QUEDAM,

I. Flexus quintus.

K. Flexus fextus. Caufæ hic apparent multorum in inteftinis morborum, qui tamen in homine non affuerunt.

# 

# TABULAII.

# FIG. I. II. III.

Notas hic adjicio nullas, fiquidem eæ infertæ funt in historia ipsa capitis XV. §. 11.

\*

#### FIG. IV.

Exhibet ventrem Hydropicæ feminæ cap. XVI. §. IV. cujus notas quoque fingulas hiftoria continet.

# 

# TABULA III.

#### FIG. I. I. I.

Exhibet Jecur, Splenem, & Colum intestinum Juvenculæ 28. annorum, ab ipfis incunabulis per omnem vitam valetudinariæ, quæ demum in sua secunda Hæmoptoë in Nosocomium deferebatur. Ab altera Hæmoptoës die dira Ophthalmia 67. diebus laboravit: a die 52. morbi, quem a secunda Hæmoptoë numero, usque ad 67. diem, cordis passa cst palpitationes: a die 22. morbi, usque ad 93. diem febrim fere quotidianam, cum frigore diuturno incipientem: ab hoc vero die usque ad 154. diem

# ET EXPOSITIO TABULARUM. 479

diem, qui & mortis fuit, febrim hecticam quotidie exacerbantem, fere fine frigore: a frigore die morbi 93. ceffante, diarrhœam quæ ad mortem, 15. diebus exceptis duravit: a die 108. morbi, ad ipfam usque mortem, fputa aut femipurulenta, aut purulenta. Digna est historia, quæ integra alia occasione referatur, nunc tantum quæ ad rem præfentem.

A. Hepatis lobus major.

- B. Lobus ejus minor.
- C. Lien parvus feminudus hic fub margine coftarum confpicuus.
- D. Hepatis lobus minor, ab arcu lævarum coftarum retroflexus & lienem intra fefe comprehendens, atque ad medium fub ventriculo epigastrium denuo pertingens.
- E. Lien involutus totus reflexo jecinoris minori lobo.
- F. Arcus punctis notatus, quo quidquid jecoris ac fplenis infra marginem coftarum eminuerit, notatur.
- G. Inteftinum cæcum, in finistro Hypogastrio, eoque medio, locatum, quod fæcibus, flatibusque turgens, alvum cohibere potuit; potuit & vaginam uteri, uterum, & vessicam urinariam sæpe turbare. Potest Recti, Vessicæque dolores, validosque creare tenesmos, qui huic forfitan causæ minus adscriberentur. Equidem vix ejusmodi effectus inde ægra nostra passa est, ut sæpius malorum in corpore causæ existunt, quæ raro, aut nunquam, in effectum prorumpunt; prorumpere tamen possunt, ac sæpe prorumpunt.
- H. Flexus coli primus. Notemus hic coli longitudinem, quod jam pedis, & ultra, abfolvit longitudinem, antequam in aliis nafci foleat, quodque præterea duodecim fuis flexibus multum Gg 3 per:

#### 460 ANATOMICA QUEDAM.

percurrit spatii. Sic ut, mensura capta, in ventum fuerit hoc colon dupla fere parte confuetam excedere longitudinem. Potuisset tardior hinc alvus nasci, potuisset Colica frequens, eaque flatulenta, stercorea, Pictonica; potuisfet Ileus in longo atque adeo tortuofo inteftino facile oriri.

I. Flexus hepaticus.

K. Umbilicus hic notatur, ut iterum pateat colicos dolores ibi nasci, ubi colum adesse minime creditur.

L. Colon hic præter naturam expansum, ut alibi præternaturaliter tenue.

M. Flexus lienaris.

- N. Flexus quintus.
- O. Flexus fextus.
- P. Septimus.
- Q. Octavus. Q. Octavus. R. Nonus.

S. Decimus.

T. Undecimus.

U. Duodecimus.

W. Inteftinum rectum.

A CONTRACT OF A

### FIG. II. TAB. III.

Exposita hæc est suo loco Cap. XV. §. III.

\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*

#### FIG. III.

Est intestinum Colon hominis quadragenarii, qui laborans carie antri Higmoriani, ex corrupto dente nata, quæ fundum orbitæ jam exederat, oculumque

#### ET EXPOSITIO TABULARUM. 401

que totum de orbita extruserat, demum in Nosocomium venit, in coque anno 1760. obiit. Notandum hic est virum hunc nulla incommoda ventris sustinuisse, alvum autem per omnem fere vitam singulo 3. aut 4. aut ultra die, eamque duram, scybalofam, tantum deponere potuisse, eoque modo eandem, mensis spatio, quo apud nos fuit, deposuisse.

- AA. Inter duo AA. folum Cæcum inteftinum eft hic adeo dilatatum, & elongatum. Situs cæci usque in finiftrum hypogaftrium productus, ut in Fig. I. hujus Tabulæ; verum non ita noxius inteftino Recto &c. quia eo altior.
- B. Proceffus cæci vermiformis.
- C. Principium Coli inteftini, ubi ingreffus inteftini Ilei in colon & cæcum.
- D. Alter flexus crafforum inteftinorum seu primus coli, hepaticus.
- E. Flexus lienaris.
- F. Reflexus in dextrum hypochondrium usque.
- G. Flexus lienaris alter sub priore compressus.
- H. Reflexus in fuperiora fub parte F. G., ut punctis notatur, ab eodemque valde compreffus. Cellulofitate fortiffima ubique, & undique, hic flexus accretus erat, maxime autem ad fuperiora & latus externum Renis.
- I. Reflexus coli versus inferiora.
- K. Flexus ejusdem iliacus.
- L. Flexus exiguus in fuperiora.
- M. Ultimus flexus Rectum formans.

N. Rectum. Decem flexus numeravimus.

Thoracem primo aperientes, mirabamur diaphragma plurimum in finistro thorace protuberare, sed postmodum tantam intestini reslexi toties molem intuiti, mirari destitimus. Ipsum hoc causa morborum in vitalibus partibus multiplicium existere posset, quos protopathicos falso crederemus.

Gg4

#### 462 ANATOMICA QUEDAM,

An morbus aliquando incurabilis, in quo cum fervore quali aquæ ebullientis, borborygmorumque fonororum, fimili quandoque caufæ tribuendus?

#### 

#### FIG. IV.

Ventriculus, Cæcum, & Colon, mulieris, cujus historia data Rat. Med. Tom. II. Cap. XV. §. I. A. Ventriculus media sua finistriore parte magnus.

- B. Idem ex magna amplitudine mox contractifimus.
- C. Pylorus. Via inter B. & C. pauxillum aperta duntaxat, præ corrugatione villofæ maxime tunicæ.
- D. Duodeni principium.
- E. Cæcum inteftinum cum inferto Ileo, & cum fuo vermiculari processu: Amplissimum hoc, ut & coli principium.
- f. Flexus coli primus.
- F. Flexus ejus alter, hepaticus.
- G. Flexus tertius.
- H. Quartus.
- I. Quintus, lienalis.
- K. L. M. Ne figuram literæ turbarent, has tres a latere interno adferipfi: ab I. ad K. flexus fextus: ad L. hoc fic flexum inteftinum, flexum fuum, eumque feptimum, continuando, fub fe ipfo decurrit, & ad M. emergit, & format mox flexum octavum.
- N. Flexus nonus.
- O. Flexus decimus.
- P. Ultimus.

Hic verum volvulum inteftinalem videmus, cujus tamen fymptomata in vita non apparuerunt : quin imo laxior feminæ alvus, pluriesque, etiam fub vitæ finem, diarrhœica diu fuit. Ubi tamen Ileus leta-

### ET EXPOSITIO TABULARUM.

letalis inde natus est, videmus fidem adhibendam Autoribus, qui tale quid se invenisse scripferint. Cur in cunctis his figuris, quasque habeo, aliis, longe frequentius est coli intestini adaucta moles & altitudo finistrorsum, quam in latere dextro? An impediente magna mole Hepatis, inteftinum hoc flatu distentum, adeoque & ampliare, & elongare sele annitens, locum aptiorem nancifcitur, liene fæpe ab arcu coftarum sinistrarum remoto, & ventriculo in fua inanitate minus hoc quafi vacuum replente? An ideo in finistro Hypochondrio illa incommoda frequentiora, de quibus in Fig. mox hanc præcedente, fub finem, egi?

# 

## TABULAIV.

Intestinum cæcum, cum coli principio, hominis, cujus Tympanitidis atque Ilei morbi historiam dedi Tomo I. Cap. XI. Ob rei mirabilitatem totam intestinorum cum tenuium tum crafforum, molem fervavi : cum autem in hac XI. Parte toties de Tympania & Ileo fermo fit, addo hic effigiem coli, & principii Ilei, eadem exacte magnitudine, non qua olim fuit; nam indies magis corrugatur, & plicatur, sed qua nunc est.

Quo quis de hac figura rite judicet, oportet cum recenti intestino eandem conferre; exficcatione enim multa mutantur. Figura Tulpii, & Heisteri, & Morgagni, exhibent intestinum recens, ut & illa magni Albini Exerc. Acad. Tom. III. Tab. V. quæ inftar omnium est. Bidloi autem figura de inflato atque exficcato inteftino defumta est. Mea est intestinorum morbo inflatorum, dein post exficcationem cum spiritu Thereb. sæpe illitorum, contra teredi-Ggs

nem.

### 484 ANATOMICA QUEDAM,

nem, quæ nihilominus pluribus in partibus hæc intestina jam corrodit.

In recenti intestino quævis statu naturali se habentes conspiciuntur partes: in inflato, atque exficcato, plus minus degenerascunt. Sed ipsæ hæ degenerascentes partes rerum intellectum facilitant, illustrantque, ortum exhibendo, & nexum valvulæ, habenarumque ejus, & modum quo coli cellulæ formentur, ligamentorum rationem, decursumque: ac tum demum machinæ hujus admirandæ structuram, usumque capiemus, quando nihil ex recenti citra exficcatam, nihilque ex hac absque illa, concluserimus. Sed & ipfa, quam exhibeo, figura, in Pathologicis conferet ad explicandum vomitum, haud fæcum duntaxat, quæ, ut vidimus, ex ipso intestino Ileo prodire queunt, verum etiam clysmatum, atque suppositoriorum, quæ in Rectum intestinum. immissa impositave fuerant: tympanitica scilicet intestinorum dispositione, valvularum rictum ita distrahente, ut quæcumque in intestinis Crassis hospitabantur, commode nunc in Tenuia transeant. Quapropter haud absque ratione celeb. Haguenotus Acad. Reg. Sc. Par. anni 1713. censuit iteratis nimium Clysteribus, vix effluentibus, Colon, Cæcumque dilatari, fic ut valvulæ ora diducantur, formentque hiatum: id quod profecto in hujus morbi pertractatione fummopere est attendendum. An in omni stercorum cum Clysmatibus vomitu quid fimile contingeret? Nunquid vomitus enematum, Colique fæcum, non fieret, minus expanso Cæco, adeoque valvula se naturali modo claudente? Verum contra, Coli valvulam, non expanso multum Cæco, superavit aqua in humano cadavere in anum injecta per Machinam Italicam. Rat. Med. Tom. II. Cap. 23. Ergone violentia jactus per hanc machinam exercitata, ca longe superior, quæ ab enemate, inversoque

# ET EXPOSITIO TABULARUM.

que Peristaltico motu fit, valvulam cedere cogit? Et an valvulæ refistentia tanta est, ut, fine violenta expansione Cæci ac Coli intestini, vi enormi hujus machinæ, ut cedat, indiget? Imo ut etiam bis validissimam ejusdem potentiam eluserit? Cæterum ut quæcumque partes musculosæ duplo, decuplo, uno, quam alio in homine valentiores ad agendum, refistendumque funt, idem de nostra valvula statuamus oportet. Superari autem cum vitæ integritate posfe, & exemplo eorum, qui olim post enematum vomitum in fanitatem redierint, & eorum hominum, canumque, qui aquam in anum injectam vomitu reddiderint, constat.

# 

#### Explicatio Figuræ.

A. Fundus facci Cæci.

- B. B. Sacci dilatatio, cujus in maxima amplitudine diameter fex pollicum Viennenfium eft, qui faciunt Rhenolandiæ pollices fex, cum linea una & duabus tertiis; pollices Parifienfes fex, minus duabus lineis; Londinenfes fex cum tribus lineis; Palma de Roma octo & fere dimidium. Utor porro pede Viennenfi perpetuo.
- C.C.C.C. Ligamentum primum, & alterum, quod proprie unicum origine est, una cum tertio ligamento, dicto Mesocolico: etenim in parte aversa facci Cæci, quæ hic demonstrari non potest, tria hæc ligamenta in hoc intestini cæci facco una nascuntur, inque tria tunc dividuntur, quorum primum & alterum conspectui hic se offerunt, tertium Mesocolicum eadem, qua duo priora, origine natum, solitarium decurrit antequam Mesocolon intestino adnascitur, & non modo contrahit, sed efficit ut in interna coli parte stria appareat, quæ ad Lit.D. visitur. Da

465

# 466 ANATOMICA QUEDAM, ET EXPOSITIO TAB.

D. Ad hoc ligamentum valvula terminatur.

- EEEE. Fenestra exscissa ex cœco & colo, ut interiora pateant.
- eccccccc. Circumferentia valvulæ coli magnitudinem, adeoque & veram amplitudinem inteftini Ilei, cujus unius proles valvula eft, determinans. Summa inferioris valvulæ partis altitudo eft pollicis cum quatuor lineis, fuperioris autem eft undecim linearum.
- fffffffff. Totidem fræna, seu habenæ, quæ valvulam moderantur.
- G. Valvula ordinaria coli, quales numerofas, & aliquas hac duplo eminentiores, tria coli ligamenta, inteftinum contrahendo, formant.
- H. Hiatus tympaniticus valvulæ, dextra afpicientium parte paulo rotundior; læva, paulo acutior: in latitudine pollicis & octo cum dimidia linearum, in majore altitudine linearum feptem.
   I. Apertura Appendiculi vermiformis.
- KKKKK. Colon inteftinum hic adeo leviter contractum, ut inter primum alterumque ligamentum fere vesicam repræsentet, cum relictis tantummodo contractionis vestigiis. Cur tamen longe contractius est versus BB? Ill. Vir Hallerus Elem. Phys. Tom. VI. pag. 143. "Major, in-"quit, solet esse cellula, quæ inter nudum "anterius ligamentum est, & Mesocolicum." Sed hic etiam inter ligamentum alterum, Omentale Illustri Hallero dictum, & Mesocolicum, fic se habet.

Locus Tabularum hujus Partis:

Prima respondeat.	Pag. 456
Secunda.	458
Tertia.	462
Quarta ponatur in Fine.	June removed

# ANTONII DE HAEN

Confiliarii Aulici, ac Medicinæ Practicæ, in Alma ac Antiquissima Universitate Vindobonensi, Professoris Primarii,


# PARS DUODECIMA RATIONIS MEDENDI

IN

NOSOCOMIO PRACTICO VINDOBONENSI.



LUGDUNI BATAVORUM, Apud PETRUM VANDER EYK, MOCCLEVIII.



WRARMRA BRINKARIA BRINKARIA \*\*\*\* Meto Conto Barber & Cherto Barber

# PRÆFATIO.



uodecimam Partem a Pulfu Arteriarum exordiar: cujus in Prioribus frequenter quidem memini . ac Historiam conscripsi; at vero

recentiores Hispani, Gallique observatores, eandem a me extensiorem longe, explanatioremque, poposcerunt. Rerum enim momenta jusserunt ad Lectulos ægrorum & examinare illas, & examinandas caris committere Auditoribus, ut tandem constaret an Clinicam Praxin, ut perbibent, revera illustrent, amplificentque.

Id porro, ut ordine fieret, Pullium bistoria ab ipsis Medicinæ incunabulis ordienda fuit, inquirendumque sedulo, quid sciverit de Pulfibus, docueritque, Hippocrates, quem vulgo ajunt adeo parum in Pulsuum doctrina versatum fuisse, adeo raro Pulsum in ægrotantibus confuluisse, ut vix sexies vasto in Opere suo, meminerit ejusdem.

Al.

# PRÆFATIO.

Altero Capite Historiam Pulsuum prosequar ab Hippocratis ævo, ad sæculum nostrum; additurus singulares quasdam pulsuum Modisicationes, quas partim observatores attentissimi, partim mei mibi ægri, suppeditarunt.

Caput tertium recentiorum Medicorum novam de pulsu referet, inauditamque doctrinam.

Quartum numerosissina experimenta recensebit, quæ in ægris ad examinandum Nswreproudv, & accurate instituimus, & patienter, & constanter. Hæc longa, sed necessaria, Epicrissi excipiet.

Pulsibus igitur solis integra quatuor Capita, pars utique potior Libri, dicabuntur.

Quintum nonnulla dabit, quæ ad Pathologiam verminofam spectent.

Sextum quorundam tam compositorum, quam simplicium Medicamentorum, enarrabit effectus.

Septimum Quæstionem octo annorum terminabit.

Octavum nonnulla continebit, quæ, Variolarum infitione jam universum peragrante Orbem, scitu sunt Populo necessaria, ut serat æquum de illa judicium.

ELEN-

# ELENCHUS CAPITUM.

CAPUT XVIII. Hippocratis de pulsu Notities & Doctrina. Pag. 467


CAPUT XIX. Profecutio Historice Pulsus ab Hippocrate ad tempora noftra. 474 CAPUT XX. De Recentiorum scriptorum circa Pulsum obfervationibus. 506 CAPUT XXI. De damno quod a Neotericorum de pulsu placitis Medicina patitur. 543 CAPUT XXII. De Lumbrico lato. 560 CAPUT XXIII. De variorum Medicamentorum Virtute. 567 CAPUT XXIV. Finis Quaftionis de sensibilitate & irritabilitate. 583 A P U T XXV. C

De Inoculatione Variolarum.

RA-

588

3





# LECTORI.



n, Benevole Lector, iterum quatuor Partes in unum contractas volumen, quod fic ordine tertium fit horumce opusculorum, de quorum utilitate non opus est ut multa proferamus, fatis eam attestante communi voto, & appetitu: Eadem igitur, quæ in duobus præcedentibus voluminibus, observata & hic funt, scilicet Elenchus Capitum non

in-

# LECTORI,

interruptus: Index ad calcem voluminis præcipuarum rerum ordine Alphabetico, & a mendis typographicis quantum fieri potuit cura : Monere tamen hic Lectorem debemus in Elencho parti primæ præfixo per incuriam irrepfiffe transpositionem in numeris Capitis fexti & feptimi, unde Typographus Partem fecundam a Capite feptimo inchoavit loco octavi : ut levis hicce error corrigatur & ordo sequens Capitum non abruptus procedat fecundo Capiti feptimo Afterifcus appofitus fuit. Annus prior continet Capita Septem, Secundus fex, Tertius quinque, Quartus denique octo.

ELEN-

# ELENCHUS CAPITUM.

C

AP. I. Siftens Anatomicas aliquot Sectio cum brevi prægressi morbi bi ria.	nes flo- Pag. 1
II. Sistens Pathologicam prioris Cap discussionem.	
III. De Miliaribus.	43
IV. De Systemate Halleriano.	47
V. De morbo lleo & profecutio expe mentorum cum Machina adap ta ad eundem etiam desperat solvendum.	111-
VI. Varia,	107
VII, Nonnulla de institione Variolarun	
VII.* De Colica Pictonum.	143
VIII. Pathologica priorum Anacephalo	aio-
IX. De Tetano.	178
	195
X. Differtatio de Tetano ejusque spec bus, nec non de curandi e methodo a primis Medicinæ culis in nostra usque tempora servata.	um Ce-
XI. De febre miliari ac petechiali.	
XII. Varia.	232
* 3	268 CAP.

# ELENCHUS CAPITUM.

1

30

CAP. XIII. De Febribus Intermittentibus. Pag.	295
XIV. De morbis acutis.	335
XV. De Ileo morbo.	352
XVI. De vario Hydrope.	389
XVII. Anatomica quædam & Tabularum	and the second
explicatio.	449
XVIII. Hippocratis de pulsu Notities &	
Doctrina.	467
XIX. Profecutio Historiæ Pulsus ab Hip-	
	474
XX. De Recentiorum Scriptorum circa	
	506
XXI. De damno quod a Neotericorum de pulsu placitis Medicina pati-	
a state of the second s	543
XXII. De Lumbrico lato.	560
XXIII. De Variorum Medicamentorum	
virtute.	567
XXIV. Finis Qualtionis de Sensibilitate &	
	583
XXV. De Inoculatione Variolarum.	588

RATIO

# RATIO MEDENDI IN NOSOCOMIO PRACTICO

# VINDOBONENSI.

\*\*\*\*\*\*\*\*\*

# CAPUT XVIII.

# Hippocratis de Pulsu Notities, & Doctrina.

J. I. Hippocrates ultra quadragesies pulsum meminit. J. II. Consuluit ille pulsum æque Acutis in morbis, quam in Chronicis, ad Diagnosin, Prognosinque formandam; idque aliquando nobis & attentius, & accuratius.

S. I. Pulfus Arteriarum, vetustistimis πάλμ©, Hippocrati πάλμ©, & fæpius σφύγμ©, dictus est. Hujus phænomena Medicos antiquistimos imperfecte admodum, paulo distinctius Hippocratem observasse, Galenus auctor est. Fatendum est, hunc Medicorum Principem in Respirationis, Urinarum, Fæcum, Sudorum, Sanguinisque; nec non dolorum Capitis, Ventris, Pectoris, atque Artuum, mutabilitate adnotanda, in describundis phænomenis, in formando ex iisdem judicio, frequentem ac profusum; parciorem profecto, rarioremque fuisse, in pulsus phænomenis enarrandis. Autores multi, iique graves, & celeberrimi, eum observationis de-H h

### 468 HIPPOCRATIS DE PULSU NOTITIES,

fectum Hippocrati fuisse notant, ut vix quater aut fexies, aut faltem non multo frequentius, in toto fuo vasto Volumine, pulsuum meminerit.

Hujus porro mentis non fum. Numerofi funt textus, qui nobiliorem Viri opinionem concilient nobis. Immo nonnunquam in pulsu cum explorando, tum consulendo, cum nobis attentiorem fuisse, fequentia docebunt.

Ac primo quidem Libro de Humoribus, recenfens omnia, quibus ad morbos cognoscendos, curandosque, Medico opus est, & pulsuum memorat examen.

Libro de Judicat. 'Ear ai Oxéces oquézuoi. Si venæ pulsant, & facies bene habita est, præcordia minime mollia, sed elata, diuturnus ille morbus est. Cum venarum arteriarumque apud Antiquos promiscuum frequenter nomen sit, alteram pro altera indiscriminatim scribunt; sape tamen distinguunt, ut patebit. Brevi post repetit res máxues. Epid. 2. Sect. 6. refert textum eundem.

Libro 2. Epid. Sect. 5. Cujus venæ in cubito pulfant, id eft vehementius, inordinatius, in Maniam, animique acerbitatem. pronus est: cujus vero pulsus àrgeµéy, torpidus est, ille homo est τυφώσης: quæ vox, interprete Galeno, dogynlov, βαρήν, ή δυσκώηlov, hominem in iracundiam tardum, immobilemque, fignificat. Quem in locum Foësius, Hunc etiam locum , subindicare videtur Galenus Libr. 4. de Diagn. pul-, sum, cum scribit Hippocratem animi mores ex , pulsibus discernere tentasse." Igiturne non confuluit pulsum?

Epid. 4. textum, illi Libri de Judicationibus fimilem, repetit, non vero ut ibi, de venis in genere, fed de iis in Carpo agens.

Épid. 4. Sect. I. In hiftoria pueri ad extremam cauponam : Septimo die, ait, sub auroram corporis jacta-

#### ET DOCTRINA.

jactatio, multus clamor, Arteriarum pulsationes pone umbilicum: pulsus autem, ut in acutioribus febribus, erant creberrimi & maximi; & quemadmodum circa vesperam morbi ingravescere solent, ita in hoc morbo toto contigit. Exitum morbi non enarrat.

Eodemque in Libro brevi post historiam Senis, in vestibulis lapideis habitantis, jubet una cum cæteris fignis, quæ Medicus consulat, attendere ad arteriarum pul/um.

Libro 7. Epid. brevi post initium, continuam referens Pythodori febrem ad 14. diem, inquit, febris obscura erat, aut obscurus erat pulsus, qui vero ad tempora, ille percipiebatur.

Et paulo post: Die 15. — totum Corpus perfrigeratum, præterquam ad tempora, fuit: pulsus autem non defecit.

De Eratolai puero paulo inferius: Quod si quis medium umbilicum attigisset, & ad Cartilaginem mucronatam per totam banc regionem manum deduxisset, tantus illic pulsus inerat, τοιδτ@ παλμός siv, quantus neque ex cursu, neque ex valido timore, suscitari circa Cor queat.

Ibidemque de Filio Cidis: Septimo die velut sanus videbatur, circa tempus vero pulsus, aut violentior, aut frequentior, non deficiebat.

In morbi Conjugis Theodori enarratione difficilior textus occurrit, quem varie varii interpretantur. <sup>7</sup>Hν <sup>7</sup> ποις χείεφ Ψυχεότερον το σωμα # agτηρίαις. al <sup>7</sup> če κεοτάφοισι, η μάπον έπήθων. Erat autem ad manum frigidius in suis arteriis corpus; ad tempora vero etiam magis saliebant.

Pauloque post: Qui a Macedone lapide in caput istus est, buic — febris non admodum vebemens, pulsus ad tempora ut tenuis caloris erat.

Et in Menone die 16. Frons & extrema fere frigida perseverabant, saltus autem Arteriarum ad tempora obtinebat.

Hh 2

Ia

460

### 479 HIPPOCRATIS DE PULSU NOTITIES,

In Phericyde: Febris ad manus contactum die quarte cum aliquo madore superata videbatur, pulsus vix ejus signa dabat, inque fronte arteriarum gravitas, torpor.

Ille, quem per somnum post cœnam horror corripuerat, reliquis post nonum diebus, febre expers videbatur; temporum autem arteriæ saliebant.

Epid. I. Philini uxori 14. die Παλμοί δι όλε 3 σῶμαlG.

Epid. 2. Lucia, que Hellebori potione sanata fuit, tandem splenem magnum babuit, cum dolore & febre: dolores vero ad humerum pertingebant, η ή Φεέψ, ή καλά σπληνα έπ' άγκώνι έτέται, και ἐσφυζε μξύ ποπτάκς. Arteria in brachio a latere splenis plenior videbatur, & frequenter pulsabat.

Epid. 3. Phrenitico aderant die tertio per corpus universum pulsationes.

Meliboeæ Adolescenti raedins maruos.

Et paulo post de pulsatione Arteriarum in Hypochondriis die 17. morbi agens, υποχόνδεκον, inquit εντεταμένον έφανη Φλεβονώδεα τροπον.

Brevi pottea docet ad crisin morborum temporum esse tangendas arterias.

Epid. 6. ex Arteriarum temporalium pulsu prognofin facit.

Coac. prænot. No. 124. In febribus Arteriæ cervicis pulsatio, ac dolor, rem in Dysenteriam abituram præsagit. id est, ut alibi docuit, si impedimentum est ne eo tempore, iisque cum signis, hæmorrhagia narium fiat.

Coac. No. 142. Ex arteriarum pulsu, una cum vultus rubore, & cephalalgia, narium hæmorrhagiam præfagit.

No. 139. Lethargici pulsum tardum, torpidum, languidum, lentum babent. ocuyuesos vudgesos.

Nº. 282. Pulsus in Hypochondrio, seu ad præcordia, cum turbatione mentem emovet, idque præcipue si ocubi

#### ET DOCTRINA.

471

oculi frequenter moveantur. Quod Celsus explicans Libr. 2. cap. 7. " protinus timendam infaniam, ait, " ubi quis venas concitas habet, præcordiis duris & " tumentibus."

No. 368. Oarácipor pronunciavit, si post pulsus vebementiam alvus ex inopinato dejiceretur.

Libro de Rat. Vict. in Acut. apud Foël. pag. 397. in homine sano repente apova facto, Arteriarum fieri interceptiones, ait, & pulsationes.

Notabilis textus est Libr. 2. de morb. mul. pag. 643. Alius fluor. Fluit subpallidum & glutinosum, quale quid ex ovo, venterque imus in tumorem exsurgit, durusque evadit, & ad contactum dolet: dentibus stridet femina, & febre detinetur: dolor pubem, pudenda, imum ventrem, & lumbos occupat: animi deliquium fit, anxietudines, perfrictiones, & sudor copiosus: σφυγμοί στοχώεα ψαιρονδες, βληχεοί, ἀπλώποιδες, pulsus in carpo lenuter ferientes, languidi, deficientes.

Libro 1°. de morbis, med phyualar i oradoualar multa cum scripfisset, in isque explicandis de ortu, de progressi, ac fine, Aneurysmatum pluribus præclare disseruisset; caque phyuala in Libr. 2<sup>do</sup> ipsa aneurysmatum appellatione explicasset; pergit in codem 2<sup>do</sup> Libro de Pulsu arteriarum vehementiore ut Cephalalgiæ, Otalgiæque causa, egregie docere: morbumque postmodum describit, in quo homini, subito concidenti, anteriorem capitis partem dolor invadit, sic ut neque oculis ille facile cernat, sed sopore detineatur, pulsantesque arterias, & ad motum impotentiam, habeat. Morbos capitis deinde complures memorat, ab arteriarum intra cranium sive turgefcentia; five ruptura; meminitque in alio capitis morbo arteriarum ad tempora pulsantem.

Libro 3. de morbis, in prima ægritudine describunda notat arterias alio, quam in sanitate modo, & tendi, & micare.

Hh 3

127

Ibi-

# 472 HIPPOCRATIS DE PULSU NOTITIES,

Ibidem in fecundo morbo pulsum describit modica cum febre mutatum, eumque ad tempora salientem.

Libro de alimento: Venarum pulsationes, & Respivatio, pro ætate consentiunt, & dissentiunt; indiciaque & morbi sunt, & sanitatis; magisque sanitatis, quam morbi; & morbi magis, quam sanitatis.

S. II. Sufficiant laudati hi textus, ut erroris convincant illos, qui haud ita pridem, idque pluribus in libris, noftrum Medicinæ Parentem tam parum in pulsum doctrina versatum fuisse perhibuerunt, ut nisi perraro ad ejusdem, ut signi, vim attendisset, & paucis verbis duntaxat Epid. 2. & 4. nec non Coac. cap. 3. &c. Cap. 15. &c. fe hujus doctrinæ penitus ignarum non fuisse, ostendisset. Profecto qui attenta mente hos textus pervolvit, quibus illum plus quadragefies ejusdem meminisse constat, ille clare perspiciet Hippocratem 1° consuluisse pulsum arteriarum variis in corporis locis; in Carpo, in Cervice, in Temporibus, in Fronte, ad Præcordia, ad Ventrem. 2<sup>do</sup> Pulsum differentiam pro temperamentorum notaffe varietate. 3110 Animi mores ex natura pulsuum expiscari, discernereque, tentasse. 4º Morbos chronicos ex pullu carpi, fi cum facie bene colorata, Hypochondria & minime mollia, & clata effent, præsagiisse. 5to Descripsisse eundem accurate in acutioribus morbis pullum Arteriarum. 610 Eorundem in his morbis sedulam commendasse observationem. 7" Hippocratem pulsum confucto in loco haud micantem, ad varia loca, in quibus arterias pulsantes observando didicisset, investigasse. 8vo In altero, atque altero in brachio, ab codem pulfuum observatam fuisse in magnitudine, frequentiaque, differentiam. 9nº Nec non & universi Corporis Arteriarum moleftam, in nonnullis Acutis, pulfationem. 10mo Neceflitatemque accurati pulluum examinis ad Crifes morborum. 11mo Eum quoque ex

#### ET DOCTRINA.

ex pullu una cum ceteris fignis narium hæmorrhagiam prædixiffe. 12<sup>mo</sup> Ut & eodem pulluum ad Hypochondria, cum aliis fignis examine, Mentis alienationem. 13<sup>tio</sup> Mortem prædixiffe *Hippocratem* ex pullu, una cum aliis fignis. 14<sup>to</sup> Notaffe in fubita aphonia pulluum interceptiones & pullationes. 15<sup>to</sup> Et in certo quodam mulierum morbo pulfus leniter ferientes, & languidos, & deficientes. 16<sup>to</sup> Eumque etiam complures capitis morbos & ex pulfu cognoviffe, & a pulfu, ut a fua caufa, deduxiffe. 17<sup>mo</sup> Docuiffe tandem qui pulfus fanos diftinguas a morbofis.

Collatis hifee omnibus, rogo num ultra quisquam iniquam adeo in *Hippocratem* lententiam proferre, tuerique poffit? Et an non potius convicti fimus, non modo pulfuum doctrinæ non ignarum fuiffe *Hippocratem*. verum potius & gnarum, & expertum: docuiffeque multa, egregia, præcipua, quæ feitu opus practici habeant? Reflitui fic magno Viro honorem, quem ipfi detraxerant permulti, qui etiam clari in aliis, inclyti, excelfi, in ftudio autem Hippocratico tenuius verfati, ob idque alii alios tranferibentes, apti, fi dicere liceat, non fuerint, qui quid cognoverit ille, quid ignoraverit, probe noffe, teftarique poffent.

Illud nihilominus lubens fateor, Eum pulluum obfervationes haud ita completas, frequentesque, ad fingulorum morborum addidiffe hiftorias, quam illas de Respiratione, de Urinis, &c. Cur non addiderit ignoro, doleoque. Sedulus enim pulsuum, attentusque observator, fi & has addere voluisset, potuisset.

Hh 4

473

# 474 PROSECUTIO HIST. PULSUS AB HIPF.

# CAPUT XIX.

# Prosecutio Historiæ Pulsus ab Hippocrate, ad tempora nostra.

S. I. Aretæus Cappadox pulsum examinavit, descripsitque ita, ut nemo nostrum accuratius. S. II. Et antiquus ille Scriptor est, & Galeno, ut videtur, ætate superior. J. III. In doctrina pulsuum nemo Galeno diffusior, subtilior, plusque arbitrarius, eandemque ob causam posteritati inutilior. S. IV. Ab Actuario, P. Ægineta, Aëtio, Arabibusque, non redimus doctiores. §. V. Scholæ Medicæ postevioris ævi, simplex doctrina pulsuum, veraque, & tuta eft. Stahlii, Morgagni, Halleri, noftraque experientia, pulsus celer differt a frequenti. S. VI. Hippocratis, Tulpii, Starckmannii, Morgagnique de alterius brachii alio pulsu experientiam, propriæ observationes confirmarunt. §. VII. Disquisitio de pulsu intermittente. An, & quando, malo signo est? Notabiles intermissionis observationes Prosperi Alpini, Wieri, Ballonii, Bonneti, Struthii, Lancifii, nec non & Galeni. Juste de boc pulsu censurus, quadruplicem ejusdem, quarum una naturalis fit, causam agnoscat. §. VIII. De Aspbyxia spuria, & vera. Historiæ memorabiles utriusque. Multæ Asphyxiæ cum virium mentis corporisque majore minoreve constantia, breviores, longiores, longissime, & vel morte terminate, vel sanitate. Struthius, Ballonius, Bonnetus, Schenckius, Ramazzini, Morgagni, Hallerus laudantur. §. IX. Biga pulsuum, quorum alter perpetua tarditate, alter perenni frequentia, uterque vehementer ultra morem, causa utriusque obscura, peccaverunt. Plura exempla extremæ tarditatis ex bistoria medica. Jacenti homini, sedentique, fit mutatio celeritatis. Cum pauca exempla

#### AD TEMPORA NOSTRA.

pla descripta sint excedentis velocitatis, unum traditur per omnia notabile.

S. I. A b Hippocrate Coo ad Aretaum Cappadocem, temporum scriptorumque me ducit ordo. Si quis Autor multus fuit, fi eruditus, fi distinctus in pulluum notitie, is certe fuit Aretaus. Meminit pulsus parvi, tardi, debilisque. Pulsum in ægrotis penitus abientem fuisse enarrat. Pulsum in aliis invenit aut magnum, aut inanem; creberrimum, ut & compressum. In cholera morbo pulsum invenit principio magnum validumque, deinde meis attoberiv, fere extinctum, tandem exiguum & creberrimum: pullum describit alium rarum, ac debilem; tum parvum, crebrum, turbulentum, inordinatum; pullum palpitantem in præcordiis; pullum parvum, gravem, tardum, ægre fe moventem. Dougues ouliess, πυκνόταles, όκοιον τι πεπιεσμένες, & Sedialuéves, pullus exiguos, creberrimos, ac veluti oppreflos, atque fe iplos quali repellentes, persequentesve. Describit & pullum intermittentem ; inordinatum ; deficientem; & alibi pulsus vehementes, celeres, parvos, turbatos; iterumque pulsus raros, exiguos, minimos, tandem creberrimos, ac demum deficientes. Et parvum alibi notat, crebrum, obscurumque pulfum: parvum quoque, & crebrum, & compreffum: habet & pullum obscurum, debilem, crebrum, & ad leviores motus mox excitatum: pulsum crebrum, exiguum, languidum.

§. II. Incerta quidem Aretai ætas est: si tamen argumenta inter se se conferamus, J. G. Vossi, Wiggani, Petri Petiti, sub sinem sæculi 17. Parisienss Medici, maxime probabile sit, Autorem hunc Neronis, aut haud diu post, vixisse temporibus; Galeno itaque sæculo superiorem suisse, ab eodem vero non laudatum, quod Archigenes, Pneumaticæ una cum Hh s

475

#### 476 PROSECUTIO HIST. PULSUS AB HIPP.

Aretæo fectæ, Romæ degens, ibidemque clarus, & Aretæi, ignoti eousque icriptoris, aut fcripta, aut placita, pro fuis venditans, Galeno notior; quemque Galenus nunc carperet, nunc laudaret, vicinior, aptiorque exifteret. Hoc fi ita fe habeat, ut eft verifimillimum, videmus Autorem, fæculo ante Galenum extitiffe, qui jonica cum Hippocrate Dialecto, qui Hippocratico ferme Laconismo, super fundamenta ab Hippocrate jacta, egregiam de pulsibus superstruxerit doctrinam, Diagnosin quoque, & Prognosin, ac Therapeian, ad pulsus accomodaverit.

Hoc fic pofito, habemus alterum ab Hippocrate Autorem, qui ut Hippocrates, ut nos, & pulius cognoverit, diftinxeritque, & ad Prognofin &c. accommodaverit; ut fallo proinde primus hujus rei honor Galeno adscribatur.

§. 111. Claudius Galenus, Romæ florens medio, ac versus finem, sæculi secundi æræ Christianæ, in pulsuum doctrina profusissimus Autor suit. Docent id, qui ejus inde extant Libri. De Pulsibus ad Tyrones Libellus. Libri IV. de Pulsuum differentiis. Libri IV. de pulsibus dignoscendis. Libri IV. de Causis Pulsuum Libri IV. de præsagitione ex Pulsibus. Synopsis suorum XVI. Librorum de Pulsibus. Extat præterea Galeno adscriptum Pulsuum compendium. Denique habetur Galeni ad Antonium Philosophum de Pulsibus Libellus. Complent omnia hæc in Editione Charteriana 336. paginas.

Immensa omnis hæc librorum moles, ad usum medicum minus apta videtur, accommodaque. Primo enim plusquam dimidiam eorum partem oratorius explet ornatus. Est deinde Autor plurinus in refellendis Opinionibus Antiquorum; Archigenis, Heraclidis Tarantini, Alexandri Philaletis, Demosthenis Philaletis, Bacchii, Aristoxeni, Zenonis, Chrysermi, Heraclidis Erytræi, Agathini, Magni, Athenæi, Moschionis,

#### AD TEMPORA NOSTRA.

nis, Erasistrati. Quorum sane opiniones nostra parum referunt. Tertio quia subtilitate sua Peripathetica fic diftinguit, dividitque pulsus, ut primo ponat differentias 27. quas in tres alias subdividens, 81. differentias pulsuum nobis exhibet; quas qui mente asfequi, & ad doctrinam Clinicam accomodare contendit, ingenio luxuriante fictas potius, quam aut a Galeno, aut a quolibet alio Medico, vere observatas fuisse, fibi persuadet. Ut profecto Ill. Hallerus ad §. 219. Inft. pag. 278. scite scripferit: "Galenus di-" vifit & composuit ita pulsuum historiam, ut nemo " nostri ævi fatis Musicos digitos habeat, qui possit " cos gradus distinguere." Bona equidem, quis dubitat? in Galenicis reperiuntur; verum confula cum cæteris fic, totque speculationibus inanibus commista, ac fædata, ut lucri vix multum inde reportemus.

§. IV. Actuarius, Paulus Ægineta, Actius, &c. quod de pulfibus haud pauca tradiderint, non est quod miremur, utpote qui pene omnes & Aretæi & Galeni meminerint, & Galeni edocti voluminibus essent. Scriptores Arabes, cum Hippocratis, tum maxime Galeni, imbuti doctrina, & Galenicam de pulsu doctrinam tradiderunt, imo fatentur ex Galeno habere.

§. V. A pluribus retro fæculis fehola Medica confideravit Pulfum 1<sup>mo</sup> fortem ac debilem. 2<sup>do</sup> magnum & parvum. 3<sup>tio</sup> plenum & vacuum. 4<sup>to</sup> celerem ac tardum. 5<sup>to</sup> durum, vel mollem. 6<sup>to</sup> æqualem, & inæqualem; inæqualem autem vel rhytmo, vel tempore, vel utroque modo; vel remittentem; vel dicrotum, vel myurum, vel caprizantem, &c. 7<sup>mo</sup> intermittentem, feu ácqužíav. Hos autem pulfus majori ac minori gradu contemplatur, variaque pulfuum combinatione, ut duros & magnos fimul, dutos & parvos, duros & lentos, durosque & celeres: ma-

477.

#### 478 PROSECUTIO HIST. PULSUS AB HIPP.

magnos & duros, magnos & molles: magnos, duros, æquales, vel inæquales: magnos, plenos, fortes, æquales, inæquales &c.

Celeberrimus Stablius, Veterum plures fecutus, celerem inter frequentemque pullum neceffariam diftinctionem admisit, negavit Hofmannus. Distinctionem admittere debui, experimento coactus. Pullum enim mei mecum observarunt quandoque Discipuli, & Auditores, minime frequentem, digitum tamen tam subito tamque fulminea celeritate ferientem, ut esset fine frequentia celerior vocandus.

Notabile quid hanc in rem inclytus Morgagni habet Ep. 24. Nº. 32. "Videbimur pugnantia loqui, " fi celeritatem conjunctam cum raritate in ægro-, rum pulfibus nos invenisse dicemus. Incidit id " alias quoque; fed nunquam magis, quam in Adolescente, in quo non magnam pulsuum raritatem, 37 maximam autem celeritatem deprehendimus. . . 32 Nocturni fudores (in Thoracis inflammatione) crebri, inutiles primum; at circa diem 10. & 11. 37 " utiles adeo, ut pulsus qui vibrati & frequentes valde fuerant, ut acuta febris requirebat, undecima die hac finita, nec vibrati amplius, nec fre-57 quentes, imo rari essent, nec rari tamen valde ex-53 tra modum. Sed cum ea raritate mox fe conjun-22 git vibratio; celeritas autem tanta, ut cum arteriæ motus ambo, extrorsum videlicet & introrsum, simul sumti, non multo plus occuparent temporis, quam solent secundum naturam, primus 37 esset triplo brevior, quam secundus. Quæ res biduum circiter perstitit, donec vigiliis & siti, " quæ etiam tunc supererant, paulatim abeuntibus, " fensim pulsus quoque, vibratione & celeritate im. " minuta, ad naturalem pene modum, ficut quarto " decimo percepimus die, redierunt."

Ill. Hallerus El. Ph. Libr. 6. Seft. 2. S. 13. hanc ce-

#### AD TEMPORA NOSTRA.

celeritatis, frequentiæque differentiam, pluribus experimentis probat; & in homine ægroto faltem admitti oportere cenfet.

§. VI. Atque hæc de Pulsu cum raritate celeri. Dantur homines sani, quibus alio atque alio in brachio, alius atque alius pulsus str. Ballonius Epid. 2: in hujusmodi inciderat. Causam in Arteriæ ipsius stive naturalem, sive præternaturalem, alio quam in alio carpo constrictionem; ejusdemve profundiorem fitum, refundit; ut pulsus altero in brachio fortis plenusque, contrarius in altero str. tunc unus a remediis tentandis paullum revocat, alter remedium validissi tentandis paullum revocat, alter remedium valiftoria de Cervenay bujus rei fidem faciet : cui pulsus omnino erat dissi fimilis. Et quod unus distitabat, suadebatque, alter dissi dissi distitabat.

Nonnullos ejusmodi reperii: longe tamen plures, qui id mihi, aut prima vice Medicinam facienti, aut illis bene valentibus obviam facto, autoritate suorum Medicorum audacter affeverarent, nec haberent tamen, quantacunque cum diligentia, diuturnioreque mora, explorafiem. In nonnullis, ut dixi, rem fic deprehendi, deprehenderuntque alii mecum: fæpius vero idem deprehendere me mihi vilum, & fitus brachii explorati mutatus, & explorans manus aliter pofita, & digiti quoque, erroris convicerunt. Contingit in iis, qui revera alium in alterutro carpo pulfum habent, ut nonnunquam arteria cubitalis pulfum magnum referat. In dexterrima obstetrice inveni asphyxiam in carpo dextro; sed inter os Metacarpii digiti minimi, & annularis, in dorfo manus, arteria adeo magna erat, adeo fortiter pullabat, ac arteria radialis in carpo finistro. In Tulpii casu utroque Libr. 3. cap. 45. erat arteria ad pullum explorandum apta in dorfo manus pollicem inter indicemque. Eph. N. C. cent. 10. N. 42. Starckmannus candem fere. quam

quam *Tulpius*, observationem refert. Quapropter in omnibus hisce casibus manus utraque capienda, explorandaque est.

In morbis autem id nonnunquam contingere extra dubium eft. Sunt, qui ex hac differentia credant alterum corporis latus altero effe morbofius. Tale quid vix negare licet nobis, fi primo Hippocratis repetitas toties observationes de his, quæ zar' igh fiunt; deinde quæ idem supra in laudato textu de hac re dixerit; tertio quæ observationes propriæ aliquando nos docuerint, attenta mente revolvamus; quamvis ratiocinio Anatomico, & Phyfiologico, veram phænomeni causam non facile assequamur. Conjecturando forte aliquid tolerabile proferimus aliquando. Morgagni Epist. 24. No. z. ", Sed non cos tantum "Nervos, inquit, qui cor adeunt, verum alios " etiam, qui Arteriis, aut Musculis, qui his appo-" nuntur, inferviunt, carum variare motus posie, " ex ægro didici, qui cum graviflimum morbi peri-, culum vix evafiffet, magna ob adversum nuntium, " importune delatum, mœstitia affectus, coque ma-" jore, quo magis hanc occultare conabatur, mihi. " nihil tale expectanti, pulsus exhibuit, primum " utroque in carpo, diebus autem insequentibus in " finistro tantum, omni peccantes inæqualitatum " genere; ut cum in dextro effent codem tempore , maxime æquales, perspicuum effet, causam ad " finistram duntaxat brachialem Arteriam attinere, " quæ ipfa quoque, mox levato mœrore, nervisque " ad priftinam dispositionem redeuntibus, ad natu-" rales motus rediit."

§. VII. De pulsus intermittentis natura sepius quoque disputatum est. Galenus Libr. 2. de præsag. ex puls. cap. 4. Vocat merito eum omnium vitiosorum pulsum perniciosissimum; boc in vitæ discrimen trabi juvenes maxime, minus pueros, omnium minime senes. Opti-

Optimeque docet in præfagiendo ex hoc pulsu ad reliquarum functionum conditiones esse advertendum. Variis in locis de eo agens Galenus, multum sibi contradixisse videri posset; verum qui ad sententiam ejus, hic laudatam, reliquos textus contulerit; inanem omnem contradictionis deprehendit accusationem.

Fuisse nihilominus haud paucos Medicorum, eosque minime incelebres, qui tam ex abstractis quibusdam Galeni textibus, quam ex repetita haud semel experientia, pulsum diu, multumque intermittentem, mortis credidere nuntium esse, certissimum ess. Sapientiores vero cum Galeno, & maxime in juvenibus exitialem esse, & in his, in quibus cum pulsus plus una pulsatione intermittat, tum sequentes post intermittentem debiliores ictus habeant. Quanquam ne tunc quidem ejus perniciem adeo absolute affirment, & plures non excipiant casus: Sordes primarum viarum, Vermes, Naturalem dispositionem, Morbos vitalium partium, tam protopathicos, quam deuteropathicos.

Et jure profecto. Exempla enim haud plane pauca id docent. Optimus Autor P. Alpinus Libr. 4. cap. 4 de præsag. V. & M. Pharmacopæum quinquagenarium, (utique nondum senem vocandum) ex pessima Diæta misere languentem, absque sebre tamen, invisens, invenit pulsum intermittentem pluribus diebus, donec probe purgatus esset. Additque Juvenculæ morbum pleuriticum, in cujus die primo ad 7. vel 10. ictum intermitteret pulsus; die altero ad 6 aut 4. die tertio ad singulos tres; "quarto singu-"lis pulsatis duabus pulsationibus ita intermitteret, ut "immobilis multo intervallo materia maneret, pulsusque "subsequentes languidi, exilesque essent. Nibilominus præter omnium sem, simul cum urina, multa materia "crassa pituitosa excreta, nulla alia observata vacuatio-

29 HE 9

48 E

" ne, aut judicio a natura facto. Sed hujusmodi cafus raro fiunt, suntque in arte medendi veluti monjira."

Hoc ultimum ideo addit Alpinus, quod præter morem, præterque observationem, pulsus hujus intermitteret juvenculæ; alias prudentissimus ita in judicando ex tali pulsu fuit, ut laudato mox loco legem statuat, ut nunquam ex solis pulsibus malis judicium feramus, sed aliis signis una conspectis, ac simul collatis.

Hoc fundamento Wierus, Sereniffimi Ducis Cliviæ per 30. annos Archiater laudatiffimus, falutem ægro prædixit, cui una cum pulfu, tertio fingulo ictu intermittente, omnium reliquorum fignorum optima conditio adeffet: viditque, quod prædixerat contigiffe, ubi onuftas ægri vias primas probe expurgaffet. Extat apud G. Horft. Obf. Libr. 9.

Ill. Morgagni Epist. 24. §. 20. Multa in hanc rem affert, ut doceat, quo modo contenta in primis viis materies in ipfum cor agat, pulfusque vario modo mutet, vitietque; codem quoque illos efficere intermittentes. Quod exemplo confirmaturus, sic memini, inquit, cum febricitanti Virgini mederer, & ad cætera intermissio pulsum accessisset, præter rationem, minime absterritum esse me ab eo exhibendo, quod constitueram medicamento, quo abstergerentur Ventriculus & Intestina; imo eo sidentius dedisse: eademque die & abstersa bæc, & pulsus priori normæ restitutos fuisse.

Spatio quatuordecim cum dimidio annorum, quibus Medicinam Hippocraticam in hac antiquiffima univerfitate, & doceo, & demonstro, bis certo; ac forte ter, intermittentem pulsum ante Crisin alvinam demonstravi Auditoribus.

Quod ad fenectutem attinet, in hac cum Galeno quandam pulsuum intermissionem minus, quam in juventute, periculosam esse affirmamus; fin vero intermissio hæc in senibus cum frequens sit, tum diutur-

turnior, majus inde discrimen cum Ballonio agnoscimus. Quod autem hoc in casu a validioribus auxiliis deterreri non oporteat, docuit nos idem vir clarus conf. med. Libr. 1. nº. 58. exemplo hominis 78. annorum, purulentis pulmonibus, cui, fæva pleuritide laboranti, ad fingulam venæ sectionem intermissio cum reliqua pulsus inæqualitate minuebatur, postque tertiam quartamve venæ sectionem, omnino filebat, ut a pleuritide convalesceret senex.

Dixi 2<sup>do</sup> a vermibus intermittere pullum. Quid illi in toto systemate animali, præcipue & Cordis & Arteriarum, movere, perturbareque possint, mox ex Morgagno intelleximus. In pueris a vermibus, corumque sordibus, pulsus aut intermittit, aut remittit, aut citra intermissionem remissionemque, vel tempore inæqualis eft, vel rhytmo, vel utroque. Ita quoque fe habet Adultorum verminosorum pulsus. Et cum quotidianæ observationes id doceant, quod Adultorum numerofissimi, five vermium symptomatis quondam laboraverint, sive nunquam, vermes, acute laborantes, sursum deorsumque expellant, facile pulfus intermissiones ante crifes alvinas hinc repeteremus, nisi convicti essemus primo, a vermibus vel minime, vel longe alio modo, pulsum mutari, secundo a quocunque alio viarum primarum inquinamento, spurcitieque, pulsuum intermissiones proficisci, easdemque, tertio, intermissiones admodum notabiles observatas Prospero Alpino effe in motu critico solo urinarum, tandem quarto a sordibus primarum viarum sæpe longe alia pulsuum vitia animadverti; ut v. g. Ballonius refert pulsum languidum ac parvum inde factum fuisse, idque se sic demonstrasse, quod pro gradibus purgationis, pulsus restitueretur.

Pulsus intermissionem 3<sup>tio</sup> Morbi vitales, seu protopathici generant, seu deuteropathici. Hydrops pectoris, Hydrops Pericardii, Cor, Majoraque vasa I i aneu-

aneurysmatica, Arteriarumque universo in corpore dispositio osfea, cartilaginea, aneurysmatica. Vitia notabilia Pleuræ, Mediastini, Costarum, Sterni, Pulmonum, Diaphragmatis, Hepatis, Lienis, omniumque abdominis viscerum. Notiora hæc omnia funt, quam ut allatis confirmem exemplis. Inftar omnium funt, Boneti Sepulchretum, Lancifii, Valfalvæ, præsertimque Morgagni, præclara opera. In variis mei operis tomis exempla plura cum idiopathice, tum sympathice læsæ Vitalitatis dedi. Nec quisquam verius accuratiusque optimo Lancifio de intermittente pulsu ex causa sympathica differere potuit, cum ipsus, qui illum pateretur, effet. Hujus veritatis, inquit, ex memetipso experimentum promam, qui, cum tria ante lustra pertinaci, mibique sensibili cordis contractione, indeque orta pulsus intermittentia, ex Hypochondriorum consensu, per sexennium laboraverim, plus in aliis, quam in me iplo, diligens, & attentus, u/u tandem Rhabarbari, Chalybis, & Juris Viperati, perfette convalui. Libr. 1. de subit. mort. cap. 19. pag. 59. Id modo his omnibus addendum eft, ut notemus, quantumcunque omnes descriptæ causæ pulsum intermittentem reddant, casdem nihilominus loco intermittentium pulsuum sæpe longe alio modo turbare, difformareque illos; quin ctiam pulsum aut parum, aut nihil, ab ipfismet his caufis mutari. Tot in prioribus meis argumenta hujus extant, tot laudati mox scriptores protulerunt, ut eadem hic repetere velle, omnino supervacaneum sit.

Sed 4<sup>to</sup> Intermittens pulsus quibusdam naturalis est. Prosperum Alpinum experientia id docuerat. Ubi enim de Myuro intermittenteque pulsu præclare disferuerat, Libr. 4. cap. 4. de præsag. hæc addidit: Quidam etiam observantur, qui ex natura hos pulsus vel etiam recte valentes habeant: ex quo caute Medici ad judicandum agere debent, ne decipiantur. Expertus idem Go-

485

Galenus est, uti concludere debemus ex Libro de prænot. ad Postbumum. Cum enim Medicorum inquietudinem circa Oeconomi cujusdam intermittentem pullum observasset, ipseque tandem hominem accurate per omnia examinafiet, respondit Medicis, yνώσχειν έν χρή το τοιέτον όκ γενέλε είναι σύμπλωμα .... τέτο 3 αυλώ φύσει συμβεθηκένα. Ballonius Epid. 2. Struthii Monachi, casum narrat, intermittentem pulsum, quoad vixerit, habentis: alterumque juvenis, qui dum ex morbo emergeret, suo pulsu intermittente Medicos terruit, ignorantes id effe ousperes.

Quod autem mirum ipfe observaverim, non reticebo. Pluribus annis Medicinam Mercatori feci, qui non modo pulsum a natura intermittentem habebat, verum etiam dum ægrotaret, cum celeritate æqualem. Pluries ipfi in Acutis morbis Peripneumonia, Ileo, Febre continua putrida, affui. Cum ex primo morbo reconvalescens, videret me in pulsu examinando quodam die inquietiorem, risit, rogavitque num intermittentem valdopere pulsum deprehenderem, pertimesceremque? Annuo. Explicuit mihi rem, jamque ad hujus apparitionem extra omne mortis periculum se esse monuit; quamdiu autem æqualis maneret, in pluribus morbis id se suis e medicis semper intellexisse, quod in discrimine adhuc versaretur. Ut porro tunc mihi explicuit, ita postmodum expertus sum, lætusque ipfi nuntius in subsequentibus morbis fui, primam intermissionem annuntiando. Cordis actionis aucta celeritas intermisfionem delebat pulsuum, quam solita Cordis contractio superare non potuit. Capite 21 mo sequetur observatio fimilis, quæ cum ad illud caput, quam ad hoc plus faciat, in illud refervo.

§. VIII. Notant Medici integrum pulsuum defe-Etum seu as qu'élar, quæ hic recensenda venit, quod protracta intermissio sit, protractaque Asphyxia sæ-112 4.144 pilli-

pissime in mortem terminetur. A syncope in eo differt, quod in hac functio etiam animalis ita deleatur, ut vera supersit mortis imago; in illa vero hæ functiones haud oppido raro perstent, vigeantque. Ideoque as qué supersitatio, ut in Letum abeuntis, nonnihil moderanda est.

Ac primo notamus dari afphyxiam spuriam, quæ, cum talis videatur elle revera non fit. Ballonius hac de re Epid. 2. differens, refert ex Strathio de Starchonio Veneto, cum illi in continua febre adellet afphyxia, male ominari Medicum cepiffe, pulíuum inftrumenta ignorantem : profunde quippe illi demerfas arterias effe; multaque & carne & adipe fic communitas, ut contingenti manui non occurrerent: ægrum autem convaluisse. Alterutro in brachio nonnunquam hoc vitium reperiri, constitit supra. In hoc viro Arteriæ & altius demersæ, & craffius tecta, in causa phanomeni fuisse dicuntur: Aneurysma arteriam lædens; Polypus in Arteria subclavia in alio homine; Nervorum spasmi alibi videntur hoc vitium genuisse. Latius hac omnia apud Struthium in ejus Arte sphygmica. Soli illi hic decipi possunt, qui perfunctorie medentes, utrumque negligunt prendere pullum; aut fi utroque in pullu vitium obtineat, palpabiles alibi, Hippocratis exemplo non quærunt arterias, neque diligenter explorant.

Sed dantur, secundo, veræ Alphyxiæ, in quibustamen admittendis prudentia opus est. Describuntur enim a numerosis scriptoribus, maxime in Sepulereto Boneti, quarum pluribus vel ob id fidem adhibere omnem nequimus, quod adeo notabiles observatorum appareant defectus; ut, velimus, nolimus, suspirational estatus alterum modo carpum in nonnullis prehensum fuisse; in aliis aliarum corporis plagarum non fuisse quæsitas, exploratasque arterias: quam ob causam Asphyxias illas Dierum, Septimanarum, Mensiumque, adz

487

admittere ægre poffumus. Nonnullas recensebo tamen, quibus denegare fidem vix quisquam poterit.

Bernardini Ramazzini, Mutinensis Professoris, Constitutiones Epidemicæ extant, & in collectione Operum ejus omnium sequentur mox ejus publice habitas Orationes. In Const. anni 1692. 1693. 1694. §. 23. legitur memorabile hoc: Nonnullis suppressa est urina, vacua prorsus existente Vesica. Præcipue vero id observatum in iis, quibus pulsus erant parvi, ac pene obliterati : ut contigit in juvene quodam Hebræo, qui cum Aspossia, ac totus gelidus, vixit ad quatuor dies, nec urinæ quidquam reddidit : antequam autem infelix iste obiret, quamvis toto corpore perfrigesactus, (nullibi arteriis micantibus) adeo robustus erat & ad motum expeditus, ut etiam ipsa die, qua ex vivorum statione descessit, e lectulo surrexerit, & sus vestes induerit.

Et §. 39. postquam in Dysenteria, malignæ febri peticulari superveniente, Opiatorum usum laudasset, *Guidam*, inquit, accrrima Dysenteria laboranti, pluries exbibui Laudanum opiatum ad 3. & 4 grana, sed parvo levamine: vixerat bic ad plures dies omnino gelidus, ac sine pulsu; vires tamen non erant adeo languidæ, ut buc & illuc se jastare non posset. Verebar ne largiore dos exbibitum laudanum reliquum flammæ vitalis, quæ supererat, ressingueret: Laudanum rursus ad grana 5. exhibui, ex quo æger placi le dormivit, & excalefastus est.... Satis obvium erat in bac Constitutione (ac præsertim grassant pysenteriis, & verminosa assertione) bujusmodi in toto corpore perfrigerationem, una cum pulsus abolitione, observare.

Perillustris vir Morgagni Ep. 24. §. 6. Senex jam tres menses, ex quo crus fregerat, in hoc cubabat Nosocomio, levi quadam, sed pertinaci, febre detentus, cum præter exspectationem repente animadversum est, sine pulsibus esse hominem, cui ne intermittere quidem consuessent, se qui nihil pejus, quam soleret, eo ipso tempore se hali 3 bere

bere asseverabat. Quod ut confirmaret, protinus se erexit, & in lectulo consedit. Tamen, neque ita multo post, reapse est mortuus. In cadavere præcipue advertebatur, & pericardii cum corde auriculisque concretio, & Aortæ descendentis complures erosiones, suturæ ossificationis indices, & universa fætidorum pulmonum cum pleura cohæsso.

Differit clariffimus Vir deinde de pluribus ejusmodi cafibus, quos varii Medici retulerunt, Afphyxiarum feilicet 24. horarum, dierum 40. & ultra, imo 4. menfium, quæ demum letales fuêre omnes. Remittitque nos ad Ep. 18. in qua lotricis quadragenariæ refertur hiftoria, quæ ultimo fexennio fæpius in Nofocomium propter Afthma convulfivum recepta, perpetuoque tunc afphycta, die tandem 15. obibat. Arteriarum in utroque carpo ftatus naturalis fuit inventus.

Ill. Haller Oper. min. Tom. III. pag. 305. Afphyxiam fere perfectam describit, una cum frigore artuum, & nihilominus cum Viribus mentis corporisque sat bonis, ciborumque cupedine, idque integro ante mortem triduo. Sed merito addit: Difficulter bæc omnia cum Theoria conciliantur.

Qui plura vult, adeat ipie Epistolas præclari viri, Morgagni, 18. 21. & præcipue 24. Tum & Boneti sepulcretum Tom. 1. sub finem; Schenckium a Grafenberg Tom. 2. Scriptores quoque practicos, ut Fernelium, qui 24 horarum alphyxiam, subsequente fanitate vidit; compluresque, qui subservationes practicæ doctrinæ interserverunt. Plus 100. observationibus facile sic quis colliget.

Ex omnibus enarratis colligimus 1<sup>mo</sup> fpuriam afphyxiam a vera, ut monui fupra, rite effe diferiminandam. 2<sup>do</sup> Haud levis momenti effe afphyxiæ diuturnioris intellectum; nifi fupponamus leviufculum humorum ope Cordis, Pulmonum, & Cerebri Cerebellique,

lique, circulum perennare, quo mors averruncetur. 3tio Quod fi tolerabilem explicationem alphyxia, cum universi corporis mentisque languore, admittat; difficillimæ profecto enodationis cam Afphyxiam effe, quæ & illibatas mentis functiones, & alacre musculorum exercitium, constanter conservet. 4to Anatome facta multorum post asphyxiam mortuorum, cor & auriculas flaccidas, dilatatasque; in aliis grumofum cruorem; in aliis multa alia vitalium viscerum detecta vitia esse: integrum cuique esse horum vitiorum cuilibet origini tribuere, causasque asphyxias: effe vero hucusque & imperfectam, & incertam explicationem omnem, cum non in omnibus eædem causæ repertæ fuerint, cum hæ ipsæ causæ in aliis Afphyxias genitrices non extiterint, cum caufæ enarratæ quæcunque alios longe morbos creaverint, cumque tandem mira sed obscura de Nervis doctrina id faltem evicerit, ne vestigiis quidem vitalium morborum in cadavere inventis, hos a folis Nervis excitari, perpetuarique posse.

§. IX. Schola Medica post Hippocratem docuit perpetuo pro varia ætate, fexu, regione, fex non naturalium rerum usu, pulsuum naturalium modificationem variare. Nihil eo verius. Observationes tamen existunt, quæ communem hanc pulsuum varietatem fic excedunt, ut earum quarundam meminiffe oporteat.

Anno 1766. die 9. Novemb. in Nofocomium meum invectus homo est 24. annorum, victum labore sedentario quæritans; toto corporis habitu, animoque, Melancholicus; cætera autem ita valens, ut graviore morbo decubuisset nunquam, sed verno tempore, spatio 2. 3. 4. duntaxat dierum, lecto inhæfisset præ Catharrho, qui citra venæ sectionem, citraque remedia, sponte fatiscebat. Addebatque Catharrhum similem præcedente Octobri mense, & insolito proinde

li 4

de tempore, & infolita adfuisse gravitate, ita ut prima vitæ vice vena ipsi secanda fuerit; postque triduum reconvalescenti levis tussicula perstiterit. Die 6. Nov. Acuta illum sebris prehendit, cum horrore, frigore, validaque per trihorium corporis universi concussione, æstu deinde, ac pungente lateris Thoracis dextri, ejusdemque inferioris, dolore, Cephalalgia, Præcordiorum gravitate, ac dedolati quasi corporis pondere molesto. Altera die perseverantibus his symptomatibus, sudoriserum remedium sumsit, sudavit, nihil autem inde percepit levaminis. Die tertio & quarto febris perseveravit cum enarratis symptomatibus : codemque die quarto in Nosocomium ferebatur, vigente morbo, ut ante; nisi quod Cephalalgia remissifiet tantillum.

Mox calorem febrilem explorantes, invenimus illum duobus tribusve gradibus naturali fuperiorem: 99. feilicet graduum in *Therm. Fabrenheitiano*. Meridie fimilem. Vefpere 98. grad. Porro cum hoc calore, naturali paulo fuperiore, pulfum quavis hora exploratum, nonnifi 37. 38. 40. 42. & aliquando 44. ictus fpatio minuti primi dare, obftupescebamus.

Febris igitur acuta inflammatoria, cum fymptomatibus pravis, & Pleuritidis, hominem juvenem detinuit; pulfu, qui naturali longe celerior effe debuiffet, rarius naturali, dimidia parte rarius modice febrili, micante. Cum neque ipfi fano, neque jam a quatriduo ægrotanti, nemo Medicus affuiffet, pulfumque tetigiffet, refeire nequivimus, num ipfi aut fano, aut ægro, tardus adeo pulfus affuiffet; numque ipfi fano forte ita lentus non fuiffet, ut quæ, nunc adeffet, tarditas, non foret celeritas febrilis habenda. Cæterum excepta pauca rhytmi temporisque, in quarto die, inæqualitate, toto morbi tempore præter tarditatem laudabilis fuit.

Graviora morbi fymptomata fui ablationem communi

muni methodo antiphlogistica indicabant, sed a Venæ fectione pulluum me removit, absterruitque tarditas. Saltem quid, dilata nonnihil venæ sectione, reliqua artis auxilia præftarent, tentare principio volui. Alvum igitur a quatriduo immotam, communi decocto emolliente cum melle follicitavimus; dolenti lateri emolliens refolvensque cataplasma admovimus; Epispastica applicuimus pedum plantis; leve jus carnium cum cremore Tartari in nutrimentum, Avenæque decoctum cum Melle ac Nitro, in alimentum fimul ac potum, ipsi dedimus. Unde paucis postmodum horis & dolorum lætabamur levamen, & breves quidem somnos at levantes, & largiorem Transpirationem, Urinamque tandem, quæ intra trihorium veterinaria, hora deinceps elapía hypoftafin formabat. Alvus autem ab enemate non mota, clyimate altero, adjectis duabus Nitri dragmis, quid craffi compactique eduxit. Calor tunc 98. gr. Necdum vero 40. pulsuum ictus in minuto primo. Nox sponte optima.

Die 5. morbi Calor quidem mane hora fexta 100. grad. pulsus vero æque tardus. Respiratio modice læsa, nulla sitis, renascens quidam appetitus, urina hypoftatica & arenosa, & a clystere nitroso bona dejectio. Horam post meridiem dormivit, sudavit; nec non in commoda sede & ante, & post meridiem, horam tranquillus transegit. Vespere calor 97. gr. pulluum quavis ferme hora exploratorum eadem tarditas. Nox optima.

Die 6. Morbi Calor mane ac vespere 97. graduum. Calor igitur naturalis hominis fani, robusti aderat, fed cum illo pulsus ne gru quidem celerior, imo ne post pastum quidem, qui hodie paulo plenior ex Cremore hordei cum jure carnium, bis præterea ex jure cum pane albo, leviter tofto, fuit. Crescit appetitus. Matutino tempore parum, pomeridiano integram dormivit horam. Unicam mane, duas post lir mc-

meridiem horas, extra lectum fedit. Sitivit nonnihil. Urinæ hodiernæ colore, odore, copia, naturales cum enæoremate fubfidente, & una cum pauca hypostafi. Nox valde bona.

Die 7. Calor mane 95. vespere 97. graduum. Pulfus quacunque diei hora idem, qui heri. Urinæ hesternarum simillimæ. Enemate nitroso paucæ, ovillorum similes, prodiere seces. Quadrihorium extra lectum transegit solito alacrior, appetivit, non sitivit. Bona nox.

Die 8. Calor mane 95. vesp. 97. grad. Pulsus immutabilis. Respiratio bona. Appetitus. Comedit hodie jus carnium cum tosto pane copiosiore, tostaque duo, triave poma, cum frustulo panis, neque post horum singula pulsus celerior. Alvus ab enemate nitroso hesternæ similis. Mane horam ex lecto fuit, in eundemque repositus, horam dormivit: post meridiem trihorium in sedili transegit. Nox bona.

Monitum hic interferendum eft. Quod de pullu dixi, id de eodem in ægro jacente capto, haud vero in sedente, intellexi. Non monuerunt, quod sciam, Scriptores practici de differentia celeritatis in pulsu · hominis jacentis, sedentisque. Eam tamen in ægris nostris, quocunque acuto morbo, quocunque morbi in stadio, vix centesimo experimento fallente, perpetuam invenimus. Sedentibus aut in lecto, aut in sedili, pulsus quam jacentibus celerior est, plus quidem minusque, semper autem notabiliter. Sic ut celeritas 1 6 4 parte augeatur sedentibus. Nunquid hoc a debilis corporis defatigatione? Sed celeritas observatur, quamprimum aliena opera erecti, absque ullo suo labore, sedent: observatur, etiamsi suffulciantur pulvinaribus fic, ut non defatigent fe: habent reconvalescentes, qui jam robustiores, sedere, quam jacere, malint. Et si a motu defatigante, pullus utique brevi debilior fieret, tardiorque, dum 1200

jam ea aucta celeritas, donec sedent, perseverare solet. Numquid cordis acceleratur motus, fanguine venoso perpendiculari a Capite itinere, quam borizontali, promptius ad finum dextrum cordis, promptiusque eadem de cauía ex pulmonibus in finum cordis finistrum descendente? Verum in sedente homine, erectove, & fanguis venofus Venæ cavæ difficilius versus finum & auriculam dextram perpendiculariter, quam in jacente berizontaliter, adscendit, & fanguis arteriosus facilius in jacente ægro versus caput borizontaliter, quam in sedente perpendiculariter, movetur. Id tamen quoque verum est sedenti in homine fanguinem liberius inferiorem Aortam subire, & pondere Hepatis Lienisque deorsum cum Diaphragmate tendente, Cordi, Pulmonibusque amplius, expeditiusque, agendi ac movendi spatium nasci. Sed ne speculationibus diutius immoremur, alicujus res momenti est, ut, dum in consultatione Medicorum circa celeritatem majorem minoremve quandoque disceptetur, & alii jacentem ægrum, erectumque alii, examinaverint, disceptationis causam capiamus. Porro æger nofter, cujus causa hæc secessio facta est, neque tam magnum, neque tam perpetuum habuit celeritatis augmentum; habuit tamen & fæpius, & mediocre; semel autem, nempe die morbi ter decimo, 54. & 55. ictus in primo minuto.

Die 9. omnia ut heri, nisi quod hora matutina sexta calorem 100. graduum Thermometrum notaret. Id unica modo vice die 5. observaveramus. Et tunc quidem signa febris aderant, jam vero sanitatis.

Die 10. Calor 98. graduum. Omnia fana. Id vero hoc die fingulare, quod pulfus 50<sup>ies</sup> imo 55<sup>ies</sup> fæpe micaret. Si in febre id contigiffet, facili explicuisfemus negotio, fed quod in febre non obfervabatur, obfervavimus hodie, valetudine fic reftituta, ut nihil ulla in functione, excepta alvi fegnitie, juveni defit. Die

493

Die 11. Cum morbo integre curato, alvus officio minus rite fungeretur, dedi ipfi Aque Laxantis Viennensis uncias tres: unde alvus ter probe mota est. Hucusque nullam Medicinam aliam sumsit, quam quæ prima, qua in Nosocomio suit, die, ipsi præscripta, applicataque est, quibus prava symptomata brevi secedebant, nova succedebant nulla, Coctio tandem, & Criss, & critica Evacuatio, optime promovebantur. Similis observationis multa exempla Auditores mei viderunt, ex iisque didicerunt Naturam in morbis contemplari, eamque si opus Coctionis, Coctique excretionis, perficit ipsa per ses, non turbare medicamentis, sed adjuvare; ut sedula, ut spiens sui negotii Moderatrix maneat.

Purgationis abfoluta actione, primum hodie comedit carnis vitulini minutal. Mane tardus, celerior a meridie pulfus. An quod comefta caro fit? Hincque febricula nata? Verum heri cum priore Diæta die tota celerior fuit pulfus; & ipfa dum aderat fuis cum fymptomatibus febris, pulfus nullum intulit celeritatis augmentum. Erat cum hac pomeridiana celeritate calor hominis naturalis in Thermometro. Nox egregia.

Die 12. Calor 94. grad. Pluries ante meridiem examinatus pulsus, micavit 38. 39<sup>ies</sup>. Post meridiem 46<sup>ies</sup>. 47<sup>ies</sup>.

Die 13. Calor mane 94. vespere 96. gr. Antemeridianis horis pulsuum ictus 40. 41. in minuto primo fiunt, pomeridianis itidem. Hodie autem, ut supra monui, maximam differentiam jacentis inter sedentisque pulsum notavimus, 54<sup>ies</sup> enim & 55<sup>ies</sup> feriebant sedenti.

Die 14. cum tarditate pulsuum consueta optime valens, dimitti voluit; defuit occasio illum videndi posthac, examinandique.

Acutus hic morbus die 4<sup>to</sup> coqui cepit, expellique cocta

495

cocta materies eadem adhuc die largiore transpiratione, & urina : die 5<sup>to</sup> urina & sudore : die 6. & 7. urina. Expulsa omnis morbi materies suit sic, ut perfectum judicium adfuerit.

Exempla non proftant multa fingularis hujus, perpetuæque fere pulsus raritatis; proftant tamen aliqua, & quidem mirabiliora, quæ conferre nostro cum homine oportet.

Andreas Vesalius de hum. corp. fabr. Libr. 1. cap. 5. pulsum describit hominis cujus a thalamo Cordis lævo maffam glandulofo-carneam librarum propemodum duarum exfeiderat; Ita enim, inquit, multis men. fibus ante mortem (cum tamen alioquin veluti fanus obambularet) pulsus, aut arteria potius, contrabi visa fuit, ut trium aut quatuor pulsationum, istuumve, intervallo contracta maneret, velutque expulsionem moliretur. Imo postremis Vitæ septimanis ex novem ictuum intervallo tres tantum aut duæ dilatationes arteriæ tactui subinde occurrerunt. Pulsus igitur in minuto primo 15. tantummodo ictus dedit, sub vitæ finem vero longe pauciores. Caufa vel ipfum monftrofum cor hujus tarditatis extitit, quod probabilius; vel fanguinis aut interceptus aut impeditus per Arteriam, finistri pedis fibulam petentem, sclopeto ante annos nonnullos fauciatam, transfluxus. Gangræna in hoc crure nata perierat.

Dum Theophilus Bonetus hanc Vesalii Historiam in suo Sepulcreto transcribit, addit Scholium hoc: Melancholicorum pulsum ut plurimum parvissimum esse, rarissimum, tardissimumque, sine ullo vitæ periculo, ait. Saxonia Libr. 3. de Puls. cap. 100. Habeo, ait, patientem, melancholia laborantem, cui adeo pulsus est languidus, parvus, rarus, ac tardus, ut inter unam Es aliam distensionem sex ad minus aliæ distensiones in quocumque pulsu, moderatæ etiam raritatis, cadere possint. Ex quo certo mibi persuadebam illum tandem integre motura

tum amissurum, & co potissimum, quod illud idem alias contigisse sibi Patiens referebat. Nunc satis bona fruitur valetudine. Non ergo similis pulsus semper est letbalis.

An fanguinis craffioris, ad motum ineptioris conditio, in causa fuit tantæ in pulsu tarditatis, ut minuti primi spatio ictus vix decem Arteriæ observarentur?

Sed pergit Boneti Scholium. Pulsuum tres differentias magni momenti rariores & periculosas, observavit Rumlerus obf. 46. Primam in juvene, qui quod in Carcere diu detineretur, in febrim incidit lentam, Hectica similem, in quam tandem etiam desinebat : buic pulsus tam segnis erat, ut nonnisi longistimo temporis spatio interposito digitum feriret; facile enim interea duodecim numerari potuisse, quod signum summæ imbecillitatis virium. Si quis hic celeriter numeraffet, spatio minuti primi micantem decies Arteriam deprehendisset; fi moderate, quinquies. Notandumque est, etiam in hectica febre pulsum tantæ fuisse tarditatis. In altero magis periclitante Pulsum omnino nullum interceptum fuisse: in tertio Ardente febre correpto pulsum omnibus dimensionibus excedentem fuisse, quo cor omni conatu naturæ imbecillitati succurrere frustra adlaboraret.

Sed præ cæteris confulendus nobis III. Morgagni eft, qui etiam alibi Sepulcreti, mox laudati, meminit. Refert Epift. 9. §. 7. Hiftoriam probi Sacerdotis, fubpingui habitu, ac florido colore præditi, melancholicam proinde non habentis temperiem, qui, quod rarum, Epilepfia affligi cepit vitæ 68. anno. Epilepfia hæc, ad omnia rebellis, & ingravescens, solo tandem Opio mitescebat. Post primum paroxysmum & Morgagni & cæteri Medici, pulsum observarunt summam raritatem, itemque corporis perfrigerationem. Post reliquos Paroxysmos non ultra perfrigeratio successit, sed semper illa summa Pulsum raritas. Tandem raritas cum æqualitate. Opii granum dimidium

497

dium datum ad fingulam noctem, primo vicit inæqualitatem, deinde minuit raritatem. Spaftica difpofitio Nervorum hominis non melancholici, videtur & frigoris caufa fuisse, & pulsum rariorum, tum & postmodum inæqualium : quam spassicam diathesin folvit magnam partem Opium.

Idem clarus vir ex Gerbesio Eph. N. C. Cent. 7. in app. Pullum describit in robusto Viro hypochondriaco, subinde leviter insultibus Epilepticis obnoxio, cum sanus esset adeo rarum, ut priusquam subsequens pulsus subsequeretur antecedentem, facile apud alium sanum tres pulsationes præterirent. Si in primo minuto pulsus sani hominis retus 60. det, non dedit hic ultra 15.

Epist. 24. S. 33. de alio sene, qui 64. annos natus, ex terrore, timore, ira, mœftitia, primum suæ Epilepfiæ paroxyfmum paffus crat, inque confultationem plurium Medicorum etiam ipfum vocaverat; fcribit cam fuisse pulsus raritatem, ut intra 📩 horæ pullationes effent tantum 22. Et in Epift. 64. S. 5. ejusdem fenis hiftoriam latius tradens, ejusdem pulfus & duros effe notat, & raros. Post plures breviores. at frequentes paroxysmos, incidit 34. die morbi in putridum vomitum; ex quo quatuor integris menfibus Epilepfia, omnisque pulsuum cum durities, tum raritas, ceffavit. Redeuntem cum Epilepfia pulíuum raritatem, deprehendit Ill. Vir duabus tertiis minorem effe naturali; scilicet quemadmodum antea, ut 20. 22. pulsus in minuto primo numerarentur. Imminentes Epilepfiæ infultus raritate majore prænuntiabantur: in infultu vero pulsus erat, quem in ægris aliis frequentem vocamus. Febris autem totis ipfis 15. mensibus, quibus morbus duravit, adfuit nunquam, neque ullus unquam capitis dolor.

In Cadavere Thoracis cavum dextrum aquæ, lotium referentis, Libras plures; sinistrum autem minus habebat... Intra pericardium aquæ ejusmodi, qualem in The-

Thorace fuisse dixi, mediocris copia. Cor vero amplum valde ob dilatatos ventriculos, non ob parietes factos crasfiores: amplificatæ tamen columnæ, quod in dextro præsertim Ventriculo adnotavi. Auriculæ pariter & omnes valvulæ amplificatæ, sanæ tamen; & majora quoque erant coronariarum Arteriarum orificia. Magna etiam Arteria ad curvature usque initium equo latior. . . . Nec tamen propterea negandum eam, quam diximus Cordis, & magne Arterie dilatationem, presertim postquam adautta fuerat, quidquam ad pulsuum raritatem contulisse; quippe cum utrumque sic minus aptum esset, ad se statim, ac oporteret, contrabendum, nervis præsertim ob ailatationem distractis. Sed neque ad ejusmodi causas, aut solum, aut præcipue, Pulsuum tantam raritatem effe referendam, vel binc intelligere proclive fore, quod in tot aliis, quorum Cordis & Arteriæ Aortæ aneury/mata, multo etiam istis majora, deprehendimus, ejusmodi pulsus non fuere: ut nisi aliud aliquod accedat, cos inde non fieri satis conftat. Hoc autem quod debet accedere, nist certum quoddam Spirituum, & Nervorum vitium sit, perdifficile est conjicere.

Rumlerus cam raritatem confideraverat ut fignum imbecillitatis virium, cum lenta febre conjunctæ: sed neutri horum (duorum senum) de quibus loquimur, ait Morgagni, febris fuit ulla, aut ea virium infirmitas, ut e lecto surgere, &, si non semper, ut nobilis ille Vesalii vir, aliquando certe, veluti sani obambulare non possent.

Est in Bonneti Sepulchreto, quod & III. vir Morgagni advertit, Diemerbroeckii laudata observatio hæc: Anno 1651. in cadavere Angli cujusdam, in Cachexiam pituitosam delapsi, liquoris turbulenti ad minimum duas libras in distento Pericardio spectatoribus contineri ostendimus. Huic Pulsum languidum ac rariorem inveni. Forte quid contulit Hydrocardia ad pulsus raritatem: apprime tamen novimus neque omnem pulsum langui-

guidum & rarum ab hoc morbo nasci, nec raro in ipso hoc morbo pulsus deprehensos esse minime raros.

Ill. Haller El. Pb. T. 2. pag. 256. ex Henckelio refert cuipiam homini, cujus fanguis craffiffimus continuo cogebatur, quamprimum ex Vena fluxerat, cujusque in cadavere Auriculæ finiftræ aucta cavitas erat, pulfum dum vixerit fuiffe a 23. ad 35. Potuit hæc aucta Auriculæ cavitas, potuit hic nimius cruoris in cohæfionem nifus, aliquid ad pulfus tarditatem conferre: fed ex iisdem caufis in cadaveribus aliis detectis, fanguinisque diathefi, non pulfuum tarditatem, fed longe alia vitia corundem, vel & nulla, inventa effe novimus.

Porro in fingulis hifce exemplis pulluum raritatis, vel abfuisse febrim deprehendimus, vel adfuisse: in Rumleri ægro adfuisse Hecticam, in nostro inflammatoriam: in utroque Cl. Morgagni fene, in Vefalii, ac Gerbesii hominibus, nullam. Deinde raritatem pulsuum debilitati fuisse adscriptam; in meo homine huic causæ tribui non posse, cum in Vigore ac Declinatione morbi haud adfuerit modo, fed & in reftituta penitus fanitate: tandem hanc pulsuum tarditatem vitiis Vitalium viscerum variis quidem tribui posse, atvero ex alia longe origine sæpe proficisci : fiquidem v. g. in Febre & Cor valde irritabile effe se ostendit, & stimuli majorem efficaciam arguit, & humorum five copiam, five faltem rarefactionem majorem demonstrat, & tamen cum tot tantisque celerioris pullus causis, tanta reperta suit tarditas.

Atque hæc de Pulsuum tarditate sufficiant : de Pulsuum celeritate nunc quædam pertractemus, tædium forte excitatura præ prolixitate, necessitate tamen inevitabili sustas enarranda, ob ca præcipue, quæ sequens caput pertractabit.

Ju-

Juvencula 24. annorum Variolas nondum, fed Morbillos paffa, rarius in vita Cephalalgiam, multis vero retro ab annis æftate æque, quam hyeme, tusfim experta eft, cum matutina partim glutinofi, partim fubpurulenti, fputi excretione. Menfes a Decennio habet vel tardiores, vel citiores.

Die 6. Maji 1767. deferebatur in Nofocomium, inchoante die 3. morbi acuti, peripneumoniam minitante. Die 5. morbi judicata est ab omni sebre paucis subcoctis sputis, copiosique urinis hypostaticis, partim etiam arena refertis. Antiqua tussis supererat. Sie ut 7. 8. & 9. die pulsus perfecte naturalis esset, & functiones quæcunque in integrum restituerentur. Menses etiam die nono supervenerunt.

Die 10. Omnia fana, tufficulam antiquam fi exceperis. Pulfus autem cum fumma æqualitate nonnihil celerior menfium continuante fluore. Ita & 11. die.

Die 12. Menses cessant. Vix ultra tussit. Omnes functiones bonæ; sed celeritas modica pulsus pergit.

Die 13. affumto leni purgante, ejusque abfoluta actione, neque aucta pullus celeritas fuit, neque imminuta. Cum optima fanitate die 14. 15. 16. ejusdem celeritatis pulfus fuit, æqualis cæterum, fortis, plenus.

Die 17. dimitti petivit, ne in famulatum, quem prosequi gestiebat, alia sufficeretur. Suasi aliquantisper maneret, donec pulsus ad naturalem, quo 7. 8. & 9. die suerat, statum rediret. Noluit. Recessit. Ancillares auspicata labores, lassitudine & inappetentia laborare cepit, & advesperascente die sequente, morbi 18<sup>vo</sup>, Febris recidiva, priore multo vehementior, atque diuturnior, cam prehendit: unde die 19. in Nosocomium iterum delata est.

Die 1. 2. & 3. Recidivæ febris pulsus aut subdu-

rus,

rus, aut durus, semper magnus, æqualis, celer: die 4<sup>to</sup>, pulsus celer & inæqualis sic, ut ictus unus, fortis, magnusque, dein tres debiles admodum pulsus perciperentur, tandem aut remissio, aut intermissio, una cum universi & pectoris & ventris pulsatione, æstuque ardente. Die 5. sex primum horis nunc remittebat pulsus, nunc intermittebat: deinde sæpius de die intermittebat non raro ad singulos quinque ictus. Prodiere hoc die nonnulli Vermes cucurbitini per alvum.

Die 6 Recidivæ pullus subdurus, fortis, celer, rhytmo inæqualis, haud ultra nec remittens, nec intermittens. Aliæ iterum Teniæ portiones alvo reddebantur.

Die 7. Pulsus minus celer, rhytmo inordinato inæqualis; vespere minoris adhuc celeritatis suit, & æqualis.

Die 8. Pulsus æqualis, sed mane vespereque celerior. Nocte vero, inchoato jam nono dic, septies alvum reddidit; in tertia autem alvo & cucurbitinos complures Vermes, & ipsam una cum suo Filo Teniam. Portio major, cui Filum, seu Caput, adest, Ulnarum Viennenssum duarum cum dimidia est.

Die 9. Pulfus bonus, fola pauca celeritate peccans. Ita & 10. & 11. 12. 13. 14. die. Sed his fex diebus Calor 102. 103. graduum fuit. Quod ideo notatum velim, quod neque tempore prioris febris vigentis unquam ad 100. gradum calor confeenderit, neque tempore cruditatis augmentique recidivæ febris graduum 100. fuperaverit. Ergo in majore attritu, minus; in attritu minore, plus adfuit caloris. In exemplo priore cum pulfu  $\frac{1}{3}$  tardiore, aut calor naturalis adfuit, aut naturali major. Alterque feniculorum *Cl. Morgagni* ut cum rariffimo pulfu friguerat olim, ita poftmodum calorem cum pulfuum tarditate Kk 2.

TOL

æque servavit, quam noster juvenis. Cogunt me hæc conclusionem, toties ex aliis observatis factam, repetere, Attritum scilicet neque solum, neque perpetuum, caloris esse genitorem, sed longe alias ejusdem existere in corpore humano causa.

Die 15. Pulsus tota die celer, subdurus, æqualis valde. Cum pulsu eodem manente Calor mane 98. vespere 105. gr. Die 16. pulsus minus celer tota die. Calor mane 101. vespere 100. gr.

Die critico 17. totius morbi 35. Pulsus mane celer admodum, die minus; bonus cæterum & æqualis. Calor in maxima pulsus celeritate grad. 101. fuit. Post meridiem alvo reddita sunt corpuscula, quæ Cl. Hern/cbwandius Teniarum excrementa vocat.

Die 13. Recidivæ pauca pulsum celeritas, cum minore calore; die 19. pulsus admodum celer cum nonnullo augmento caloris; die 20. cum pulsu valde celeri minor calor; die 21. valde celer pulsus, cum calore corporis naturali.

Diebus 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. Pulsus æqualis, plenus, naturaliter mollis, fed celerrimus: fic ut ad horologium sæpe sive unius, sive duorum, quatuor, sex minutorum spatio exploratus, singulo minuto primo 120. ietus daret; duplo proinde, quam in fanitate plures. Calor totis hisce diebus inconstans, nunc parum, nunc multum, excedit naturalem.

Diebus 31. 32. 33 34. 35. 36. 37. Pulsus fingulo minuto primo, quacunque diei hora, ictus 120. 122. 123. dedit; calore totis hisce diebus naturalem parum admodum excedente.

Die 38. pulsus 100. modo ictus dedit in jacente corpore, in sedente vero 106. 108. quacumque exploraretur hora, cosdem ictus habuit. Calor ut heri.

Die

503

Die 39. Micavit arteria 90<sup>ies</sup> duntaxat jacenti, fedenti vero aliquanto crebrius. Calor idem. Die 40. Pulfus, & Calor iidem, qui hesterni.

Die 41. Cum calore tota die naturali pulsus iterum celerrimus, nonnunquam minoris per momenta celeritatis, at vero mox æque celer. Sic & die 42. & 43.

Profecto agitabat animum meum hæc celeritas pulluum, præcipue cum feminæ primum reconvalefcenti, pulfus naturalis per omnia exiftens, deinde celerior absque manifesta causa redditus, demum hanc gravem Recidivam insequentem habuisset. Metu itaque aut Recidivæ novæ, aut aliorum malorum; cum functiones in integrum fere omnes restitutæ essent, dedi ipsi Corticem Peruvianum die Recidivæ 30. in diem 43. usque. Cum vero sub ejusdem usu & liberali, & protracto, Pulsus celeritate demum augeretur potius, quam diminueretur, ab codem hoc 43. die cepi desistere.

Die 44. Recidivæ, die 62. totius morbi, Pulfus æque celer, Calor hominis naturaliter calentis 96. grad.

Die 45: Pulsus hodie 105<sup>ies</sup> in minuto primo faliit, cumque eodem minus celeri calor aliquanto major.

Die 46. infolita quædam observavimus. Calor tempore matutino erat 98. grad. Pulsus tunc cepit dextro in carpo, quam in finistro, frequentior esse: ita ut nonies utroque in carpo exploratus, in finistro vix 95. ictum transcenderet; in dextro autem minuti spatio ad 110. 115. ictum perveniret. De dolore brachii dextri sæpius, nunc vero acerbius, conquerebatur: celeriorne pulsus inde? Sed horis 8½ elapsis, pulsus utriusque manus velox ita, ut minuti primi spatio 140. 150. imo nonnunquam ultra 160. pulsationes haberet.

At vero tunc quoque inæqualitas observari summa cepta est. Sex, septem, & fortes ictus, & lenti, Kk 3 & &

& æquales, verbo, maxime fani, & naturales, primo percipiebantur; fubsequebantur vero nune 50, alio tempore 70. alio etiam plus quam 100. & debiliores, & rapidissimæ pulsationes.

Cepi plus timere ægrotanti, præcipue cum caput, quod fere fanæ fibi fæpius hebefcere dixerat, nunc multo conquereretur hebetius. Unde ex brachio lævo fanguinem detraxi; principio detractionis pulfus fortior percipiebatur : eductis autem octo propemodum unciis, debiliorem percipiens, foramen claudi juffi. Sanguis illico crustam flavam crassamque formabat. Et mox a missione fanguinis, & quatuor post eam elapsis horis, calor auctus ad 101. gradum crat.

Die 47. Calor quidem 101. graduum, pulsus vero paulo minus celer, iterumque autem in dextro, quam in finistro brachio, frequentior. Hæc mane. Post meridiem vero denuo creberrimus pulsus, fortisque idem, ac plenus, cum capitis ingenti hebetudine. Quamobrem iteravi V. S. unc x. Crusta inflammatoria extemplo formabatur. Exinde ut hoc, & die 48. & 49. minores pulsum ictus, gradusque caloris.

Die 50. jam tardior, jam frequentior, vespere creber admodum, pulsus; non auctus tamen cum pulsus frequentia calor.

Die 51. Explorabam illi pullum mox evigilanti, jacentique deinde pluries, nec nisi plusculo celeriorem naturali deprehendi; sedenti autem sive in lecto, sive in sede commoda, longe celeriorem, imo celeriorem hesterno: non id a debilitate sanc, nam perbelle se hoc die habebat.

Die 52. Non pulsus, sed pulsus celeritas erat inæqualis, ut quæ una hora vix celerior naturali, alia hora 90<sup>ies</sup>, alia iterum 100<sup>ies</sup> micaret. Functionibus omnibus bonis, cum partem pulli tosti ardenter petivisset, egoque concessissem, pulsum neutiquam de-

deprehendi postmodum mutatum. Nendo, garriendo, ambulando, tempus fallit. Noctes bonas tranfigit absque paregoricis.

Diebus 53. 54. 55. 56. calor fere naturalis fuit, cum pulsu semper quidem celeri, ast inconstanter; nonnunguam 90. aut 100. aut 105. 110. ictus habens.

Menses autem a 10<sup>mo</sup> morbi die deficiunt. Bona cæterum adeo ejus valetudo fuit, ut proprios voluerit repetere Lares. Suasi, ut sæpius rediret, qui se haberet monstratura. Abivit die 13. Augusti.

Rediit Augusti 18. die, bono appetitu gaudens, alvoque quotidiana, & viribus: tussim antiquam, ac raram, testabatur se pati, slatusque molestos. Plures per aliquot minuta explorantes sedenti, stantique, pulsum, ictus 115. numeravimus. Cum illam spasmodici torquerent affectus, mensesque adhuc deessent, dedi illi pilulas ex Gummi ammoniaco, Asa foetida, & Balsamo peruviano, confectas.

24. Aug. Bene habuit spasmis exceptis, quam ob rem pilulis addidi castoreum. Pulsus 125. ictus habet.

25. Sept. Pulsationes 100. 102. in minuto primo deprehendimus. 2. Oct. pulsationes 90. 9. Oct. ictus 120. Emmenagoga dedi; quid hæc effecerint, quidque agat illa, cum non redierit, ignoramus.

Hittoriam igitur fingularis hujus, mirandique pulfus, usque ad 156. diem dedi, cum omnibus, quæ vigente eodem maxime notanda effent. Capite autem fequente hac ipía hiftoria plurimum indigebimus ad alia probanda. Interim haud displicebit protractior hujus enarratio, eo quod Pathologia in pulfuum aliis quibufcunque vitiis enarrandis & multa, & prolixa, in auctæ præter morem, præterque febrem, celeritatis exemplis proferendis, perquam parca eft.

Kk 4.

CA-

505

# 706 DE RECENTIORUM SCRIPTORUM

# CAPUT XX.

# De Recentiorum Scriptorum Circa Pulsum Observationibus.

§. I. Solani de pulsu dostrina traditur, quam Nihellus restrinxit, quam nonnisi raro, inperfecteque confirmari, Medici Batavo in aëre testantur : si quando quid simile observetur, an non casu, ut in exempla Hildani? Net Austriaco in aëre respondit eventus. §. 11. Clariff. Bordeus partim admissit Solaniana, partim castigavit, partim rejecit, & novum observationum codicem conflans, Pulsum primo in superiorem & inferiorem divisit, iterumque in plures subdivisit utrumque. § III. De Bordeuanis sententia Deputatorum Fac. Med. Par. & Ill. Halleri. Introductio ad mea experimenta. §. IV. Experimentum primum in Juvene cap. prox. præc. Febre acuta, lentissimo cum pullu laborante. S. V. Examen alterum productum in febre ex acuta decidente ad 156, diem. §. VI. Examen tertium in septuagenariæ acuta febre. §. VII. Examen quartum in femina 26. annorum. §. VIII. Examen quintum in Juvene. §. 1X. Conclusio ex prægrefis. Primo, casus in quibus aliquem locum observata nova babere viderentur, ita rari funt, ut fortuito obtigise videantur: secundo, casus e contrario numerosissimi sunt, in quibus, Novæ doctrinæ phænomenis obtinentibus, aut nulli motus critici observati fuerint, aut indicatis plane contrarii. Longe plures, prorsumque alice, pulsum Modificationes babentur, quam aut Solanus refert, aut Bordeus, eaque etiam citra ullam criseos indicationem. S. X. Non videntur ullo in Climate, Regioneve, Novæ leges locum aut habere, aut habere poffe.



Devenimus demum ad Recentiorum de Pulíu obfervationes, quas examinare fedulo opor-

#### CIRCA PULSUM OBSERVATIONIBUS. 507

portet, ut liquido constet, an & quousque, Medica de Pulsibus doctrina inde emendata, illustrataque fuerit.

Franciscus Solano de Luque, Antequeræ in Hispania Medicus, suas de Pulsu observationes, annorum 20. tempore collectas, idiomate Hifpanico publica luce donaverat, anno hujus fæculi trigefimo & feptimo. titulo Lapidis Lydii Apollinis. Compendium hujus Libri, latino fermone adornatum, Exp. Viro Jacobo Nibel, Anglo Medico, Gadibus tunc temporis degenti, debemus; qui lecto Solani libro, Antequeram, trium dierum itinere, profectus, & cum ipfo Solane frequenter converfandi, & duorum menfium spatio Facta cuncta examinandi, pernolcendique, habuerit facultatem. Gades reverlus in occasione qualiber. inque Nolocomiis præcipue, & rerum experimenta fideliter cepit, & diligenter adnotavit. Plurium præterea five ipforum ægrorum, corumve Neceffariorum, Solaniana confirmantium, testimonia, ore, literisque asseguutus, libellum anno 1741. compofuit haud contemnendi usus. Hunc vero, cum anglico fermone conferiptus effet, paucioribus proinde proficuus, Exp. Noortwyck, præclarus apud Leydenses Medicus, Latio donavit, ediditque anno 1746. Gallice autem edidit Parifiis anno 1748. Exp. De la Virolle.

Porro notabat Solanus Pulsum Dicrotum, seu in una veluti pulsatione bis ferientem, tanquam hæmorrhagiæ Narium prodromum : Inciduum autem, qui sudorem criticum; Intermittentem vero, qui criticam Diarrhœam, præfagirent.

Ita enim apud Nibellum Solanus: Pullus Dicrotus Antiquorum, inquit, qui Latinis pulsus bis feriens, certum indicium est futuræ Hæmorrhagiæ criticæ per Nasum. Pulsus intermittens certum indicium est futuræ Diarrbææ criticæ; tuncque tandem portendit mortem, cum Kk 5 38-

### 708 DE RECENTIORUM SCRIPTORUM

robur ad perficiendam Crisin requisitum deficit.

Tenfio Arteriæ, pulsui intermittenti conjuncta, certum est Vomitus critici, Diarrbææ superaddendi, indicium.

Mollities Arteriæ intermissioni conjuncta, certum est indicium crisis per Urinam cum Diarrhæa.

Critici sudoris pulsus est inæqualis, in una, duabus, tribus, quatuorve successivis pulsationibus, tam altitudine, quam vigore, supra alias diastoles insurgentis. Inciduum bunc pulsum vocat. Pulsus bic inciduus cum arteriæ mollitie certum indicium est suturi sudoris critici: unica vice pulsum inciduum durum invenit, idque ante Icterum criticum.

Quo omnia hæc fingula fibi fubsequuntur proximiora, co indicatam crifin, fingula suam, denunciant propiorem.

Egregius Nihel ubique Solani obfervata laudans, ca ingenuitate est, ut fateatur Solaniana in multis caftiganda, atque restringenda esse, propria se praxi esse edoctum: In inciduum Pulsum necdum se incidisse unquam: Solanum, jam annosiorem, id confessum fuisse, quod se ipsæ hæ regulæ honnunquam decepissent: tandem Medicorum, Solani Encomiastarum, nonnullos fuisse, qui quandam haud raro fallaciam his regulis subesse ultro conquererentur.

Hi/pana tellus, victus, aerque; Hifpanorum temperies, & idiofyncrafia, num ejusmodi pulfuum in morbis caufæ exiftant, aliorum efto judicium. Batavo in aëre, in quo Praxin undeviginti annos exercui, & in quo annos octo in Solanianorum veritatem fedulus inquifivi, (mecum autem plures, & feniores me, & expertiores,) non potui hanc ejus experientiam practicam confirmare. Neque videtur confirmare eandem potuiffe candidus Solani Interpres & Editor, clarus Vir Noortwykius, qui, ut præfatur, ab audito harum Obfervationum rumore, femel invenerit Pulfum irregulariter intermittentem, & fubfeguen-

# CIRCA PULSUM OBSERVATIONIBUS. 509

quentem ter liquidam alvum : femelque in febre continua remittente, primarum Viarum fordibus nata, Pulfum ad fingulam pulfationem Dicrotum; poftque deprehendiffe, quod fequente nocte Quatuor vel Quinque non magnæ guttæ fanguinis in indumento cervicali confpicerentur, una cum Vertigine : hac incipiente majorem narium hæmorrhagiam futuram cum exfpectaffet, non quidem hanc, fed alvum fequenti nocte fepties effe redditam, fe intellexiffe: die iterum fubfequente, ad pulfum manifeftius dicrotum, decem duntaxat guttas fanguinis naribus extillaffe, feptiesque iterum redditam alvum, dum rediret, percepiffe: ex coque die difparuiffe dicrotum pulfum.

Etenim fecundum Solanum : Pulsus hic, Primo, debuisset ipso pene momento, non paucas parvas guttulas, sed narium hæmorrhagiam profusam, stitisse præsentem. Secundo, Dicroto pulsui debuisset pulsus crebro, fortiterque Intermittens, esse conjunctus. Tertio fefellit pulsus, quod hæmorrhagiam narium ingentem tam certo præfagiens, eidem alvinas, quas non prælagierat, subflituerit excretiones. Quarto Pulsus, adeo manifestus ingentis, subitæque Narium hæmorrhagiæ index, nil nifi pauciflimum narium stillicidium, profecto non criticum, verum potius irriti Naturæ conaminis indicium, produxit. Quinto demum, Nihel pag. II. Nº. 4. Frequenti obfervatione detexit Solanus, ait, quodsi in Hæmorrhagia narium colorem pallide rubrum exhibuerit cruor, paucaque copia fluxerit, ægri tunc lente reconvalescant. Atqui & pallidus hic prodiit, & paucus cruor, & nihilominus adfuit subita salus, idque per crisin minime indicatam.

Amicus Cl. Noortwykii Medicus historiam cum illo communicavit hominis, quem, post tres Tertianas febris paroxysmos, ingentes prehenderent anxietates.

In-

#### TIO DE RECENTIORUM SCRIPTORUM

Invenit hie pulsum inciduum, fic, ut fex feptemve pulsationibus adscendentibus cresceret, moxque iterum a feptimo vel octavo ictu inchoans, novam fex, feptemve, adscendentium pulsationum gradationem faceret, & fic porro. Sudor infequente nocte profusifiimus sequitur. Pulsus sequenti mane non inciduus, ejusmodi denuo vespere redditus, nocte sudorem, morbum perfecte judicantem, intulit. Et alia vice Amicus ille sudorem ejusmodi cum pulsu observaverat.

Notamus denuo quid infolitum hic contigisse in Regulis Solani; nunquam enim ille inciduum suum Pultum in Intermittentibus sebribus se deprehendisse, testatur.

2<sup>do</sup>. Neque Solanus, neque omnes, qui Solanianas leges extenderunt, de quibus mox, invenerunt unquam ultra 3. vel 4. rariffime 5. adfcendentes in pulfu fudoris pulfationes, hic vero Medicus fex, feptemve.

Ut autem paucis ad has tres quatuorve obfervationes in genere respondeam, animadverto non modo illas fuiffe Solanianis contrarias, sed ipsam Solani doctrinam aliunde plurimum infirmantes. Nibelli enim Libellus ab anno 1741. lucem viderat, attentionemque excitaverat Practicorum. Ill. Prases noster Ni*belli* operis in altero Commentariorum tomo anno 1745. edito, bis meminerat. Anno 1746. Latinum hoc idem opus Cl. Noortwykins, edens, hæc ipla Observata in præfatione communicavit. Cum ergo duo Medici, multa praxi celebres, tempore notabiliore, vix quatuor exempla pulsuum, a Solano descriptorum, eaque adhuc multum a Solanianis discrepantia, observare potuerint; idque in re, in qua multas omnino observationes, utpote quotidie fere hinc inde obvias, colligere & potuissent, & debuislent 6

#### GIRCA PULSUM OBSERVATIONIBUS. JIL

fent, rem saltem Batavo in aëre rarissimam esse, jure merito concludere videor.

Casune potius pauca hæc, minime vero ex Naturæ lege, contigere? Fere crederem. Fabricius Hildanus observaverat in Poëta laureato, quarto Pestis die, pulsum, non modo ut in Peste solet, exiguum, verum etiam intermittentem, & nocte insequente criticam Diarrhœam, sic, ut & vires insurgerent, & sequenti die pulsus aliquantum in statum rediret naturalem, & convalesceret æger. Cum Solanianis hoc exemplum multum conveniebat, sed casu tantum contigisse Hildano visum est, hoc assernti, quod neque intermittens ejusmodi pulsus, neque ejusmodi Diarrhœa, salutares cuiquam in peste illa fuissent. Cent. 6. Obs. 20.

Ab anno 1754. Viennæ ad medicinam docendam admotus, & privatos meos in usus, & Discipulorum in gratiam, usumque, repetivi pluries hujus doctrinæ tentamen; verum casu unum alterumve, aut forte tertium, Solanianis simile exemplum, ut plurimum vero aut pulsus tales criticos nullos, aut erroneos', ut post latius explicabo, deprehendimus : a biennio novas Cl. Bordeu observationes partim solus, partim Auditorum corona cinctus, sedulo examinavi, quæ Solanianis superstructæ legibus, has saltem confirmare debuissent. Quid autem ex diuturno hoc, laboriosoque examine didicerimus, nunc totum dabo.

§. II. Anno 1756. clarissimus Vir Theophilus Bordeu, Medicæ Facultatis Parisiensis & Monspeliensis Doctor, anonymum Tractatum edidit, cui Titulus: Recherches sur les Pouls par rapport aux crises. Hoc vero, quem vivimus, anno, Librum eundem, plurimum auctum, præsixo nomine, una cum Tractatu olim de Crisibus scripto, denuo edidit Parisis, in duobus in octavo Tomis.

Sol

### SIZ DE RECENTIORUM SCRIPTORUM

Solani observationes celeber hic Autor legerat, examinaverat, erronea quædam, alia multum descetuosa, omnia numero admodum pauca, invenerat: asserit autem nobis sesse & ante Solanianæ doctrinæ notitiem, & post illam, longe plures mirabilioresque Pulsum modificationes detexisse, & Antiquos, & ipsum Solanum latentes, quas in suo tractatu communicat, exemplisque 173. statuminare, probare, ac demonstrare annititur.

Pulsum primo dividit in Pulsum irritationis, & Pulsum criticum. Pulsum irritationis eum vocat, qui initio, augmentoque morborum, percipitur, contractus, frequens, concentratus, sat durus: Pulsum criticum dicit dilatatum esse, & liberum, seu expeditum (developpé) duritieque carentem, & extentum.

Hunc criticum pulsum deinde dividit in Superiorem Inferioremque: superiorem eum appellat, qui partium supra Diaphragma sitarum Crisin denotet; inferiorem, qui suturam partium, infra diaphragma positarum, prænuntiet Crisin.

Superiorem hunc pulsum cognosci, ait, Reduplicatione quadam accelerata in pulsationibus Arteriæ. Reduplicatio hæc, seu caracter ejus essentialis nihil aliud essentialis nihil aliud essentialis visita in duo tempora, seu in duas pulsationes, intervalla vario tempore admittens, diuturniora, breviora, tardiora, frequentiora; secundum diversum aut Naturæ, aut Morbi, gradum. . . . Superior ergo pulsus aliud nihil est, quam dilatatio Arteriæ, quæ unico temporis momento fieri debuisset, jam vero in duobus temporibus, seu sensibilibus conatibus duobus, fit, & quæ contractioni naturali Arteriæ succedit.

Facile capimus hic Pulsum Dicrotum Veterum, seu bis ferientem, intelligi, quem Solanus certum futuræ narium hæmorrhagiæ indicium esse statuit; Bor-

### CIRCA PULSUM OBSERVATIONIBUS. 513

Bordeus vero non, nisi post trinam divisionem, quarum unica duntaxat hanc hæmorrhagiam designet. Pulsum scilicet hunc Superiorem in Pectoralem, Gutturalem, &, sive Nasalem, sive Capitalem, dividit.

Pettoralem pulsum illum vocat, qui mollis est, qui plenus, qui dilatatus, cujusque pulsationes æquales sunt, quarum Pulsationum in singula quædam veluti Undulatio, scilicet Arteriæ in duplici vice dilatatio, percipitur.

Gutturalem pulsum appellat eum, qui Caracterem pulsus *superioris*, fortitudinis nempe, & reduplicationis, habeat; sed qui tamen minus & mollis, & plenus, sape & frequentior, *Pettorali* st. Videtur inter mox descriptum *Pettoralem*, moxque describundum *Nasalem*, veluti intermedius esse.

Nasalem pulsum eum definit effe, qui, ut Gutturalis reduplicat, eodem vero & plenior est, & durior, plusque Vis, celeritatisque, habet. Porro posteriorem hunc, indicium futuræ Narium hæmorrhagiæ; alterum, excretionis Gutturalium glandularum; primum autem excretionis Pectoris este. Atque hæc de pulsibus superioribus, alio pulsu non turbatis, sed su in specie superioribus.

Sequitur inferior pul/us. Talis hic defcribitur, ut pulfationes habeat inæquales inter fe, intervallaque inæqualia; intervalla, inquam, adeo nonnunquam notabilia, ut veras forment intermissiones, prout species inferioris pulfus eft, & prout hæc cadem species plus minus manifesta est. Sat crebro quoque deprehenditur quidam Arteriæ Saltus. Saltus porro ille multum confert ad inferiorem pulsum accurate cognoscendum. Nunquam hic pulsus ita evolutus est, non ita aut mollis, aut æqualis, quam pulsus superior; unde inexperti eum inter, irritationisque pulsum, facile deciperentur.

Pul-

# 514 DE RECENTIORUM SCRIPTORUM

Pulsus hic inferior, fic definitus, dividitur 1<sup>mo</sup> in Stomachalem, 2<sup>do</sup> in Intestinalem, 3<sup>tio</sup> in Uterinum, 4<sup>to</sup> in Hepaticum, 5<sup>to</sup> in Hæmorrhoidalem, 6<sup>to</sup> in Renalem, seu Urinarium, 7<sup>mo</sup> in Sudatorium.

Pulsus stomachalis est quorumcunque pulsum Criticorum omnium minime evolutus, omniumque inferiorum pulsuum minime æqualis. Obrigescere Arteria sub digito videtur, tremereque, nec raro satis faltans. Pulsationes ejus & frequentes sunt, & intervallorum sat æqualium.

Pulsus Intestinales Criticus stomachali multo est evolutior, ictusque stat fortes habet, ac veluti rotundatos, præcipueque, seu vires consideraveris, seu intervalla, inæquales; id quod distinctu facile est, cum fere perpetuo, post duos tresve & æquales satis, & satis elatos ictus, duo tresve appareant, qui & minus evoluti, & magis cum prompti, tum adducti, ac veluti subintrantes. Unde species cujusdam veluti satus nascitur, sive explosionis Arteriæ, plus minus regularis. Irregularitatibus ejusdem pulsus consociant ses admodum notabiles Intermissiones. Nunquam hic pulsus adeo aut plenus, aut evolutus est, quam pulsus superior. Atque adeo parum fervat fixum intermissionis ordinem, ut potius ex perturbato ordine manifestus fiat.

Pulsus Uterinus pulsu naturali & elatior consuevit esse evolutior: habet autem ictus inæquales; habet & reduplicationes, inconstantiores quidem, infrequentiores, pauloque obscuriores, quam habet Nastatis pulsus, attamen stat conspicuas.

Pulsus Hepaticus talis est, ut post flomachalem nullus adeo concentratus sit. Citra duritiem atque rigiditatem inæqualis est, & eo quidem genere inæqualitatis, ut binæ ternæve pulsationes, inter ses inæquales, binis ternisve ictibus, perfecte æqualibus, jisque sæpe perfecte naturalibus, fuccedant.

Pul-

# CIRCA PULSUM OBSERVATIONIBUS. 515

Pulsus Hæmorrhoidalis pulsum more inferiorum inæqualis est, genere autem sibi proprio inæqualitatis. Parum inter sese conveniunt ratione virium ejus istus, minusque adhuc ratione intercapedinum. Istus hi, si minus inæquales quandoque sunt, videntur sere semper quid habere de pulsu irritationis: nonnunquam tamen & istus nonnulli dilatatiores sunt, minusque manifesta Vasis contractio. Istus porro hosce istus dilatatiores, iique reduplicati cito insequuntur; quo autem ordine hæ mutationes fiant, paucis dabo.

Tribus quatuorve pulfibus, concentratis utcumque, vivis, rigidis, fereque æqualibus, duo tresve fuccedunt paulo dilatatiores, rotundati quafi, ac minus æquales ictus: Tres quatuorve fequentes pulfus reduplicant, feu dicroti funt. Habent porro omnes illæ diverfæ pulfationes id inter fe commune, ut veluti tremant fatis conftanter, plusque frequentiæ, conftrictionisque, quam pulfus inferiores omnes, habeant.

Exp. Le Camus ut novum pulsus hæmorrhoidalis fignum hoc dedit, quod Hæmorrhoidibus subjectorum pulsus ea fortiore digitorum compressione, qua in aliis hominibus pulsus haud ultra perciperetur, semper deprehendatur. Plagiarium autem Camusium alii rati, dant clarissimo Michel Inventi gloriam.

Pergit Cl. Bordeu: Sentitur, ut ita dicam, species profunditatis pulsus, quæ profunditas cum pulsuum tremula agitatione conjuncta, notam maxime characteristicam format, qua ab uterino pulsu hæmorrhoidalis discriminetur: hic enim illo minus dilatatus est. Porro, neque hic, neque ille, intermittit unquam: quodsi intermittat pulsus hæmorrhoidalis, Diarrhœa hæmorrhoidalem fluxum concomitatur.

Pulsus Urinarius, seu Renalis, cum Intestinali, ratione inæqualitatis multum convenit; hoc vero præ

44

In-

Inteftinali habet, quod in ipfa fua inæqualitate ordinatus fit. Pulfus quippe urinarius habet plures ictus, alios aliis minores, ficque diminuentes, ut fub digito veluti evanefcant: codemque hoc ordine de tempore in tempus redeunt: pulfationes vero inter hos mox expositos intermediæ & evolutiores funt, & fatis æquales, & nonnihil falientes. Sic ut inverfus ordo hujus pulfus fit, ratione pulfus fudatorii, qui nunc fequitur.

Pulsus Sudatorius criticus. Quando pulsus plenus est, mollisque, & evolutus, & fortis; quando his modificationibus id genus inæqualitatis se adjungit, in quo supra ictus ordinarios ictus alii extollunt ses, augendoque pergunt ad extremum ictum, qui & dilatatione, & simul mollitudine, utraque evidentiore, quam in cæteris ictibus, manifestatur, semper sudor criticus est expectandus.

Hæc nunc pulsuum simplicium descriptio, quam totam autodežei, ni fallor, ex Autore clarissimo retuli, minusque latine hinc inde reddidi, ne vim dictionis Gallicanæ, ut v. g. assez grand, assez fort, Ec. infirmarem; unde versio mea verbo satus, similibusque, plusculum scatet.

Monemur autem a clariffimo Autore pulfus criticos raro aut effe, aut manere, fimplices: contingere enim vel ut v. g. fuperiorum pulfuum unus alterque, imo ut omnes tres mutuo coëant, & confundantur; vel ut unus fuperiorum cum uno alterove inferiorum coëat, vel ut duo, tres, quatuor, aut inter fefe, aut cum uno alterove fuperiorum, commificantur. Distinctionis quidem, faciundæque ex tanta confufione Prognoseos, laborem multum, ingentemque adesse disficultatem: eum vero, qui tunc animum ad illum pulsum advertat, qui & constantior fit, & cæteris prævalentior, cum prædicendi, tum ex prædictione medicandi, veram normam nancisci.

- TIL

S. III.

§. III. Atque hæc Summa est doctrinæ novæ clarissimorum Virorum Bordeu, Michel, Le Camus, Menuret, &c. quam amplexi plures, sequutique sunt; alii quam plurimi aut rejecerunt, aut maturiori examini commendarunt. Clarissimi Viri Facultatis Medicæ Parissens, ad hoc examen deputati, retulerunt inclytæ Facultati: Ab aliquot retro annis notitiem Pulsuum originem novis dedisse Inquistionibus, quæ plus minus systematicæ essent, & obscuræ, & parum septus miles, aptæque omnino, quæ Medicum in rebus agendis retardarent. Mem. sur divers sujets de la Medicine.

Ill. Vir A. Haller, postquam in El. Ph. Tom. 2. pag. 272. quædam ex Tractatu Cl. Bordeu recensuisset, Verum plura, inquit, repetere omitto; cum Autor anonymus Solani ædisicio manisesto sum, sed ornatius & amplius superstruxerit: id autem structuræ genus experimentorum iteratione oporteat aut stare, aut everti; quorum utrumque otium & opportunitatem, & liberum imprimis a præjudicata opinione animum poscunt. Perilluftri huic Autori, ad similia indaganda solertissimo, novæ doctrinæ necdum constitisse veritatem, ex verbis ejus, pag. ibid. 257. relatis colligimus: Ad debilitatem pertinet. stare instantem Diarrbæam præsagiri docuit.

Halleriano sane confilio æquius nihil, nihil tutius eft. Nihil æquius est, quam animo fincero ea examinare, quæ in DEI misericordissimi, mentes Medicorum in humanarum calamitatum solamen illustrantis, laudem, quæque in Autoris, improbo labore Artem amplificantis, existimationem, honoremque, cedere queant: mibil etiam tutius est. Quid enim juvat citra debitum examen vel id admittere, & amplecti, quod erroneam, quod falsam, quod turpem, levemque suisse gloriationem, ii postmodum demonstraturi sint, qui rem introspexerint nobis

LIZ

Pes

penitius; vel ea & condemnasse, & rejecisse, quæ æquiores nobis, patientioresque Medici, & vera este, & utilia, deprehendent? Neque enim qui aut erronea admittunt, aut vera rejiciunt, fucum poterunt Posteritati facere: serius, ocyus, nos vel malitia, vel ignorantia, sive erronea admissse, sive utilia repulisse, seri clamabunt Nepotes.

Hoc porro animo DEUM teftor me, ut in cæteris, ita & in hac quæftione egiffe, candemque toties a 20. retro annis ad incudem revocaffe, ne qua aut negligentia, aut mentis præoccupatio, me a lumine privaret Veritatis: cumque novorum inventorum participem me facere oporteat studiosam Juventutem, hinc eisdem sæpius, maxime autem hoc ultimo elapso anno Academico, me ad ægrorum lectulos cum So-Jani, rum Bordeui, placita prælegifie, ut, refricata memoria, fic mecum pulsum explorarent, quo demum vel an hæc ipfa verifima effent, vel an veri faltem quid haberent, mecum in fingulis detegerent, docerenturque, ægrotis. Ejusmodi examen, continuo repetitum, animos acuit, atque ad pulfum exacte explorandum, ejusdemque varietates notandas, egregie aptavit. Accedunt & juniores Medici, qui, quo firmiores, exercitatioresque, in Practicis se reddant, Practicas meas Exercitationes folent frequentare. Conveniunt quoque eo extranei Medici juniores, qui, antequam fese ad exercitium Artis admoveant, plures Europæ Universitates, laudabilissimo profecto inftituto, frequentant, ut accuratiore rerum cognitione, quæ aliis atque aliis in Academiis, aut aliter, aut accuratius, aut longe extentius, pertractantur, fele præftent in exercenda praxi promptiores. Cohorte tam eleganti stipatus, testibus tam idoneis circumdatus, hoc pulluum examen institui, perfeci: fic ut aliquando integram horam lectionis illi unice impenderim. Quod autem fidem conciliare majorem ob-

observatis meis debet, affidua parvi mei Nosocomii frequentatio est; ita ut a Consultationibus, aut ab Universitate redux, quater, sexies, octies, ab hora fexta matutina ad vespertinam decimam, ægrotos invisam, idque ibidem & discam, & digeram, quod cogitem caris proponere Auditoribus.

Hæc præfatus, laboriofi noftri examinis nonnulla specimina proferre juvat.

§. IV. Capite proxime fuperiore attuli duo ex pluribus exempla pulfuum, ea, qua dixi, fedulitate exploratorum, una cum phænomenis motus, excretionisque humorum. In horum priore ægro, cujus tardiflimos pulfus in acuta, eaque inflammatoria febre notavimus, unico modo die, qui quartus morbi fuit, Pulfum rhytmo temporeque inæqualem, cæteris vero diebus invenimus æquabiliflimum. Igitur die quarto cepit jam morbus larga transpiratione, urinisque judicari. Juxta novam Doctrinam, Pulfus, urinarum criticarum prænuncius, gradatim decrescit, nonnullamque habet pulfui Inteftinali fimilem inæqualitatem. Defuit in ægro noftro hæc gradatim decrescens inæqualitas.

Pulsus sudoris critici gradatim ascendit; neque hic hanc scansilem eorum legem ulla ratione advertimus.

Sed ex Bordeuanis in nostro ægro compositus ex co sudoris, coque urinæ, pulsus esse debuit; in hac tamen pulsuum compositione, quantamcunque attentionem adhibuerimus, nihil ordinati invenire potuimus.

Die 5. cum pulsu æquabili, tardoque, sudor vere criticus prodiit, urinaque critica. At compositio pulsuum, quæ hic manifestior, quam die 4. adesse debuisset, penitus defuit.

Die 6. & 7. fola urina critica prodiit. Loco pulfus diminuentis fcanfionis, ac pulsus, intestinalis more inæqualis, nihil fuit nostri hominis pulsu æqualius;

LI 3

fic

fic ut neque inæqualitatem scanfilem, neque intestinalem habens, novas eluserit observationes.

Sed decimi noni Capitis secundæ ægræ Observationes, dierum nempe 156. notabiliores sunt, eæque jam referendæ.

Juvencula hæc neutiquam habuit in fui cruditate morbi pulfum *Cl. Bordeu irritationis* dictum, feu contractum, frequentem, fat durum; verum plenum, fortem, celerem, æqualem. Contractum pulfum, compreffumque, haud raro in cruditate Acutorum adeffe, & Medico ejus ignaro specie pulfus debilioris, ut jam Sydenham serio monuit, imponere posse, inficias non eo; adeffe autem sic, ut inde omnino definiendus sit, vel ideo nego, quod sæpissime haud compressum, contractumque eundem, sed magnum, plenum, ac liberum, & nos, & passim omnes, deprehendamus.

Aderat die morbi 3. tribus in urinis hypoftafis bona, coctionis media in cruditate fignum, Tuffis ac fputa fere cruda, ad noctem fudor bonus, ac levans, Pulfus æqualiter descendentis cum pulfus intestinalis inæqualitate, qui urinosus, pulfusque æqualiter cum mollitudine conscendentis, qui sudatorius est, conflictus, & confusio, animadverti debuissent, propter excretionum naturam; at vero pulsus tota die fuit æqualis, celer, liber, plenus.

Die morbi 4. quid fputi comparuit paulo craffius, hine inde exhibens inchoamenta coctionis : urinæ hypoftaticæ omnes : alvus cocta, fpontanea, copiofa. Pulfum gradatim minuentem, leviter inæqualem, qui Pulfus urinarius : pulfum inæqualem intermittentemque, qui Alvinus eft, obfervare hic oportuiffet : Pulfum tamen femper æqualem, non durum, fortem, celerem deprehendimus.

Die 5. in paucis sputis coctionis nisus. Sedimen cunctæ urinæ formarunt. Pulsus urinarii, pectora-

lis-

lisque, excretionum conditione, expectanda commistio fuisset; pulsus scilicet per gradus descendens, cum pulsus intestinalis inæqualitate, pulsusque reduplicans: at vero præter modicam celeritatem, pulsus tota die naturalis fuit.

Die 6. fputa copiofiora, mucofa, puriformia, cocta alvus, urinæ Sanorum fimiles. Oportuisset commistum pulsum adfuisse, ex intestinali, qui fere perpetuo post duos, tresve, & æquales satis, & satis elatos istus, deinde duos, tresve babet minus evolutos, magisque tum promptos, tum addustos, ac veluti subintrantes, frequenterque intermittentes: & ex pectorali, qui & mollis est, & plenus, & dilatatus, cujusque pulsationes æquales sunt, quarum in singula quædam veluti undulatio, aut reduplicatio percipitur. Pulsus autem ut heri fuit.

Die 7. cum urinarum cruditate, fputa & alvus fimilia hefternis. Pro pulsu intestinali & pectorali, pulsus qualis heri, & hodie fuit.

Die 8. cum Alvo septies naturali, pulsus nec minimam passus mutationem est, ac præter paucam celeritatem naturalis mansit.

Die 9. Urinæ iis fanorum fimiles. Tuffis paulo & fortior & acrior, cum femicoctis Sputis: Cocta alvus. Catamenia. Quam compositus pulsus hoc die expectandus non fuisset! Nec compositus duntaxat, fed & compositione fic turbatus, ut haud nisi rerum gnarus interstinguere, Cl<sup>mo</sup>. Bordeu monente, posset. Pulsu uterinus hic prioribus adponitur, qui pulsu naturali & elatior consuevit este & evolutior: babet autem inequales istus, babet & reduplicationes: Complicationem igitur pulsus intestinalis, pectoralis, atque uterini, hic deprehendere, & cum pulsus reduplicans, seu dicrotus, & in pectorali, & in uterino fit, dominari hunc præ cæteris oportuit. Assi horum nihil. Die integro pulsus maxime naturalis fuit. Die 10. largiores ante meridicm menses, post me-

L1 4

TI-

· 1010101

ridiem parciores. Alvus naturalis. Pulsus neque intestinalis, neque uterinus, sed præter celeritatis tantillum perfecte sanus.

Die 11 Menses parum adhuc fluunt. Spontanea alvus. Pulsus fimilis hesterno.

Restitutis functionibus omnibus in integrum una celeritate peccare continuavit Pulsus.

Recidiva, Cap. z. descripta, nunc examinanda est. Primo Recidivæ die cum febre acuta, priore longe graviore, summam minitante inflammationem, pulsus consuetæ cruditatis suit, magnus, & fortis, & celer, minime autem durus: igitur non fuit, qualem in cruditate Cl. Bordeu describit, contractus, compressus, frequens, sat durus.

2<sup>da</sup> Recidivæ die pauca excreatio, Alvi tormina cum ejusdem quaterna, eaque cocta, exoneratione. Partim coctæ urinæ, partim hypoftaticæ. Sudor. Debuiffet quadruplex pulfuum fuiffe complicatio, pectoralis, inteftinalis, renalis, fudatorii; inteftinalis autem & renalis pulfus cæteris fuperiores. Pulfus autem fubdurus fuit, celer, admodum æqualis.

3. Recidivæ die Tufficula frequens cum fere crudis sputis, paucis. Terna Alvus. Hypostalis urinæ. Sudor continuus, isque quidem universus, faciei autem præprimis. Quadruplicis compositionis pulsus, heri descriptus, adesse & hodie debuisset, qui tamen & durus fuit, & plenus, & fortis, & æqualis.

4. Rec. die Respiratio pessima, anxietatesque: Tormina alvi: Vultus sudans, oppressi pulmonis, cordisque, testis. Alvi dejectio. Urinæ ex jumentosis eito hypostaticæ. Hic & irritationis pulsus, & intestinalis, & urinosus, deprehendendi potissimum fuissent. Pulsus vero hoc die inæqualis fuit, remittens, intermittensque sic, ut unicus fortis ictus, magnusque, mox tres debiles admodum, perciperentur, tum vel remissio, vel intermissio sequeretur, idem-

idemque repeteret ictuum ordo. Pulsum perfecte talem neque Solanus descripfit, neque Bordeus.

5. Recid. die. Alvus cum Cucurbitinorum Vermium motu & excretione. Pulfus primum omni modo inæqualis, remittens, intermittens, deinde fere æqualis; poftmodum intermiffio notabilis poft quemlibet quartum ictum, exinde denuo fortior, tardiorque quam heri; tandem celerior, minusque fortis, cum leviore inæqualitate, intermiffioneque longe rariffima. Hunc pulfum vermium indicare motum non ex Recentiorum dogmate, verum a remota Antiquitate, propriaque experientia, fic edocti fumus, ut tæpe Vermium ejusmodi pulfus fit, fæpe etiam minime, ut docebunt fequentia.

6. Die Rec. medio, inchoante die critico 24. totius morbi, leve naris dextræ flillicidium: frequens tuffis: alvus, cum Teniæ portionibus: urinæ partim jumentolæ, partim criticæ: frequens fudor, multusque. Hic pulfus nafalis dicrotus, hîc dicrotus pectoralis, mollis plenus dilatatus, præter reduplicationem æqualis: hîc intestinalis, inæqualis, remittens, intermittensve: hîc quoque renalis gradatim descendens, & demum sudatorius gradatim scandens, mollisque, debuissent adesse, mirumque præ omnium confusione pulfum, solis eruditissent digitis, sonium descenter, discriminandum, exhibere tangentibus, dominante nihitominus dicroto, duplicem quippe ob causam præsente.

Interea pulsus nihil horum exhibuit. Et subdurus fuit, & fortis, & celer, nihilque reduplicans, rhytmo inæqualis duntaxat.

Die 7. Rec. Sputa quædam cocta. Urinæ tardius hypoftaticæ. Sudor copiofus, diuturnur, univerfus. Debuiffet pulfus effe pectoralis, dicrotus feilicet in fingula pulfatione, mollis, plenus, dilatatus, & cum fua reduplicatione æqualis. Debuiffetque & cum L1 5 pul-

pulsu inciduo, gradatim adscendente, & cum renali gradatim descendente, effe conjunctus, attamen non obstante rerum, sibi maxime contrariarum, mutua confusione, ab Adeptis interstinguendus. Nos autem nihil ejusmodi, sed pulsum magis minusque celerem, naturaliter mollem, rythmo inæqualem, deprehendimus.

Die Rec. 8. pullus maxime notandus fuit. Per octavi diei partem mediam posteriorem, prioremque Noni mediam partem, Respiratio parva erat: Alvus excreta duodecies, cruda, coctaque, cum octava autem alvo Tenia suo cum filo emissa est, sudor ingens, atque diuturnus. Interea excepta quadam pulsus ad vesperas inæqualitate, fuit is semper adeo æqualis, ut, quantamcunque diligentiam adhiberemus, illum absolute æqualem pronunciare cogeremut. Celeritas non semper æqualis erat. Prosecto pulsus duo, vario quidem modo, distinctissime tamen, notabiliterque inæquales, debuissent adesse.

Die Recid. 9. Sputa fubcocta, tormina ventris fine alvo, urinæ turbidæ, fudor. Iterum pro pulfu poctorali, inteftinali, renali, & inciduo, habuimus tota die æquabilifimum pulfum, fortemque, ac naturaliter mollem, fola aliqua celeritate peccantem.

Die 10. Tuffis laboriofa cum paucis sputis coctis: cocta, eaque frequens, alvus: urinæ crudæ: sudor non levans. Hic cum præcedentibus pulsibus quatuor, pulsus irritationis conjunctus esse debuisset: verum quinque horum pulsuum ne unicus quidem aderat; e contrario suit hodiernus pulsus exemplar æ qualitatis, & modica tantummodo, eaque inconstanti, celeritate peccans.

Die 11. Vomitus, alvus, sudor, cum pulsu æquali, fere per omnia naturali.

Die 12. Alvus copiosa, subcocta: urina crudior: sudor: pulius, excepta pauca celeritate, naturalis, æqualis.

Die

Die 13. Anagoge major: Alvus fubcocta, coctave, jam in diem duodecimum: urina pro parte cocta: fudor. Loco pulfus dicroti, inæqualis, intermittentis, defcendentis gradatim, gradatimque adfcendentis, atque mollis, habuimus femper æquabiliffimum, ac præter modicam celeritatem fanifimum pulfum.

Die 14. cum pulsu celeri quidem admodum, æquali tamen, terna semicocta alvus, & urinæ hypotlaticæ.

Die Recidivæ 15. alvus quinquies reddita, & hypostatica urina. Pulsus intestinalis scilicet inæqualis, remittens, intermittensve: pulsus renalis gradatim diminuens, atque mollis, adesse debuissent: verum adfuit subdurus hodie, & celer, & perfectissimæ æqualitatis.

Die 16. Cum pulsu modice celeri, summeque æquali, Alvus ter & decies reddita est, & urinarum aliæ jumentosæ perstitere, tarde aliæ deposucre.

- Die 17. Excretio pectoralis dicrotum pulfum pofcebat: Alvus reddita fexies, cum Teniæ excrementis, inæqualem, intermittentem: Urina, gradatim defcendentem. Fuit tamen mane admodum, de die minus, celer pulfus: cætera bonus, æqualis.

Die 18. cum alvo quaterna & urinarum una hypoftatica, arenofa, altera ciudiore ; æqualis pullus fuit, naturali paulo celerior.

Die 19. idem fere, ut & seq. usque ad 26.

Die 27 idem, nifi quod frequentior tuffis fit, fputo quidem pauco, at frequentiore screatu. Loco pulsus dicroti, intermittentis, ac per gradus descendentis, habuimus admodum celerem pulsum, bonum autem, & æqualem.

Die 28. Quædam expectoratio. Vomitus. Alvus femicocta fexies. Urina cruda. Loco pulfus & dicroti, & intermittentis, & irritationis, pulfus fuit celer admodum, & æqualis. Similiter & fequentibus 29. 30. 31. diebus. Die

Die 32. Stillicidium fanguinis ex læva nare. Ter alvus. Pro pulsu nasali, & intestinali, habuimus pulsum cum celeritate æquabilissimum.

Die 33. Vomitu, & hæmorrhagia narium exceptis, fimiles priorum dierum fuere observationes, usque ad diem 45.

Die 46. Recidivæ medio elapso, inchoante die critico 64. totius morbi, pullus constanter 95. ictus finistro in brachio: ictus 115. in dextro, dabat in minuto primo. Horis octo vel novem exinde elapfis, numerabantur utroque in pulsu ictus 140. 150. imo & 160. in repetitis sæpe per varia minuta experimentis. Notavimusque tune inæqualitatem tantam, ut primo pulfationes & fortes, & lentæ, & æquales fex, septemve adessent, quas mox 50. 70. 100. pullationes debiliores, rapidissimæque, subsequerentur: iterumque post pulsationes sex, septemve illas fortes, lentas, æquales, numerofæ illæ rapidislimæque adverterentur: hoc ita plurium horarum spatio. Hujusmodi pulsum nec Sclanus, nec clari in Gallia Viri, unquam observarunt. Cruditas apparebat in fanguine misso, augmentoque caloris.

Atque ita morbum, ut capite decimo nono conflitit, ad diem 156. profequuti, nunquam ad varios excretorios motus ejusmodi pulfus percepimus, cujusmodi Novæ doctrinæ Autores & deprehendiffe fe arbitrantur. & fcriptis confignarunt: præterea cosdem tales deprehendimus, absque ullo motu critico, crifive, contingente. Magis hoc evincet exemplum fequens.

Suscepimus in Nosocomium, die 19. Aprilis currentis anni, septuagenariam ancillam, tam violenta laborantem Peripneumonia, ut, posthabita senectute, fexies oportuerit ipsi venam tundi. Pulsum toto in morbo, ad XI. diem usque plenum, fortem, celerem valde, nonnunquam subdurum, deprehendimus, nunquam vero inæqualem; licet a die 7. ad 11. uri-

urina, ac sputis judicata, sudoribusque, suerit.

Elapía autem media die undecima, pulsus ex forti, magno, frequentique & celeri, hunc in modum mutabatur:

Primo ictus erat magnus, plenus, fortis. Hunc excipiebant duo, tresve pulfus celeres, parvi, debiles. Poftque hos intermissio ejusmodi, ut co tempore tres tales parvi pulfus facile potuissent intercurrere. Repetebat ictus fortis, magnus, plenus: sequutosque pro more tres debiles, excipiebat Internaissio. Magnus autem ille pulfus tale temporis intervallum post se habebat, ut, si continuasset, lentus fuisset appellandus.

Explorato fic per horæ quadrantem pulsu dextro, finistrum carpum, alii post alios, prehendimus. Porro in hocce nullus omnino magnus pulsus, verum parvus & inæqualis, cum intermissione.

Elapsis 15. minutis primis, idem finister pulsus, horæ exploratus quadrante, unicum duntaxat fortem magnumque ictum habuit, reliquos omnes debiles, & inæquales, cum intermissione. Ter, quater, adhuc repetito examine, pulsus perseveravit talis esse, qualem utroque in brachio descripsi: elapso autem quadrihorio, cepit pulsus finister celer modo, sed æqualis, esse, dexter autem idem, qui prior, erat.

Die 12. morbi mane ac vespere, inæqualitate pulfus alter erat alteri fimilis, & hoc quidem ordine inæqualitatis: Ictus magni, fortes, pleni, æquales, non celeres, tres, quatuor, fex, decem, viginti, aliquando & triginta, percipiebantur; deinde tres, quatuor, quinque, parvi, debiles, inæquales, celeres, post hosce vel intermissione, vel remission, vel neutra, ita ut sine intermissione, remissioneve, ictus magni redirent. Hic, inquam, pulsuum mane ac vespere modus erat: die cæterum tota bonus, æqualisque erat puls, unica peccans frequentia.

Die